# LIBER DEVTERONOMIJ, Hebraicè אלה הדברים elleh haddebarim, i. Hæc ſunt verba.

## CAP. I.

a b c HÆc ſunt verba [Docendo.] quæ locutus eſt Moyſes [Lex.] 1 2

A CAP. I.

Liber Deuter. ✠ PROL. Quia a Moſe in hoc præſenti libro repetuntur, præcedentib. enarrationib. mandauimus. Cæterum quoniam a lege hic liber nomen habet, legis præfigendi ſunt termini. Eſt itaq; lex oratio, quæ quid faciendum ſit, præcipit, quid non faciendum ſit vetat. Vel ſic, eſt oratio animali natura politico pcipiens vel vetans. Natura.n. politicus omnis homo eſt, nam illi inſitum eſt natura legib. reipub diuinæ parere, de qua dictum eſt. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Vel ſic, lex eſt definitio politica de reb. agendis vel omittendis. Vel ſic, eſt oratio pcipiens vel vetans, de omnibus vitę actionibus, quę, quando, & quomodo male & cum damno fiāt. Vel ſic. eſt norma iuſtorum & iniuſtorum. Vel ſic. Menſura iuſtorū & iniuſtorum, non tam hominum quam rerum. Vel ſic, eſt oratio docens quomodo temp. adminiſtrare oporteat, quę definitio ei conueniet, qui omnes ſuas actiones ad remp. cæleſtē refert. Vel ſic, eſt oratio interdictoria ſcientiæ regiæ, quā Chriſtus, ipſa patris ſapientia, omnib. qui huius ducta ad regnum cælorum, ſeu Dei contendunt, impertit. Vel ſic, eſt conſenſus ciuitatis de reb. faciendis vel non faciendis, ſit vero ciuitas cōſonus eccleſię cętus, de reb. faciendis aut minus. Extenditur autem lex ſuper magiſtratus eccleſiaſticos, tribunalia, bellū contra oppoſitas actiones, pacem mutuā, ſana de Deo dogmata B nuptias, liberorū eductiones, præparationē extremæ vitæ migrationis, denique iuſta defunctorum. In vnoquoque.n. horum, vel legitime vel illegitime quiſque verſatur.

Pſal. 86.

✠ THEOD. Cur hic liber qui eſt in ordine quintus, Deuteronomium, i. ſecundi legium appellatur? Cum ex Aegypto dominus populum ſuum eduxiſſet, tulit in monte Sinā legē, ad cuius normam poſtea viuerent, ſecundo deinde anno iuſſit, vt terras promiſſas capeſſerēt, quas illi cum neglexiſſent, quaſi eius opib. diffidentes, iratus iurauit, de cenſis a Moyſe nemini conceſſurum, vt ad optatas ſedes peruenirent. Sed fore vt per annos quadraginta vaſtas per ſolitudines errabundi morerentur, exceptis duobus. His igitur interemptis recenſeri iubet eorum filios, eandem agentes ætatem, quam illi tum quādo fuerant ſupputati. Hoſce Deus introducturus in terram quam erat pollicitus, docet miniſterio prophetę legem, quam patribus eorum tranſgreſſoribus explanauerat. Quare Deuteronomium continet recapitulationem eorum quę lege cauta ſunt & geſta in libris Exodi, Leuitici, & Numerorum. Notat etiam tēmpus & locum vbi & quando huic iuuenū multitudini doctrinam propoſuit. Quib. aperte demonſtratur, non eſſe hanc nouam legem, ſed ſummam quandam legis, ad inſtruendos ſuperſtites maiorum ſuorum, qui tot tantaque Dei erga ſe merita non vidiſſent.

In 1. in Deuter.

b *Hæc ſunt uerba quæ.* Præmittit legiſlator titulum, quaſi proiogum, in quo oſtendit nomen autoris, & quid fecerit, & vbi, & qn. Sicut paulo poſt in gloſſa diſtinguetur, & terminatur vt quibuſdam vr, ibi, Quadrageſimo, &c. vel inferius, ibi, Deus noſter, &c. Sed ad eorum euidentiam quæ in prologo, & eorum C quę ſequunt, tangenda eſt aliquantulum veritas hiſtoriæ. Ab exitu filiorum Iſrael de Aegypto vſque quo peruenerunt ad D campeſtria Moab ſupra Iordanē, fluxerunt quadraginta duo anni, in quibus diuerſis temporibus quadraginta duas manſiones fecerunt. Quando nubes leuabatur, caſtra mouebantur, & cum ſtabat, figebantur & manebant in eodem loco, quouſque iterum leuabatur nubes. Prima manſio fuit in Rameſſe, vltima in campeſtribus Moab. A Rameſſe vſq; ad montem Sina, ſpatio quadraginta ſeptem dierum duodecim manſiones fecerunt & hoc primo anno, & ibi fere totum annum ſteterunt; Ibi lex data eſt, ibi Geneſis ſcriptus, Exodus, Numeri ſcripti ſunt, & magna pars huius. Inde pedem mouentes anno ſecundo peruenerūt in Cadeſbarne & in ſpatio illo fecerunt viginti mā ſiones, de Cadeſbarne miſerunt exploratores, qui reuertentes nunciauerunt terram bonam, ſed robuſtos & gigantes homines inuenerunt, & territi volentes redire in terram Aegypti, vnde iratus dominus. Abierunt retro & luſtrauerunt montem Seir per 38. annos ibi mortui, & proſtrati ſunt murmurantes. In quadrageſimo anno peruenerunt ad Cadeſbarne, vnde retro abierunt per deſertum, & in illo ſpatio nouē manſiones iterum fecerunt. Vndecim vero dies Moyſes antequam veniret ad Cadeſbarne, legem ſolo verbo recapitulauit, & de Cadeſbarne E vſque ad campeſtria Moab, & illo ſpatio vndecim dierum ſcripto voluit commendare. Ecce de primo anno 12. de ſecundo 21. de reliquis nouem, & ita quadraginta duæ manſiones.

Hiſtoria.

Hæc fuit cauſa huius libri, vt ſcilicet, quæ facta fuerant, breuiter collecta, arctius tenerentur in memoria, facile enim retinentur quæ breuiter dicuntur.

c RABA. *Hæc ſunt uerba quę locutus eſt Moyſes, &c.* Principium Deuteronomij titulus eſſe videtur totius operis, quia perſonam indicat autoris, & quid fecerit, & locum & tps. Nomen quoque libri gratiam demonſtrat noui teſtamenti. Deuteronomium namque ſecunda lex interpretatur, & euangelium ſignificat quod veteris teſtamenti ſacramenta ſpiritualiter explanat. Sicut liber Deuter. repetitio eſt quatuor librorum legis. illi.n. proprias continent in ſe cauſas, iſte replicat vniuerſa, habet & ipſe propria ſacramenta. Deuter. quid ſit.

*Hæc ſunt uerba.* IDEM Hoc de ſe tanquam de alio de more ſanctæ ſcripturę dicit, ſicut & ibi. *Erat Moyſes mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra.* Sic enim uitat arrogantiam, Num. 12. a & demonſtrat ueritatem. Similiter & Iob de ſe dicit, *Vir erat in terra Hus nomine Iob, &c.* Et *Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, &c.* De ſe tanquam de alio loquitur ſicut Ioannes de ſe ait. *Diſcipulus quem diligebat Ieſus, &c.* Vel ſpiritus ſanctus perhibet ei teſtimonium, ut nemo poſſit dubitare Moyſen iſta ſcripſiſſe. Iob 1. a. Ioan. 5. c. Ioan. 19. e.

✠ DIOD. Secundum omnia hæc non uno eodemque die retuliſſe prophetam, ſed multos interceſſiſſe dies, quibus paulatim animos illorum legitimis inſtitutis imbueret, vnde frequenter eadem circumagit uerba, ut ex cōtinuatione memoriam inſtauret. Ex catena Græca. F

d *Locutus eſt.* Moyſes lex vetus eſt, quę trans Iordanem, i. ante baptiſ- Allegoria.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. I.

1 DEclaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. *Sicut dictum fuit in principio Exod. lex non datur proprie vni perſonæ ſingulari, ſed communitati, & ideo datio legis præſupponit adunationem plebis cui lex ſit danda, & ideo ſicut fuit dictum in principio Gen. lex quę continetur in quinque libris Moyſi ſic diuiditur, quia primo in libro Gen. deſcribitur ſeparatio fidelis populi ab infideli, & eius adunatio ſub cultu unius Dei. In Exodo uero & in alijs duobus libris ſequentibus deſcribitur datio legis populo iam adunato. In Deuterono. uero deſcribitur replicatio legis datæ in eius explicatione, de qua poteſt dici competenter verbum propoſitum. Declaratio ſermonum, etc. Vnde liber iſte procedit ſecundum quadruplicem modum in uerbis propoſitis contentum, ſcilicet explicando obſcura, quod notatur cum dicitur, Declaratio, ſecundo replicando in alijs libris prædicta, quod notatur cum dicitur, Sermonum tuorum, tertio ſupplendo omiſſa, quod notatur ibi, Illuminat, quarto applicando & addendo neceſſaria, quod notatur cum dicitur, Et intellectum dat paruulis, ſicut videbitur in proceſſu libri. Qui quidem liber diuiditur in proœmium & executionem, quæ incipit ibi. Cępitque Moyſes. In proœmio quatuor notantur, primo quis ſcripſit, ſecundo quibus, ibi, Ad omnem Iſrael, tertio, ubi ſcripſit ibi. Trans Iordanem, quarto quando ſcripſit, ibi, Quadrageſimo anno. Circa primum, ſcilicet.*

Pſal. 118. b. Lectio ſecunda

2 Hæc ſunt verba quæ locutus. *Sciendum quod aliqui dixerunt* Diuiſio.

✠ quod

A baptiſmum Iſraeliticum docuit populum. In Iordane enim ſignificatur baptiſmus in quo baptizatus eſt Chriſtus. In ſolitudine campeſtri, .i. in ſterilitate carnalis populi, qui fructum virtutum non attulit. b

a *In ſolitu.* Sterilitatē plebis, cui dicitur. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. (Matt. 23. d. Luc. 13. g.)

b *Contra mar.* Quia generatio praua & peruerſa ablutionem peccatorum in ſanguine Chriſti credere noluit.

c *Inter Pharan.* Pharan auctus. Tro-phel, inſulſitas: Laban, dealbatio: Haſeroth, atria. (✝ & Dazaab.) Auctus eſt.n. populus numero hominum, doctrina legis & prophetarum, ſed inſulſus fuit, quia ſal ſapientiæ non habuit, dealbatus vero legis ceremoniis uariiſque munditiis, quas ex litera legis ſe habere credidit. Qui bene per atria ſignificatur, tanquam per diuinas ſcripturas ad introitum fidei paratus. vnde B multi in aduentu Chriſti facilius ſuſceperunt, quē ante prædictum agnouerunt. vnde Philippus. *Quem ſcripſit Moyſes in lege et prophetæ, inuenimus Ieſum filiū Ioſeph a Nazareth.* (Io. 1.) Quatuor hi mōtes, quatuor euāgelia ſignificāt, quib. eccleſia circundatur.

d *Vndecim diebus.* Lex per Moyſen vndecim diebus explanata. Iudaicę plebis tranſgreſſionē in mandatis decalogi ſignificāt.

a Iudaicum populum, cui vniuerſaliter lex data eſt. b Ante baptiſmum. c In eccleſia in qua non eſt honor ſpiritualium, ſed terrenorum.

a ad omnem Iſrael trans Iordanem in ſolitudine ✝ campeſtri contra

a Baptiſmum Chriſti ſanguinem rubeum. Nomina locorum b Auctus eſt. c Eccleſia longe lateque diffuſa, vel dilatata. c Inſulſitas. Eccleſia ſtulta videtur, quia deſpicit viſibilia, cupiens inuiſibilia. d Dealbatio, eccleſia in baptiſmo dealbata eſt. e Atria, de quibus dicit eccleſia: Concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Pſal. 83.

b c mare rubrum inter Pharan & Trophel, & Laban & Haſeroth.

a In eccleſia. b Sapientiæ. c Multifaria ſignificat myſteria, & ſpiritualem theſaurum ſapientiæ his quæ dicuntur ineſſe. d Numerus tranſgreſſionis. e Peruenerunt, ſ. baui. Quia lex Dei a monte Horeb.

d ✝ubi eſt auri plurimum, vndecim diebus de Horeb per viam montis

Vndecim dies,
1 ſunt vndecim apoſtoli per quos (Iuda
2 reprobato) euangelium Chriſti prędi-
3 catum eſt in mun-
4 do.
5 e De Horeb. Qui
6 Hebraicè חרב choreb, incipiens per
7 Seir, .i. piloſum & ſordidum vitiis populum tranſiens venit ad Cadeſbarne, qui commutatus uel electus uel nobilis interpretatur, ſignificans literalem legis ſenſum in ſpiritalem per euangelium commutatum. *Omnia.n. in figura contingebant illis, ſcripta ad correctionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.* (i. Cor. 10. b) Lex non eſt ſoluta, ſed adimpleta, *nec vnum iota aut vnus apex preteribit donec omnia fiant.* (Matt. 5.)

(✝ in plaſ. cieua. po.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ quod Moyſes non ſcripſit hunc lib. ſed tantum protulit verba vel ſententiam, quę Ioſue & alii ſenes memoriter retinentes in hunc librum cōſcripſerunt poſt mortem Moyſi & hoc probant primo, eo quod dicitur in principio Hæc ſunt verba quæ locutus eſt Moyſes, & non dicitur, quę uerba ſcripſit. Secundo ex hoc quod dicitur trās Iordanē, & ſic videtur quod liber fuerit ſcriptus trans Iordanem. Moyſes autem Iordanem non tranſiuit, vt patet in fine huius lib. & in pluribus aliis locis. Tertio ex hoc ꝙ in fine huius lib. deſcribitur mors & ſepultura ipſius Moyſi, quam ipſe Moyſes ſcribere non potuit Sed hoc eſt manifeſte contra id quod habetur infra 31.c. vbi dicitur: Scripſit itaque Moyſes legem hanc & tradidit ſacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis domini. Et infra eod. cap. Poſtquam autem ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine atque compleuit, præcepitque Leuitis qui portabant arcam fœderis domini dicens: Tollite librum iſtum, &c. Et ideo dicunt alii, quod Eſdras ſcripſit principium & finem huius libri addendo verbis Moyſi. Sed hoc eſt contra illud quod dicitur in prin. huius lib. Hęc ſunt verba quæ locutus eſt Moyſes: Ex quo patet quod nō ſunt verba Eſdræ ſed Moyſi. Propter quod dicit Ra. Sa. & Hebræi alii, ꝙ totus iſte liber ſcriptus fuit a Moyſe excepto vlt. cap. quod ſcripſit Ioſue poſt mortem Moyſi. Ad illud autem quod obiicitur primo dicendum, quod Moyſes verba lib. huius ſeu ſententiam primo protulit coram populo per modum exhortationis, & quantum ad hoc dicitur. Hæc ſunt verba quæ locutus eſt Moyſes, ſed poſtea ſcripſit ad memoriam in futurū Quod autem ſecundo obiicitur, magis eſt ad oppoſitum, quia trans Iordanem & citra accipiuntur in ſacra ſcriptura reſpectu ſitus Ieruſalem, & ideo illa pars vbi habitabant duæ tribus cum dimidia, quę fuit acquiſita ante tranſitum Iordanis vocatur trans Iordanem, qui inter ipſam & Ieruſalem, Iordanis eſt medius. Ad tertiū reſponſio patet ex dictis Conſequenter oſtenditur quib. ſcripſit, cum dicitur. (Quis hūc librū ſcripſerit.)

1 Ad omnem. *Dicit autem Ra. Sal. quod ad hoc vocauit totum populum, vt quilibet haberet locum loquēdi ſi vellet in aliquo obiicere verbis Moyſi, vt ſic poſtea nullus haberet locum contradicendi, ſed non eſt veriſimile, quod totus populus poſſet generaliter audire verba Moyſi loquentis, cum numerus virorum qui poterant ad bella procedere abſque mulieribus & paruulis eſſet ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta, vt habetur Num. 26. Et ideo melius videtur dicendum, quod quando Moyſes loquebatur verba libri huius populo p modū exhortationis fuerūt ibi tantum capitanei & principales populi, in quib. quodammodo tota multitudo populi continebatur. Scripſit tamen Moyſes ad oēm Iſrael generaliter, quia non ſolum illi qui erant tunc præſentes, ſed ēt abſentes & futuri de populo illo obligabantur ad ea quæ fuerunt ſcripta in hoc libro, et ideo fuit repoſitus in latere arcæ vt legeretur quolibet anno ſeptimo, vt habetur inf. 31. c. Conſequenter oſtenditur vbi ſcripſit cum dicitur.*

C 2 Trans Iordanem. *Antequam tranſirent Iordanem.*

3 Contra ma. ru. *Habet enim hoc mare multos ſinus & vnius illorum eſt contra locum illum.*

4 Inter Pharan. *Nomina ſunt locorum circa locum illum vbi Moyſes explanauit legem.*

5 Vnde auri eſt plurimum. *Quia ibi ſunt mineræ auri.*

6 Vndecim diebus de Horeb. *Iſtud exponitur dupliciter, vno modo aliquibus referendo ad literam præcedentem cum dicitur. Hæc ſunt verba quæ locutus eſt Moyſes in tali loco. Vndecim diebus id eſt 11. dies poſuit ad loquendum iſta. Sed quomodo exponitur litera ſequens & cui coniungitur, cum dicitur per viam montis Seir, &c. non habetur ex verbis eorum, & ideo aliter exponitur ab aliis, non ſolum referendo ad literam præcedentem, ſed etiam ſubſequentem, vt ſit ſenſus:* Hęc *verba locutus eſt Moyſes vndecim diebus, veniendo, ſcilicet de* Horeb *per viam montis Seir, ita quod in illo undenario dierum facta eſt legis explanatio. Sed hæc expoſitio non uidetur rationabilis, quia non eſt uerīſimile quod Moyſes eundo per uiam explanaret populo legem, quia talis explanatio requirit quietem doctoris & auditoris. Et ideo Rab. Sal. aliter exponit dicens, quod hic notatur ſpatium terræ inter montem* Horeb *& Cadeſbarne, quod ſecundum eos eſt itineris undecim dierū, & tamen filii Iſrael in receſſu ſuo de Horeb poſt legem datam uenerunt illuc in tribus diebus, quod ſic probat, quia anno ſecundo egreſſionis de Aegypto, menſe ſecundo uiceſima die menſis receſſerunt ab Horeb, ut habetur Num. 10. & eodem anno uiceſimonono die menſis tertii uenerunt in Cadeſbarne, unde miſerunt exploratores. Si igitur inde ſubtrahantur triginta dies, quibus populus manſit in ſepulchris concupiſcentiæ, quia ibi comederunt carnes menſe integro, ut habetur Numer. 11. & iterum ſeptem dies quibus manſit populus in Aſtaroth quandiu Maria fuit recluſa, non remanent niſi tres dies quibus fecerunt iter prędictum, & hoc poſuit Moyſes ſecundum eum ad oſtendendum filiis Iſrael, qualiter Deus accelerabat iter populi ad intrandum cito terram promiſſionis niſi peccatum eorum impediuiſſet quando territi uerbis exploratorum murmurauerunt contra dominum uolentes reuerti in Aegyptum, & ideo quadraginta annis fuerunt uagabundi per deſertum. Igitur ſecundum hanc expoſitionem eſt ſenſus.*

E (☞ a Qua)

Vndecim diebus. *Supple itur uſque ad Cades eundo.*

7 Per viam. *Id eſt qua itur de Horeb in Seir, quia Cades eſt intermedia, & ſubintelligitur, quam uiam tribus diebus feciſtis Deo accelerante iter ueſtrum, & ita acceleraſſet reſiduum, niſi peccata ueſtra poſuiſſent impedimentum. Aliter etiam exponit referendo ly undecim diebus, ad totum iter filium Iſrael de Horeb uſque ad ingreſſum terræ promiſſionis, ut ſit ſenſus. Si non peccauiſſetis domino undecim diebus de Horeb ueniſſetis ad ingreſſum terrę promiſſionis tranſeundo per Cades & per montem Seir, quia dominus dediſſet nobis gratiam in conſpectu filiorum Eſau, & conceſſiſſent uobis tranſitum per medium terrę ſuę. Sed propter peccatū ueſtrum denegatus eſt uobis illic tranſitus & circumiuiſtis montem Seir longo tempore, ut habetur infra eo. cap. & ſecundum utramque expoſitionem eſt hic modus loquendi, qui apud Hebræos uocatur decurtatus uel reciſus, ſcilicet, quando aliqua tacentur, quæ tamen neceſſario ſubintelliguntur, ſicut ii. Reg 5. cap. ubi tranſlatio noſtra habet. Propoſuerat enim Dauid in die illa præmium ei qui percuſſiſſet. Iebuſæum, &c. In Hebræo habetur ſic. Et dixit Dauid in die illa, qui percuſſerit Iebuſæum, &c. & non fit mentio de prēmio, nec in generali nec in ſpeciali, & tamen ſubintelligitur, quod præmium eius foret quod eſſet princeps militiæ, ut habetur 1. Paral. 11. ſic in textu prędicto ſecundum duas expoſitiones ultimas aliqua ſubintelliguntur ut patet ex prędictis. Conſequenter oſtenditur tempus quo Moyſes ſcripſit cum dicitur.* F

✲ 1 Quia

Commutitus. Vt ſupra.
a tis Seir, vſq; ad Cadesbarne. Quadrageſimo anno, vndecimo 1
a In principio gratiæ. b Scribendo. c Inter quos & Deum ipſe mediator erat.
b menſe, prima die menſis, locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael 2
a Non a ſe, ſed a Deo acceperat. Tanquam mediator.
c omnia quæ præceperat illi dominus, vt diceret eis, poſtquā 3
a Germen inutile, vel tentatio oculorum. b Amaricantium.
d percuſſit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitauit in He
a Cogitatio vel cingulum mœroris. Qui concluſio interpretatur. b Confuſio. c Veſtibula vel atria.
ſebon, & Og regem Baſan, qui manſit in Aſtaroth, & in
Innundatio malorum. Vt ſupra. Id eſt exlex, A principio.
e Edrai trans Iordanem in terra Moab. Cępitq; Moyſes expla 4
a Quia obſcura. b Affectuoſe. c Auctoritatem ſibi acquirit, dum Deum auctorem inducit.
f d Quem quaſi Deum creatorem tuum dilige.
g nare legē & dicere: Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos 5
a Vbi tentoria etiam ad imperium illius diſponebat. 6
h in Horeb, dicens: Sufficit vobis, quod in hoc mōte manſiſtis. 7

A a *Quadrageſimo anno vndecimo menſe prima, &c.* ISID. Quadraginta anni quib. laborioſè peractis filii Iſrael ad terrā promiſſionis tranſierunt, totū huius ſeculi tēpus ſignificāt, in quo eccleſia ſub laborib. & periculoſis tentationib. quod non videt ſperando, per patientiam expectat, donec veniat ad promiſsā patriam. Ideo dominus quadraginta diebus ieiunauit & quadraginta noctibus, & tētatus eſt in eremo. Corpus enim Chriſti quod eſt eccleſia tentationes tranſmittit, & labores donec veniat ad conſolationem. Quod autem veſtis Iſraelitarum per tot annos nulla vetuſtate corrupta eſt, & pelles calciamentorū ſine labe durauerunt, ſignificat incorruptibilitatem corporum, quæ modo corruptibilia, ſine corruptione manebunt. (Iſa.4.a.)

B Quadragenarius ex denario & quaternario cōſtant, & legis euangelii impletionem ſignificat, quæ fit in eccleſia, decem namque ad legem pertinent, quatuor vero ad euangelium.

b *Vndecimo menſe, &c.* Sicut in undecima expreſſa eſt legis trāſgreſſio, ſic in prima die peruigil ad docendum legiſlatoris intentio, qui ex quo inobediens populus legē tranſgredi non timuit, ſtatim prædicando & corrigendo voluntatem domini inſinuare ſtuduit, & eos ad meliora trahere uel prouocare verbis & exemplis non ceſſauit.

c *Poſtquam percuſſit Sehon, &c.* Notādum quod interfectis duobus Amorrhæorum regib. lex recapitulatur & populus inſtruitur, quia remotis ſcandalis & ſuperatis vitiorum turmis, competenter doctrinæ inſiſtitur, & fidei lumen digne deſiderantibus aperitur.

Debemus prius in nobis vitia occidere, & ſic mandata diuina populis tradere.

d *Sehon regem Amorrhæorum qui habitauit in Heſebon, &c.* ISID. In his regib. licet res geſta cognoſcatur, per nominum tamē interp̄tationes ſpiritualis ſignificatio intimatur. Sehon nanq. germen inutile uel tētatio oculorū interpretatur, per quā diabolus figuratur, qui transfigurat ſe in angelum lucis, ut per ſchiſmata incautos decipiat, uel p̄ hæreſim. Hūc Amorrhæi id eſt amaricantes regē habent. Niſi enim quædam veritatis (11.c)

C ſimulatio præcedat, nec erunt hæreſes amaricantiū, nec ſchiſmata exacerbantium. Hic in unoquoq; occiditur, cū ſimulatio damnatur, ueritas amatur. Og uero interpretatur concluſio, Baſan cōfuſio. Id.n.agit diabolus vt uiam ad Deum p̄cludat obiecta idolatria, ne quis in Chriſtū credat. Concluſio enim præcedit ut rex, confuſio ſequitur vt plebs. Quos enim a fide Chriſti excludit, confundentur cum Chriſtus apparuerit. Sehon autem habitauit Heſebon, quia diabolus rex vitiorū humanis ſe immiſcet cogitationibus, & mētem cingit ſuperfluis ſolicitudinibus, ne verba proferat veritatis, vel exerceat opera pietatis. Interpretatur namque Heſebon cogitatio vel cingulum mœroris. Og quoque rex Baſan habitauit in Aſtaroth, & Edrai. Aſtaroth quippe atria, Edrai inundationem malorū ſonant, infidelitatem ſcilicet cum operib. prauis. Ad hoc enim diabolus certat, ut quos regit, nunquam intrent ianuam fidei, ſed foris manentes ſemper operibus inſiſtant prauis. D E

e *In terra Moab.* Exlex ſiquidem populus fuit, qui legem ſpiritalem non habuit.

f *Cœpitque Moyſes.* ✻ RVP. Hæc legis explanatio breuis & lucida, pene cunctorum quæ ſparſim dicta vel geſta ſunt, recollectio eſt, magnā multumque ſolicitam viri mitiſſimi ſuper omnes homines qui morabantur in terra dilectionem, vbiq; ſpirans, ſcilicet ad hoc tendentis, vt auditorum ſuorum ſurſum ad dominum erigat beneuolentiam.

g *Dominus Deus noſter.* In li. Num. de profectione filiorum Iſrael de deſerto Sinai narratur, ſed præceptū domini ad Moyſen de eodē tranſitu non dicitur, ſed de nube quæ tabernaculum tegebat, & qn̄ proficiſcendum erat, recedebat, & ad locum figēdorum caſtrorum præcedebat. Sic enim ſcriptū eſt: *Anno ſecundo, menſe ſecundo, vigeſima die menſis eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis, & recubuit in ſolitudine Pharan.* Sed manifeſtum eſt tranſitum illū Dei pręcepto eſſe diſpoſitū, licet ibi non ſit commemoratum. Vnde alibi in libro Numeri ad imperium domini figebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. (literaliter. Nu.10. b. Num.9.d.)

h *Sufficit vobis, &c.* Præcipit Moyſi ut recedat a monte in quo legem acceperant, quia doctor nō ſemper dēt inſtare contēpla F

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quadrageſimo anno. *Scilicet ab egreſſu filiorum Iſrael de Aegypto, quia in quadraginta annis quib. filij Iſrael fuerunt vagi per deſertum, includitur annus qui tranſierat ab egreſſu de Aegypto vſque ad miſſionem exploratorum vt dictum fuit Num. 14.e.*

2 Vndecimo menſe. *Ex quo patet quod verba huius libri dixit Moyſes filijs* Iſrael *& ſcripſit propinquus morti ſuæ & hoc duplici de cauſa. Vna eſt, quia ibi continentur aliqua verba increpationis propter peccata quæ commiſerant, ſicut & Iacob increpauit Ruben,* Leui, *& Simeon propinquus morti, vt habetur Gen. xlix. d. & Ioſue filios Iſrael, ut habetur* Ioſue *vlti. & ſimiliter Samuel 1. Reg. 12. Secunda cauſa eſt, vt fortius memoriæ imprimerentur, quia verba quæ a patribus, filijs, & a principibus ſubiectis prope mortem traduntur, melius commendantur.*

3 Poſtquam percuſſit Sehon. *Qui ſi increpaſſet eos antequam introduxiſſet filios Iſrael in partem terræ ab eis poſſidendam potuiſſent dixiſſe, cum eſſent duræ ceruicis, & ad rebellandum proni, quid ad iſtum increpare nos, & legem nobis imponere, qui non potuit nos introducere in aliquam partem terræ a nobis poſſidendæ?*

4 Cœpitque Moyſes, &c. *Hic incipit executio libri, & diuiditur in quatuor partes principales. In prima Moyſes ponit inductionem ad legis reuerentiam per beneficia eis promiſſa & in parte præſtita. Secundo ponit explanationem ad legis obſeruantiam & efficaciam, c. 4. Tertio excitationem per benedictiones & maledictiones futuras legis obſeruantiam, c. 27. Quarto finalem diſpoſitionem ad perſeuerantiam in lege quaſi condens teſtamentum, & diſponens ad introductionem in vlteriorem terram 31. c. Circa primum notandum, quod inducit homines ad legis reuerentiam. Primo reducendo ad memoriam beneficia ante legē patrib. promiſſa, & partim et filijs eorū præſtita. Secundo recolendo beneficia poſt legē datā exhibita, c. 2. Circa primū capitulū primo repetuntur beneficia promiſſa, ſecundo culpa cōmiſſa ibi. Profectiq; de* Horeb, *tertio præſentia omiſſa ibi; Et reſpondiſtis mihi. Circa primum ſciendum, quod ante legem duo ſpiritualiter patrib. Deus promiſſit ſcilicet terræ magnitudinem, Gen. 13. a. Dixit dominus ad Abraham. Sequitur.* Leua oculos & vide a loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem & orientem & occidentem, omnē terrā quam conſpicis tibi dabo & ſemini tuo & prolis multitudinem: *Gen. 15. b.* Suſpice cęlū & numera ſtellas ſi potes, & dixit ei: Sic erit ſemen tuū. *Primo igitur recolit primum, ſecundo ſecundum ibi:* Dixique vobis. *Circa primum dicitur ſic.* (Duo promiſſa patribus ante legem.)

Cœpitque Moyſes explanare. *Addendo aliqua ad eius intellectum & eius declarationem.*

5 Et dicere. *Ea quæ inferius ſequuntur.*

6 Dominus Deus noſter locutus eſt. *Et ideo cum ſit veritas per eſſentiam, debuiſtis ei credere abſque hæſitatione, quid autem dixit, ſubditur cum dicitur.*

7 Sufficit uobis quod in hoc monte manſiſtis. *Quia filij* Iſrael *iam receperant legē a domino, vt habetur Exo. 20. fecerunt tabernaculū & omnia eius inſtrumenta ad diuinum cultū, ut habetur Exo. 25. &* ✻ ordinati

*MORALITER.*

✻ 1 *Cœpitque Moyſes explanare legem.* Per hoc oſtēditur quod non ſolū licitum eſt ſed etiam meritoriū hoc hominib. literatis ſacrā exponere ſcripturā ſecundum fidei tenorem, & eius ✻ obſcu-

a *Tribunos*, Millenarios Grece χιλιάρχους, qui de ſpe ſcilicet A æterni præmii docent ſubiectos.

b *Et centuriones.* Centuriones Grece ἑκατοντάρχους qui cæleſtia mandata perfectis tradunt. Iure præponunt, qui cētenario numero, id eſt, perfectione præditi. Quaſi centū regunt dum ad perfectionem perducunt.

chra cōcupiſcentię Haſeroth & Cades diſtinguunt nomine. D Sed in catalogo manſionū pariter oēs quot in numero ſiunt, uel quo nomine dictæ oſtenditur. Prima manſio, id eſt, ſepulcha uel concupiſcentiæ, ſecundo menſe eiuſdē ſecundi anni 22. die menſis introita eſt. Anno enim ſecūdo (vt ſcriptura dicit) menſe ſecundo 20. die menſis mouerunt caſtra de deſerto Sinai, & recubuit in ſolitudine Pharan nubes, protectique ſunt de monte domini viā trium dierum, donec venirent ad locum manſionis quæ merito populo carnes concupiſcentis ſepulchrorum concupiſcentiæ nomen accepit. Vltimam harum, id eſt, Cedes quot die vel menſe eiuſdem anni ingreſſi ſunt, nō dicitur: quæ tamen in ſolitudine Pharan ſita eſt, quia eadem anno adita fuerit, non tacetur. E Scriptum eſt enim: *Populus non eſt motus de illo loco donec reuocata eſt Maria. Profectusque eſt de Haſeroth fixis tentorijs in deſerto Pharan, vbi locutus eſt dominus ad Moyſen dicens: Mitte viros qui conſiderent terram Chanaan*: Quod ne proxima poſt Haſeroth manſione iuſſum factumque putetur, ſed in vltima eorum quæ ſub nomine Pharan continetur, impletum, infra ſcriptum eſt: Reuerſique exploratores terrę poſt xl. dies omni regione circumita venerunt ad Moyſen in Pharan quod eſt Cades. In Deuterono. quoque dicitur Moyſes populo, Cum veniſſetis in Cadeſbarne, dixi uobis, ueniſtis ad montē Amorrhæi &c. & dixiſtis, Mitte viros qui conſiderent terram, &c. Quod autē eādem manſionem ſecundo anno egreſſionis adierunt, a quo tñ peccato murmurationis reuerti, & diu per deſertū errare, & paſſim cadere meruerunt, teſtatur Moyſes in ſequentib. dicens: Sediſtis in Cadeſbarne multo tēpore, profectiq; īde venimus in ſolitudinem quæ ducit ad mare rubrum, ſicut dixerat mihi dominus, & circumiuimus mōtem Seir longo tempore, & intra tempus quo ambulauimus de Cadeſbarne vſque ad terrentem Zareth. 38. annuo fuit, donec conſumeretur omnis generatio bellatorum. Zareth autē non eſt nomē alicuius manſionis de quadragintaduab. F ſed

c *Et quinquagenarios* Grece πεντηκοντάρχους qui opera pœnitentiæ annuntiant.

d *Decanos.* Qui denarii perfectione vineæ denarium expectantes, eiuſdem denarii multos præparant participes.

e *Quia Dei.* non hominum. quia iudicando Dei uicarii eſtis qui perſonam non accipit.

f *Quod ſi difficile.* Maiora quæque & difficilia deſcernere & B iudicare debent maiores parua & facilia minores.

g *Profecti aut.* GILBERTVS. Hęc in locis propriis congrue expoſita ſunt. Expoſita vero exponere otioſi eſt, non ſtudioſi.

h *Cumque veniſſimus in Cadesbarne, &c.* Quod ſecundo anno egreſſionis ſuę popul⁹ in deſerto Pharan ꝙ eſt Cades, venerit, ubi reuerſis exploratorib. cum fructib. terræ, & quę viderant nuntiantib. murmurauerunt contra Moyſen & Aarō, & ideo longi itineris tędio & moralitate affecti interierint: hic locus manifeſtum dabit indicium. Vbi notandum quod xlij. manſiones quas ab Aegypto vſq; ad Iordanem habuerunt trium tantum cōgruere videntur curriculis annorum, primi. ſ. ſecundi & quadrageſimi egreſſionis de Aegypto. Primus certa diſtinctione continet 12. primam Rameſſe 15. die primi menſis ingreſſam, vltima ſolitudinem Sinai, prima die tertii menſis additam: & per vndecim continuos mēſes cōſtruendi tabernaculi & docēde legis gratia minime relictam. Quarū 12. manſionum ix. tantum in Exo. exprimūtur nominatim, tres in vocabulo deſerti Sin (ꝙ dicitur eſſe inter Elim & Sinai) indiſcrete ſignificantur. Secundus annus complectitur manſiones 21. Quibus in ordine hiſtorię cunctis indifferenter ſub nomine ſolitudinis Pharan C comprehenſis, prima tantū & ſecunda, & vltima, id eſt, ſepulchra

a Vobis eligentibus prius. b Non alienos. c Fortes.
d Scilicet qui ſapienter agunt. e Qui magis timeantur.

a vis facere. Tulique de tribubus veſtris viros ſapientes & † nō- 1
b biles, & conſtitui eos principes, tribunos, & centuriones, & 2

a Qui ſpiritualiter ſunt perfecti, laborant vt perficiantur alij.
c b Græce † decarchos qui decem præcepta legis docent. Singuli. c Neceſſaria.
3
d quinquagenarios, ac decanos † qui docerent vos ſingula: 4

a Nemo eſt iudicandus niſi prius auditus. b Iuſte iudicate filij hominem.
Quaſi non accipietis perſonam.
5
Præcepique eis dicens: † Audite † illos, & quod iuſtum eſt iu- 6
dicate: Siue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, † nulla erit diſtantia 7
perſonarum. Ita paruum audieris vt magnum, nec † accipie- 8
e tis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Quod ſi diffi- 9

a Ad diſcernendum.
f cile vobis viſum aliquid fuerit referte ad me, & ego audiam: 10

Non tantum prædicti.
11
g Præcepique omnia quæ facere deberetis. Profecti autem de 12

Solutionem.
Horeb tranſiuimus per eremum terribilem & maximam 13
quam vidiſtis per viam montis Amorrhei, ſicut præceperat 14
h dominus Deus noſter nobis. Cumque veniſſemus in Cades-
barne dixi vobis: Veniſtis ad montem Amorrhei, quem dñs 15
Deus noſter daturus eſt nobis: Vide terram quam dñs Deus
tuus dabit tibi: Aſcende & poſſide eam ſicut locutus eſt dñs 16
Deus noſter patribus tuis: Noli metuere, nec quicquā paueas.

† peritos. † in tribubus veſtris † non cognoſcetis faciem in iudicio. † timebitis

Nu. 12. d. Nu. 13. a. Deut. 1. c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tulitque de tribubus veſtris. *Per electionem & conſenſum veſtrum.*

2 Viros ſapientia & nobiles. *moribus. & genere, quia ſecundum quod dicit Boetius de conſol. nobilitas generis quantum eſt de ſe videtur ipſius nobilibus quandam neceſſitatem imponere, ne a maiorum ſuorum probitate pegenerent.*

3 Et conſtitui eos principes. *in diuerſis gradibus, & officiis. unde ſubditur.*

4 Tribunos, &c. *qui præſunt mille.*

5 Centuriones. *qui centum, & ſic de alijs.*

5 Præcepique eis dicens. *Audite illos, quia iudicium debet dari cū maturitate & diſcretione, ad quod præexigitur, quod partes diligenter audiantur.*

6 Et quod iuſtum eſt iudicate. *non diuertentes a iuſtitia aliquo prę mio nec fauore vel amicitia. ideo ſubditur.*

7 Siue ciuis ſiue peregrinus, &c. *quia conciues ſolent magis diligi quam alieni.*

8 Ita paruum audietis ut magnum, nec acci. *Hoc dicitur, quia diuites ſolent magis honorari, & audiri quam pauperes, quod non debet eſſe in iudicio.*

9 Quia Dei iudicium eſt, &c. *Alij enim iudicant ſicut eius miniſtri, & ideo ſi diuertant a iuſtitia, directe faciunt contra Deum.*

10 Quod ſi difficile viſum aliquid fuerit, &c. Ita *quod non videatis clare, quid ſit determinandum.*

11 Referte ad me & ego audiam. *vt determinem vobis quid agendum ſit ſi ſciam, vel ſi non, ad conſilium domini referam, ſicut fecit de filiab. Salphaad vt dictum eſt numeri. 27.*

12 Profecti autem de Horeb. *Poſtquam Moyſes narrauit prædicta beneficia, hic conſequenter refert culpam commiſſam ex reuelatione exploratorum, per quam fuit retardatum primum promiſſum de ingreſſu terræ promiſſionis. Circa quod Moyſes primo replicat acceſſum populi ad miſſionis locum. ſecundo miſſionem exploratorum, ibi: Et acceſſiſtis, tertio peccatorum commiſſum, ibi:* Et noluiſtis aſcendere. *quarto promiſſi impedimentum, ibi: Cumque audiuiſset dominus. Circa primū dicitur:* Profecti *autem de Horeb, qui alio nomine vocatur mons Sinai.* Diuiſio.

13 Tranſiuimus per eremum ter. *Quia erant ibi ſerpentes magni ſcorpiones in multitudine ſecundum quod dicitur 1. 8. c. Erat ibi ſerpens flatu adurens & ſcorpio.*

14 Per viam montis Amorrhæi *id eſt per viam quæ ducit ad illum montem per quē debebant ingredi. Sequitur.*

15 Dixi vobis, veniſtis ad montē Amorrhęi quē dominus, &c. *Oſtendendo vobis locum per quem debebatis terram ingredi de mandato domini. vnde ſubditur.*

16 Aſcende & poſſide eam, &c. *Quia dominus paratus eſt implere promiſſum, & quia noluerunt ſtatim intrare, ſed magis negotium retardare mittendo prius exploratores quaſi de diuina directione diffidentes, ideo demerito permiſſi ſunt peccare, per quod retardatus eſt ingreſſus terræ.*

A ſed torrentis, ad quē (ſicut in libro Num. legitur) tranſgreſſi 28. manſione nomine Ieabarim venerunt, quem relinquens, inquit, caſtrametati ſunt contra Arnon, quę eſt in deſerto, & prominet in finib. Amorrhæi, q̄ xl. anno geſtum fuiſſe non latet, qui vltimus per deſertum longiſſimæ viæ manſiones continet decem, quarum prima magno labore reperta, eadem ſcilicet ipſi Cades deſerti Sin quam ante annos xxxviij. culpa exigente poſt ſe reuerſi reliquerunt, de qua ſcriptum eſt: *Venerūt filij Iſrael in deſertum Sin menſe primo, & manſit populus in Cades & mortua eſt ibi Maria & ſepulta in eodem loco. Cumque indigeret aqua populus, coierunt aduerſum Moyſen & Aaron, &c.* vſq. ad hoc: *Hæc eſt aqua cōtradictionis, &c.* Nō tandum, quod eadē Cades & in deſerto Pharan, & in deſerto Sin facta eſt, ſicut ſcriptura refert, vnde conijcimus partem deſerti Pharan vbi Cades eſt, ſpecialiter Sin appellari. Sin autem non eſt ipſa Cades, quam mox tranſgreſſo mari rubro inter Elim & Sinai per tranſierint, ſed alia prorſus & aliis apud Hebræos ſcripta literis. Secūda uero eiuſdē quadrageſimi anni māſio eſt mons Hor, in quo occubuit Aarō primo die quinti mēſis ultima, cāpeſtria Moab ſup Iordanē cōtra Iericho, ubi Deuteronomiū meditantes māſerunt donec mortuo Moyſe Ioſue duce primo die decimi menſis Iordanē tranſierunt. Fiūt ergo māſiones primi anni 14. ſecundi 20 & vna vltimi & ipſa viceſima prima quæ eſt Cadēs, & aliæ ix. ſimul ſcilicet omnes xlij.

Nu. 21. c. — * in manu — Nu. 20. a. — B — Nu. 20. d. — Nu. 13. a.

a Et acceſſiſtis ad me omnes atque dixiſtis: Mittamus viros,* 1
qui conſiderent terram, & renuntient per quod iter debea- 2
mus aſcendere, & ad quas pergere ciuitates, Cumque mihi 3
b ſermo placuiſſet, miſi è vobis duodecim viros, ſingulos de 4
c tribubus ſuis. Qui cum perrexiſſent & aſcendiſſent in mon- 5
tana, venerunt vſque ad vallem Botri: & conſiderata terra 6
ſumentes * de fructibus eius, vt oſtenderent vbertatem attu- 7
Caro Chriſti.
lerunt ad nos atque dixerunt: Bona eſt terra quam dominus
Gratis. In ſalutem noſtram. a In terram promiſſionis aſcenditur: in Aegyptum deſcenditur.
Deus noſter daturus eſt nobis. Et noluiſtis aſcendere, ſed in- 8
a Cordibus prauis.
creduli ad ſermonem domini Dei noſtri, murmuraſtis in tā-
bernaculis veſtris atque dixiſtis: Odit nos dominus, & id- 9
circo eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet in manū Amor-
rhæi atque deleret. Quo aſcendemus? † Nuntii terruerunt 10
cor noſtrum, dicentes: Maxima multitudo eſt & nobis ſta-
tura procerior: Vrbes magnæ & ad cælum vſque muratæ: †
Filios Enacim vidimus ibi: Et dixi vobis: Nolite metuere, 11
Præbebitis manum ipſe effectum.
nec timeatis eos. Dominus Deus qui ductor eſt veſter, pro
a Quaſi ab ante factis de faciendis confidite.
vobis ipſe pugnabit, ſicut fecit in Ægypto, cunctis videnti-
Affectuoſe.
d bus, & in ſolitudine ipſi vidiſtis. Portabit te dominus Deus 12

a *Et acceſſiſtis ad me.* In libro Numeri ſcriptum eſt, dominum dixiſſe Moyſi, ut mitteret viros qui conſiderarent terram, hic vero populus dixiſſe legitur, Mittamus viros qui conſiderent terram, ſed populus hoc prius Moyſi ſuggeſſit, Moyſes ad dominum retulit, ſecundum cuius præceptū poſtea exploratores miſit.

De duodecim exploratoribus. Moraliter C

b *Miſi e vobis.* Iſti D Duodecim exploratores miſſi ad explorādam vberem terrā qui populum terruerunt, Scribarū & Phariſæorū ſpeciem gerunt. Sicut enim illi per Moyſen miſſi ſunt, ut uberem terram ſollicite conſiderarent ſic iſti per legem & prophetas, vt per ſcripturæ inueſtigationem Chriſti ſpecularentur aduentum, in quo erat terra, id eſt caro ſancta, in qua Dei regnum & vbertatem ſpiritualium fructuū & vitam conſequerentur æternā. Sed ſicut illi, populum perterruerunt, ad deſperationē induxerunt, ne conſiderēt in Dei promiſſione, ita ſcribæ & Phariſæi populo perſuaſerunt ne crederent in Chriſtū, ad Aegyptum ſeculi huius redeuntes, māna fidei repudiantes, quærētes ollas peccatorum nigras, & cæpas blaſphemorū putridas, & pepones vitiorum & libidinum corruptione marcentes. Botrus autē quē duo attulerunt, Chriſtus eſt pendens in crucis ligno promiſſus gentibus, allatus de terra promiſſionis de vētre virginis. Duo baiuli qui incedunt ſub onere botri, duo ſunt populi. Prior Iudaicus cæcus & auerſus pendentis gratiæ ignarus, & onere ſuſpenſi preſſus, cui ſubiicitur iudicanti ſecundum illud: *Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorū ſemper etc.* Poſterior vero Gentilis Chriſtū credens, ſemper ante oculos habens, & quaſi ſeruus dominū, & diſcipulus magiſtrum ſequens, & illud euangelicum audiens. *Qui vult venire poſt me, abnegat ſemetipſum & tollat crucem ſuā, & ſequatur me.* Hic eſt botrus qui ſanguinis ſui vinū in ſalutem noſtram crucis cōtritione perfudit, & expreſſum paſſionis ſuæ calicem Eccleſię propinauit. Hic eſt botrus quē malogranata, id eſt, mater Eccleſia ſecuta eſt, habēs numerū granorum, id eſt, multitudinem populorū, & ruborē ſanguinis Chriſti ſignaculo coruſcantē. Habet etiam diſtincta grana diuerſa charitate ſignata. His omnib. ſe indignos increduli iudicantes, terram carnis Chriſti fluentē lacte & melle accipere noluerunt, quā ſerui eius, id eſt, Chriſtiani conſecuti ſunt, de cuius doctrina cantat Eccleſia: *Quam dulcia faucib. meis eloquia tua ſuper meliori meo.* Ficus aūt legē ſignificat, ſicut botr⁹ figurā ſaluatoris geſtat, qa nec Chriſt⁹ ſine lege, nec lex ſine Xpo.

c *Duodecim.* Hi doctores eccleſię ſignificant, quorum alii praua docendo populum peruertunt, alii recta pdicādo pficiūt.

d *Portauit te dominus.* ✱ PROCOPIVS. Id proprie ſignificat

D — * an… — Exo. 2. — vtof… rent… tatem — † F… noſt… ſolue… — * … — Pſal. E — Luc. — Pſal. — Alleg. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et acceſſiſtis. *Hic conſequentes replicat miſſionem exploratorum, quæ proceſſit ex importunitate populi hoc petentes, ut dictum fuit Num. 13. & hoc eſt quod dicitur.*

2 Et acceſſiſtis. *Id eſt, cum tumultu & importunitate.*

3 Qui conſi. *Qualis ſit, cum tamen dixiſſet Deus, ipſam eſſe fluentem lacte & melle, cui credere debebant.*

4 Et renuntient per. *Quaſi diffidentes de diuina directione, quę erat eorum ductor.*

5 Cumque mihi *Hic accipitur placere pro conſentire, quia hoc Moyſi ſimpliciter diſplicuit, ut dictum fuit Num. 13. ſed propter importunitatem populi ſuper hoc conſuluit dominum, qui reſpondit ei:* Mitte exploratores, *non præcipiendo, ſed magis permittendo impleri petionem populi ad malum ſuum, eo quod male petebant Sequitur.*

6 Venerunt uſque ad *Sic nominatus eſt locus ille, eo quod exploratores inde tulerunt botrum, ut habetur Num. 13.*

7 Bona eſt. *Hoc verbum dixerunt Caleb & Ioſue tantum, licet enim alij exploratores commendaſſet terram de fertilitate, tamen dixerunt, quod impoſſibile erat populo ipſam acquirere, propter quod de conſilio exploratorum filij Iſrael deſperati de ingreſſu terræ promiſſionis, voluerunt reuerti in Aegyptum Ioſue autem & Caleb non ſolum dixerant terram eſſe bonam, ſed etiam quod ex adiutorio Dei abſque difficultate poſſent obtinere eam, vt habetur Num. 14.*

8 Et noluiſtis aſcendere. *Hic deſcribitur peccatum commiſſum multiplex. primum fuit inobedientiæ, cum dicitur:* Et noluiſtis aſcendere ad mandatum domini, & meum, & Caleb, & Ioſue exhortationem. *Secūdum fuit incredulitatis quod notatur cum dicitur:* Sed increduli ad, &c. *Tertiū murmurationis ibi:* Murmuraſti eſtis. *Quartum blaſphemiæ, ibi:*

Pecc. popu. mult.

9 Atque di. *Cum tamen econtrario ſigna certæ dilectionis eis oſtēdiſſet in exitu de Aegypto & in deſerto, vt patet in Exo. Quantum puſillanimitatis, cum dicitur.*

10 Nuntii ter. *hoc expoſitum eſt Num. 13. vſque ibi:*

11 Et dixi uobis. *vos conſolando, pro uobis ipſe pugnabit ſicut fecit in Aegypto, interficiendo primogenitos Aegyptiorum & ſubmergendo Pharaonem & eius exercitum, in ſolitudine Amalec debellando.*

12 Portauit te. *Id eſt, diligenter te cuſtodiuit & nutriuit dando manna, ſicut* ✱

## MORALITER.

✱ 2 *Mittamus viros qui, &c.* Senſus myſticus eorum, quæ dicuntur hic de iſtis exploratoribus poſitus eſt ſupra, Num. 14. cap. & 15.

MORA-

A ſicat pueros iracundos, ac irritatos verſare, ac una balbutiẽdo ſeſeq; illis demittendo ſuſtinere. Sic enim Deus infirmitatem eorum in ſe recipiens paulatim eos ad altiora eduxit.

a *Nocte oſtendens.* Nox peccatoris, dies vita iuſti. In columna ignis malorum damnatio, quibus terribilis apparebit dominus in iudicio. In columna nubis leuis & blanda viſio qua conſolabuntur electi.

b *Die per columnam.* In æſtu huius ſeculi obumbrans & ſuſtentans fortitudine & propitiatione ſuę carnis.

c *Iurauit.* Non eſt Deus paſſibilis nec vitio iracundiæ ſubiectus. Sed per hęc charitas Moyſi erga populum manifeſtatur, & Dei bonitas quæ omnem ſenſum ſuperat.

d *Non videbit quiſ.* B Simile dicitur de illis qui inuitati ad cœnã excuſauerunt ſe. *Nemo virorum illorum qui vocati ſunt guſtabit cœnam meam.*

Peſſima generatio non poſſidet terram bonam, quia Chriſti non credit in carnationem.

e *Nec miranda.* Hic dicit Moyſes propter populum iratum ſibi dominũ dixiſſe, quod in terram promiſſionis non ingredietur cum ĩ libro Numeri legatur: *Dixit Dominus ad Moyſen & Aarõ quia non credidiſtis mihi vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.* Sed ſententia ſequens videtur ſoluere quæſtionẽ. Hæc eſt, inquit, aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filii Iſrael cõtra dominum, &c. Iurgium enim & rebellio populi cauſa fuit iræ & vindictæ tã in populum quam C in Moyſen & Aaron.

f *Nec tu ingre.* Isid. Videtur in Maria prophetia mortua: in Moyſe & Aaron lex & ſacerdotium Iudæorum, qui non potuerũt ad terram promiſſionis aſcendere, nec credentem populum de ſolitudine huius ſeculi educere. Sed ſolus Ieſus, id eſt, ſaluator verus Dei filius. In xxxiij. manſione Moyſes dominum offendit. Perturbatus enim murmure populi dubitando petram percuſſit, quaſi aquã non poſſit Deus dare de petra quod ante iam fecerat. Moyſes In hoc loco figuram gerit populi ſub lege poſiti. Sic enim populus Chriſtum ligno crucis affigens non credidit eſſe Dei virtutẽ, ſicut Moyſes cũ petram percuſſit, de virtute Dei dubitauit. E Sed petra percuſſa manauit aqua, & plaga Chriſti reddita eſt credentibus vita; *Petra enim erat Chriſtus.* Hanc carnalem de Chriſti diuinitate deſperationem in ipſius Chriſti altitudine dominus iubet mori, dum Moſen in mõte mori pręcipit. Petra, enĩ Chriſtus, mons Chriſtus, petra humilis fortitudo, mons eminẽs magnitudo. De hoc mõte dicitur: *Non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montẽ poſita, &c.* Prudentia carnis viuit, cũ tanquã petra percuſſa contemnitur in cruce humilitas Chriſti. Prudentia carnis moritur, cum tanquam montis eminentia Chriſt⁹ excelſus agnoſcitur.

Exo. 17.b. 1. Cor. 10.a

Nec mirã da ĩdignatio in populum cũ.

Matt. 5.b.

Quem tenere diligit, nec laborare permittit. Nunquam defuit.
tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuũ, in omni via
Ingrati beneficijs. Qui magna fecit in vobis. a Quoniam dux & comes laboris.
per quam ambulaſtis donec veniretis ad locum iſtum. Et 1
nec ſic quidẽ credidiſtis domino Deo veſtro qui præceſſit vos
a Indicio nubis, ſtante ſcil. columna nubis.
in via, & † metatus eſt locum, in quo tentoria figere debere-
a In cæcitate huius ſeculi præbet lumen ſpiritusſancti. Vt qui non vident videant.
a tis, nocte oſtendens vobis iter per ignem, & die per colum-
a Vt qui vident, cæci fiant.
b nam nubis. † Cumque audiſſet dominus vocem ſermonum 2
a Deus iratus dicitur, cum ea quæ ſunt ira & vltione digna facimus.
c veſtrorum, iratus iurauit & ait: Non videbit quiſpiam de ho- 3
d minibus generationis huius peſſimæ terram bonam quam
a Non malis ſed bonis: nihil ergo debeo malis.
ſub iuramento pollicitus ſum patribus veſtris, præter Caleb
a Poſſideoit. Mente. b Chriſti carnem.
filium Iephone. Ipſe enim videbit eam, & ipſi dabo terram
Imitatoribus. a Obediendo, credendo.
quam calcauit, & filiis eius, quia ſecutus eſt dominum. Nec 4
e miranda indignatio in populũ: cũ mihi quoque iratus domi- 5
a Iurgantes ad aquas contradictionis. b Lex neminem ad perfectum duxit. c Ieſus verus.
nus propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc, ſed Ioſue fi- 6
a Chriſtus non venit legem ſoluere: ſed adimplere.
f lius Nun † miniſter tuus ipſe intrabit pro te, hunc exhortare
a Electione gratiæ. b In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Io. 14.a. c Gentiles, pauperes ſpiritu quos deſpe. illis.
& robora, & ipſe terram ſorte diuidet Iſraeli. Paruuli veſtri
a Diabolo. Non ſerui.
de quibus dixiſtis, quod captiui ducerentur & filii, qui hodie 7
a Dei. b Diaboli. c Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, Eph. 5.b. d Libero arbitrio.
boni ac mali ignorant diſtantiam, ipſi ingredientur & ipſis
a Per gratiam. b Viuentium, vel meipſum. c In æternum.
dabo terram, & poſſidebunt eam. Vos autem reuertimini & 8
abite in ſolitudinem per viam maris rubri. Et reſpondiſtis 9
mihi: Peccauimus domino: Aſcendemus atque pugnabimus
g ſicut præcepit dominus Deus noſter. Cumque inſtructi
a Propria virtute confidentes.
armis † pergeretis in montem, ait mihi dominus. Dic ad eos:
a In montem ſuperbiæ. b Ego humilitas. c Qui ſuperbi, inobedientes.
† Nolite aſcendere, neque pugnetis. Non enim ſum vobiſcum
a Proſtrati. Dæmonibus. Qui tribulant me: exultabunt ſi motus fue. Pſal. 12.b. b Conſulendo. c Aure cordis.
ne cadatis coram inimicis veſtris. Locutus ſum & non audi-
a Qui in me loquebatur. b Qui ſe exaltat humiliabitur.
ſtis, ſed aduerſantes imperio domini, & tumentes ſuperbia
a Proficiendo in peius. Superbiæ. b De inſidijs. c Amaricans, id eſt diabolus.
aſcendiſtis in montem: Itaque egreſſus Amorrhæus qui habi- 10

Moraliter

g *Cumque inſtructi.* Hæc ſententia humanam percutit ſuperbiam, quæ de ſuis viribus præſumit, nec in Dei confidit potentia. Amorrhæi enim, id eſt amaricãtes hoſtes ſunt ſpiritales qui habitant in montibus ſuperbiæ, & præſumptuoſos necãt de Seir vſque Horma, id eſt, F

a ſqua-

f Nec

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *na, ſicut ſolet nutrix cuſtodire & nutrire infantulum.*

1 Et nec ſic quidem. *Ex quo aggrauatur peccatum eorum.*

2 Cumque au. *Hic conſequenter deſcribitur diuini promiſſi impedimentum, quia propter peccatũ populi prędictum, ſententia mortis fuit data a Deo ſuper omnes viros qui erant 20. anno. & vltra: exceptis Caleb & Ioſue & filijs Leui, vt dictum fuit Num. 14. ita quod nullus eorum intrauit terram promiſſionis, ſed mortui ſunt in deſerto, & retardatus eſt ingreſſus terræ promiſſionis & hoc eſt quod dicitur:* Cumque audiuiſſet dom. voc. ſer. *ad puniendum.*

3 Ait, non. *exceptis prędictis & illis qui nõdum attigerant 20. annũ.*

4 Nec miranda. *Qui tam grauiter peccauit, vt prædictum eſt.*

5 Cum mihi. *Contrarium autem videtur* Num. 20. b. *vbi dicitur ſic.* Dixitque dominus ad Moyſen & Aaron, quia non credidiſtis mihi vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael non introducetis hos populos in terram q̃ dabo eis. *Ex quo patet q̃ dñs fuit iratus contra Moyſen propter peccatum ſuum. Dicendum quod peccatum populi fuit occaſio ipſi Moyſi diffidendi verbo domini. & ſic loquitur hic.*

6 Propter vos. *ſcilicet occaſionaliter.*

7 Et filii qui. *hoc dixit quantũ ad illos qui adhuc non habebant vſum rationis.*

8 Vos autem *à proceſſu verſus terram promiſſionis.*

9 Et reſpondiſtis. *Hic deſcribitur pœnitentia omiſſa ſine obſtinatio licet enim filij Iſrael audita ſententia domini prædicta pœniterent de hoc quod non aſcenderant ad terram promiſſionis ſecundum mandatum Dei, tamen non fuit vera pœnitentia, quia volebant accedere ad eam contra eius prohibitionem. & ideo ab aduerſariis fuerunt debellati, & patet litera.*

10 Itaque egreſ. Num. 21 *habetur Chananęus. Dicendum quod omnes qui deſcenderunt de Chã filio* Noe *nomine generali vocantur Chananæi, ſed a diuerſis filijs eius nominantur ſpecialib. nominibus ſ. aliqui Iebuſæi, aliqui Amorrhæi, & ſic de alijs. igitur* Num. 21. *ponitur nomen generale, hic autem ſpeciale.* Chananęi

1 audiſtis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidiſtis, acceſſiſtis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixiſtis: Ecce oſtendit nobis dominus Deus noſter maieſtatem & magnitudinem ſuam. Vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quód loquente Deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur & deuorauit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltra uocem domini Dei noſtri, moriemur. Quid eſt omnis caro, ut audiat vocem Dei viuentes, qui de medio ignis loquitur ſicut nos audiuimus, & poſſit viuere? Tu magis accedere, & audi cuncta quæ dixit dominus Deus noſter tibi, loqueriſque ad nos, & nos audientes faciemus ea. Quod cum audiſſet dominus, ait ád me: Audiui vocem verborum populi huius, quæ locuti ſunt tibi: Bene om-

a Niſi ego.

nia locuti ſunt: † Quis det talem eos habere

a Gratiam infuſam. Caſto timore. b Non lapidei, ſed ſenſiles. c Vt vnum iota non prætereat.

2 mentem vt timeant me, & cuſtodiant vniuer-

3 ſa mandata mea in omni tempore, vt bene ſit

tum impietatē. Quintum fornicationem, Sextum crudelitatē, Septimum rapacitatem: Octauum falſitatem: Nonum cogitationem adulterii: Decimum cupiditatem mundi. Et notādū, quod ſicut decē plagis percutiuntur Aegyptii, ſic decem præceptis regitur populus Dei, & dæmones occiduntur.

c *In duabus tabulis Lapideis quas tradidit mihi.* ISIDORVS. Duo teſtamenta ſignificātur in duabus tabulis vel dilectio Dei & proximi, in quibus tota lex pendet & prophetę. In vna enim tabula tria præcepta ad dilectionem Dei pertinēt, in altera ſeptem ad proximi ſocietatem. Lapideæ tabulę, lapidea Iudæorū corda ſignificant, de quibus dicitur: *Auferam a nobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum,* ſēſibile ſcilicet & intelligile.

d *Quis det talem eos habere mentem.* Vult Deus intelligi gratia ſua hoc beneficium concedi, ut in omnibus ſit

(margin: D — Nor — Ex lo — E — E)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vos autem. *Hic conſequenter deſcribitur audientis populi fragilitas, vbi primo deſcribitur timor populi. ſecundo approbatio Dei, ibi: Quod cum audiſſet dominus. Circa primum ſciendum, quod humana fragilitas non poteſt bene ſuſtinere ſublimitatem Dei. vnde & Daniel ex apparitione angeli iuxta ſe corruit in terram, vt habetur Dan.x.ca. & eodem modo hic populus ex ſublimitate diuini ſermonis territus & debilitatus petijt humiliter, quod ſolus Moſes qui erat perfectior & Deo familiarior, verba Dei audiret & eis referret, & quod parati erant illi obedire ſicut nuntio Dei. & patet litera.*

2 Quod cum. *Hic conſequenter deſcribitur approbatio Dei, & ideo ſubditur.*

3 Bene. *petentes audire mandata Dei per internuntium, cuius cauſa ſubditur.*

4 Quis det. *q.d. hoc eſt mihi placitum, ſcilicet quod timeant do-* ✠ *num.*

MORALITER.

✠ 1 *Vos autem poſtquam audiſtis vocem.* Per hoc autem quod populus nō potēs ſubſtinere uerba domini loquentis, petit qd ſolus Moyſes, audiret immediate a domino, & referret po- ✠ pulo,

A bus ſit iuſtitia Dei ex fide, non quaſi ꝓpria ex lege, vnde. *Auferã eis cor lapideum, & dabo cor carneum*, id eſt ſenſatum, caro enim ſenſum habet, lapis vero non habet. Et alibi. *Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu.*

CAP.

eis & filiis eorũ in ſempiternum? Vade ergo & dic eis: Reuertimini in tentoria veſtra. Tu verò hic ſta mecum, & loquar tibi omnia mandata & † cęremonias atq. iudicia, quæ docebis eos vt faciant ea in terra quam dabo illis in poſſeſſionẽ. Cuſtodite igitur & facite ea quæ præcepit domi-

1 nus Deus vobis. Non declinabitis D
¶ Vt addatis aliquid vel minuatis.
neque ad dextrã, neque ad ſiniſtram, ſed per * viam quam præcepit dominus Deus ueſter ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, & protelentur dies veſtri in terra poſſeſſionis veſtræ.

* omnem.

NICOLAVS DE LYRA.

* *num, & eius mandata recipiant humiliter & obſeruent, non ſolum audita a Deo immediate, ſicut ſunt præcepta decalogi, ſed etiam alia, eis de denuntiata per nuntios ex parte Dei, ſicut per Moyſen & alios prophetas.*

1 Non. *Id eſt pro aliqua proſperitate obtinenda uel aduerſitate euitanda. Cætera patent.*

CAP.

*MORALITER.*

* populo, & dominus hoc approbauit. ſignificatum fuit ꝙ ꝓlati & doctores credenda & operanda debent accipere a Deo qui loquitur eis in ſacra ſcriptura, & ipſi per doctrinã aliis tradere debent eo modo quo capere poſſunt. Greg. in paſtorali. Secundum qualitatem auditorũ formari debet ſermo doctorum. Et Apoſtolus j.Cor.ij.b.dicit. *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Et ibidem.3.a. *Tanquam paruulis in Chriſto lac potum dedi vobis non eſcam, nondum enim poteratis*. ſcilicet intelligere altiora. E

*ADDITIO I.*

*In ca.5. vbi dicitur in poſtilla.* Et *primo replicantur decalogi præcepta, quę proprie dicuntur lex.*

B *Hæc præcepta decalogi quæ in hoc loco ponuntur, proprie dicũtur lex, præceptum tamen de dilectiene Dei, quod ponitur, & plene exprimitur in capitu. ſequenti ſc.6. in quo tota lex pendet & prophetæ, vt Matth. 22.d. Non minus proprie lex debet dici, cum ſit primum & principale præceptum totius legis, tanquam illud in quod cætera præcepta ordinantur, quia ut Apoſtolus dicit 1. Tim.1.* Finis præcepti eſt charitas. *Vnde hæc prima diſtinctio poſtillatoris uidetur inconuenienter dicta, ſpecialiter quantum ad ſecundum membrum, quod comprehendit ſextum c. Circa quod melius & uerius diceretur, quod in eo ponuntur prima præcepta fidei, & maximum & principaliſſimum legis mandatum, cum quibuſdam aliįs ad legem pertinentibus, prout in eodem capitulo patebit*

*ADDITIO II.*

*In eodem cap.5. vbi dicitur in poſtil. Et ponuntur conſequenter aliqua pręcepta decalogi eodem ordine, & fere ſub ijſdem verbis, ſicut ponuntur Exod.22.c.*

*Doctores* Hebręorum *qui nimis literam ſequuntur, aſſerunt aliquam varietatem eſſe inter præcepta decalogi quę ponuntur ſupra, Exod.22. & præcepta decalogi, quæ hic ponuntur, ſpecialiter in præcepto de obſeruatione ſabbathi, de quo in prima traditione dicitur. Memento, ut diem ſabbathi ſanctifices, & in ſecunda traditione, ſcilicet in hoc c. dicitur. Obſerua diem ſabbathi, inter quę uerba diſſimilia aſſerunt eſſe magnam differentiam. Dicunt enim quod cum dicitur.* Memento. *In primo eſt præceptum affirmatiuum, in quo præcipitur quod homo ſit memor ad ſanctificandum illum diem.* Itaque *ſi quis nihil operis ſeruilis faceret in die ſabbathi & tamen non haberet in memoria, quod illa dies eſt ſanctificanda vt ſabbathum, eſſet tranſgreſſor illius mandati affirmatiui per omiſſionem. Similiter ſi quis haberet memoriam quod eſſet dies ſabbathi, & ſanctificaret eum, faciendo eum diem ſolennem, & tamen cum hoc quicquam operis ſeruilis faceret, non eſſet tranſgreſſor primi præcepti affirmatiui, in quo dicitur.* Memento. *ſed eſſet trãſgreſſor ſecundi, ſ.* Obſerua. *Conſequenter ad prędicta dicunt, quia ut Moyſes qui fideliſſimus in tota domo Dei eſt, nõ reputetur falso repetijſſe huiuſmodi præcepta, ideo dicunt, quod hęc duo verba, ſcilicet memento & obſerua, fuerunt a Deo*
C *prolata ſimiliter & ſemel ſub proprijs literis & ſyllabis utriuſque uerbi, quod eſt ineffabile, quia per omnipotentiam diuinam hoc dicunt eſſe factum, & quia Moyſes non poterat hoc facere uerbo nec ſcripto, ideo in prima traditione ſcripſit.* Memento. *In ſecũda uero traditione.* Obſerua. *In quo loco altercatio Hebræorum dicitur friuola. Tum quia ubi dicitur.* Memento. *ſtatim prohibet opera ſeruilia, dicens.* Non facies opus, &c. *& ſic etiam ibi tradit rationem negatiui præcepti, & in hoc loco vbi dicitur.* Obſerua diẽ ſabbathi, *ſtatim ſequitur.* vt ſanctifices eum, &c. *quod pertinet ad hoc, ut homo vacet diuinis in ſabbatho, quod eſt affirmatiuum. Tum quia Moyſes etſi non potuerit ſimiliter & ſemel duo uerba diſſimilia proferre potuiſſet tamen tradere iſta præcepta dicẽdo.* Memento & obſerua diem ſabbathi. *& ſic magis conformaretur diuinæ locutioni, quam dicendo vnum & omittendo aliud. Et notandum, quod hæc diſtinctio ab eis aſſignata inter memento & obſerua, facit valde contra eos in expoſitione illius verbi Malach.6.b. ubi dicitur.* Memento legis Moſi, *prout Deo duce ibidem declarabitur.*

*ADDITIO III.*

*In cap.5. vbi dicitur in poſtilla. Cuius cauſa ſubditur.* Quis det eos talem habere mentem.

*In hoc quod dicitur.* Quis det eos talem habere mentem? *non ſolum intelligitur quod eſſet beneplacitum Deo, vt Deum timerent, &c. ſed etiam includitur quod hoc pendet etiam a poteſtate humana per liberum arbitrium, iuxta illud Eccl.15.c.* Deus creauit hominem, & reliquit eum in manu conſilii ſui. *Inuanum enim aliquis diceret optando, quis det ut hoc fiat, ſi illud optatum omnino eſſet in poteſtate optantis.* E

Liberũ arbitrium.

*ADDITIO IIII.*

*In eod. ca.5. vbi dicitur in poſtil.* Non declinabitis ad dexteram neque ad ſiniſtram.

*In hoc enim quod dicitur.* Non declinabitis ad dexteram neque ad ſiniſtram, *prohibetur declinatio ab obſeruatione præceptorum, nõ ſolum cauſa proſperitatis vel aduerſitatis, ſed etiam ne ex aliqua alia cauſa deuietur ab intentione legiſlatoris ad unam partem, nec aliam; ſicut cum dicitur ſupra in Deuteron.4.a.* Non addetis ſuper uerbum quod, ego præcipio, nec minuatis. *& iſte ſenſus videtur comprehendere primum, & magis pertinere ad ſenſum literalem, nam quod per dexteram intelligatur proſperitas, & per ſiniſtram aduerſitas, videtur pertinere ad myſticam expoſitionem.*

*REPLICA correctorij contra Bur. In 5. cap. diſtinguit poſtil. præcepta decalogi a præceptis dilectionis Dei & proximi, per hoc quia decalogus propriè dicitur lex; dilectio autem finis & principium eſt decalogi, in quam decalogus ordinatur, prout innuitur in 6. cap. huius.* Hanc *diſtinctionem ęgre ferens Burgen. dicit præceptum dilectionis dici debere legem proprijſſime, cum ſit primum & maximum pręceptum in lege, ad quod omnia præcepta ordinatur, iuxta illud Apoſt.* Finis præcepti eſt F charitas. *Hoc autem argumentum Bur. tentatiuum, eſt laborans in iniquitatem, nam poſtillator per ſuam diſtinctionem non negat, quin pręceptum dilectionis ſit maximum præceptum in lege contentum, quia Saluator ſic reſpondit quærenti de magno mandato in lege, uerumtamen non ſequitur quod Burg. intendit, quia conſequẽtia non valet. Hoc eſt mãdatum magnum in lege, igitur eſt proprie lex: quia multa continentur in lege quæ contra legem proprie acceptam per apoſtolum diſtinguuntur, ad Gal.3. vbi Apoſtolus volens oſtendere propriam legis acceptionem, dicit per legem non eſſe iuſtitiam, ſed per fidem. Dicit etiam legem propter tranſgreſſionem poſitam, & multa ſimilia, prout in ſuis epiſtolis uideri poteſt, quæ proprie dilectioni non conueniunt, quia utique dilectio iuſtitia eſt, ut diſtinguitur contra legem, quia qui diligit, unus efficitur cum eo ſpiritus, quod ſine perfecta iuſtitia non fit. Etiam dilectio non eſt propter tranſgreſſionem, imo fuit rectę rationi complantata in angelo & homine ante trangreſſionem. Sic igitur accipiendo legem, prout Apoſtolus diſtinguit, a promiſſione & fide formata, quæ eſt dilectio. proprie lex non eſt, quamuis in lege principaliter, vt finis intendatur ſicut & promiſſio, quę in lege patribus facta eſt lex dici non meretur ſimili ratione. Fruſtra igitur Burg. poſtillatorem notauit, qui circa c.6. in quo hoc maximũ pręceptum continetur, breuiter ſe expediuit, ponens tamen ad intellectũ neceſſaria. quia non erat ſui propoſiti ſcribere tractatus, quemadmodum Bur. & alij, ſed ſolum ordinare poſtillam, literalis ſenſus ſufficienter declaratiuam.*

a Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. ✠ THEODORET. Frequēter diximus dictiones illas, dominus & Deus, naturæ diuinæ, non diſtinctē ſuis perſonarū eſſe ſignificatiuas. Hec vero pater, filius & ſpiritusſanctus, proprietates indicare. Verū Iudæis adhuc infirmis hęc exacta Theologia exhiberi nō poterat: quoniā inde dicēdi plures deos occaſionē cępiſſent. Idcirco nomē diuinū ī veteri teſtamento ſingulari numero ꝓnunciatur, nihilominus habet occultas Trinitatis ſignificationes. Hęc eīm clauſula dominus Deus tuus, dominus vnus eſt, vnitatem ſubſtantiæ inuit & perſonarum numerum demonſtrat. Semel enim poſuit hoc verbum, Deus: bis autem iſtud, dominus.

b Diliges dominum.

* Mat. 22.
* Mat. 12.
I ean 10.
c. lib. 1. de doctrina Chriſtiana c. 26. 27 28.

## CAP: VI.

HÆc ſunt precepta & † ceremoniç atque iu- 1
dicia, quæ mandauit dominus Deus ueſter,
vt docerem vos, † & faciatis ea in terra ad 2
quam tranſgredimini poſſidendam; vt timeas
dominum Deum tuum, & cuſtodias
omnia mandata & pręcepta eius, quæ ego 3
præcipio tibi, & filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ 4
tuę, vt prolongentur dies tui: Audi Iſrael & obſerua ut facias, 5
& bene ſit tibi, & multiplicceris † amplius, ſicut pollicitus eſt †
¶ Omni copiá.
dominus Deus patrum tuorú tibi terrá lacte & melle manātē. 6
a ¶ In maieſtate, trinus in perſonis. Nec habet diuiſionem, nec recipit ſolitudinem.
a Audi Iſrael † Dominus deus noſter, deus vnus eſt. Diliges 7
b 8

B

AVGVST. Charitas non auferetur, ſed implebitur contemplata quod credebat, adepta quod ſperabat, in ea plenitudine hoc præceptū implebitur. Cum ineſt aliquid carnalis cōcupiſcētiæ, vel qđ continendo frenetur, non omnino ex tota anima Deus diligitur. Nō enim caro ſine anima cōcupiſcit, q̃uis caro concupiſcere dicatur, quia carnaliter aīa cōcupiſcit. Tūc aūt lex nulla erit in mēbris, quæ repugnet legi mētis, ſed toto corde, tota anima, tota mente diligetur Deus. Debuit aūt homini iſta perfectio præcipi, q̃uis in hac vita non poſſit haberi, non. n. recte curritur ſi quo currendū eſt neſciatur. Curramus aūt ſperādo, credēdo, & deſiderādo, eleemoſinas dādo, & orādo, vt currētes adiuuemur, & ſic pręcepta perfectionis audiamus, nec ad plenitudinē charitatis currere negligamus. *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum ſicut te ipſum. in his tota lex pendet & prophetæ.* Finis ergo præcepti dilectio gemina, Dei. ſ. & ꝓximi. Quod ſi te totū intelligas i. aīam & corpus, & proximū ſimiliter totū, (homo n. ex anima conſtat & corpore) nullū diligendarū rerum genus in his duob. ꝑtermiſſum eſt. Cum. n. ꝑcurrat dilectio Dei, eius modus ꝑſcriptus eſt, vt cætera in illū cōfluant. De dilectione tua nihil dictū vī. Sed vbi dictum eſt tanq̃ teipſum: vt teipſum diligas, non eſt prętermiſſum. Ille aūt ordinate diligit, q ꝓ non eſt diligēdū nō diligit, & diligēda diligit, nec plus ꝓ minus eſt diligēdum, nec æqualiter ꝓ plus vel minus, nec plus vel minus ꝓ ęquè eſt diligēdū. Oīs peccator inquātū peccator eſt, diligendus nō eſt, ſed oīs homo inquantū homo eſt, propter Deū diligendus eſt. Deus vero ꝓpter ſeipſum, & ſi Deus oī homine plus diligēdus eſt, plus dēt qſq; diligere eū q̃ ſeipſum. Item amplius alius homo diligēdus eſt quā corpus noſtrū, qa ꝓpter Deū oīa iſta diligenda ſunt, & poteſt nobiſcū alius homo deo perfrui, quod nō poteſt corpus, qa per animā viuit qua deo fruimur: oēs autē ęque diligendi ſunt. ſed cum omnib. prodeſſe non poſſis, his potiſſimū conſulendū eſt q pro locorum & temporū vel quarumlibet rerū opportunitate magis nobis coniuncti ſunt.

Mat. 22. d.
1 Tim. 1. b

E Lira.

GREGORIVS. *Diliges dominum Deum tuum, &c.* Per amorem Dei gignitur amor proximi, & p amorē proximi nutritur amor Dei. Nam q amare negligit Deū, diligere proximum neſcit. Et plenius in dei dilectione ꝓficimus, ſi in eius dilectionis gremio ꝓximi charitate lætamur. Dicturus ergo: *Diliges proximū tuum*, pręmiſit. *Diliges dominum deum tuum*. vt prius in nobis radicem ſui amoris figat, & poſtea fraterna dilectio ramos expādat. Quod aūt amor dei ꝓximi amore coaleſat, Ioānes oſtēdit dicens. *Qui non diligit fratrē ſuum quē uidet, Deum quē non uidet quomodo poteſt diligere.* Dilectio dei p timorē naſcitur, ſed in affectu creſcendo mutatur, vt aūt oſtēdatur quam longe quiſque ſit a charitate proximi vel in ea ꝓfecerit, alios flagellis Deus deprimit, alios ſucceſſibus fulcit. Sæpe enim nos miſeros inſequuntur, qui felices ſine comparatione venerantur. Cum aūt quis in proſperitate diligit, incertum eſt an proſperitas, an perſona diligatur. In bonis enim non agnoſcitur amicus, & in malis non abſconditur inimicus.

Triplicis naturæ eſt anima: ideo iubetur diligere tripliciter. Non vult deus amorē ſuum partiri, vt ſimul diligamus deum & aurum, vel vxorem, vel filios. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*, ipſe ſuper omnia diligendus, eius dilectio præponitur.

✠ THEODORETVS. Manifeſte nos docuit Deus, neminem poſſe duob. dominis ſeruire. Ex hoc igitur loco docemur dile- ☞ ctio-

F

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. VI.

HAec ſunt præce. *Hic cōſequenter agitur de præceptis alijs a præceptis decalogi: & primo de pręceptis hmōi ponitur exhortatio generalis ſecūdo explicatio ſpecialis, ibi.* Audi Iſrael. *Circa primum dicitur.*

1 Hæc ſunt præcepta, &c. *quia in huiuſmodi præceptis aliqua ſunt circa mores, & dicuntur præcepta aliqua circa modum colēdi* Deum, *& dicuntur cęremoniæ, aliqua circa iuſtum hominis conuictum, & dicuntur iudicia.*

2 Et facia. *quia aliqua eorum obligabant tantum in terra illa, & aliqua extra illam terrā fieri non poterant, vt dictum fuit Num. 34.*

3 Quæ ego pręci. *quia obligabat futuros ſicut & præſentes.*

4 Vt pro. *Hic eſt effectus obſeruantiæ legis, vt dictum eſt ſupra 3. capitulo.*

5 Et multiplicceris. *numero & poteſtate.*

6 Audi. *Hic conſequenter ponitur explicatio illorum pręceptorum, quæ ſunt alia a præceptis decalogi, quę ſunt in duplici gradu, quia aliqua ſe habent ad præcepta decalogi, ſicut principia eorum, aliqua autem ſe habēt ad ea ſicut quædam concluſiones elicitę ex præceptis decalogi. Illa autem quę ſe habent vt principia, ſunt dilectionis pręcepta. Cuius ratio eſt, quia in agibilibus finis habet rationem principij. præcepta autem dilectionis ſunt finis pręceptorum decalogi ſicut patet manifeſte, quod tria prima præcepta ordinantur ſicut ad finem ad dilectionem Dei. alia uero ſeptem ad dilectionem proximi. & ideo dicit ſaluator Matth. 22. d. quod in duobus præceptis dilectionis tota lex pendet & prophetæ, ſicut ex fine. & Apoſtolus 1. Timot. 1. a.* Finis pręcepti eſt charitas. *Alia autem pręcepta a præceptis dilectionis & pręceptis decalogi, ſunt quaſi q̄dam concluſiones elicitæ ex præceptis decalogi, & per conſequens quędā declarationes qualiter præcepta decalogi debeant obſeruari. Item ſciendum, quod dilectio proximi ordinatur finaliter ad dilectionē Dei, ex quo ſequitur quod præceptum de dilectione Dei habet rationem finis, & per conſequens principij reſpectu omnium pręceptorū. Primo ergo agitur de Dei dilectione, quæ eſt quaſi finis, ad quem præcepta decalogi ordinantur ſecundo de alijs præceptis quæ ſunt concluſiones q̄ ex principijs decalogi eliciuntur 12. c. Circa primum Moyſes deſcribit primo ea quæ pertinent ad Dei dilectionē, ſecundo infert concluſionem intentam 11. c. quod ſic incipit.* Ama itaque dominum deum. *Circa primum, Moyſes primo per modum exhortationis deſcribit præceptum dilectionis diuinæ quantum ad diligendi modum. Secundo huius dilectionis multiplex impedimentum & incitamentum, impedimenta excludendo, & incitamenta includendo, ibi.* Cumque introduxerit. *Circa primum dicitur.* Audi Iſrael. *id eſt attende diligenter, quia ad illud quod ſubditur tota lex finaliter ordinatur.*

7 Dominus. *& ideo unice ſuper omnia & perfectiſſime diligēdus eſt, & ſubditur huius dilectionis modus cum dicitur.*

8 Diliges. *i. ex toto motu voluntatis qui hic deſignatur nomine cordis, quia ſicut cor mouet alia membra corporis, & ſic uoluntas mouet alias animæ potentias ad actus ſuos.*

✠ 1 *Et*

Diu

## MORALITER.

✠ 1 *Hęc ſunt præcepta & cęremo.* Sequitur.

† *Sicut pollicitus.* Iſta terra figura fuit ſecundum ſenſum allegoricū virginis glorioſæ, de qua dicitur Eſa. xlv. b. *Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtū, aperiatur terra & germinet ſaluatorem.* Iſta terra fluit lacte, ad nutritionem paruulorū in fide: & mellis, reficiendo perfectos in contemplatione, nā vtroſque ſua dulcedine fouet & conſolatur. Secundū aūt ſenſum anagogicum terra iſta figura fuit cæleſtis patriæ de qua dicitur Pſ. cxl. b. *Portio mea in terra uiuentium.* Manat autem iſta terra lacte & melle. nam in ea impletur totum deſiderium.

✠ 3 Eruntq;

ctione nō ſcindere, in
A dilectionē dei & dilectionem auri, in dilectionē dei & vxorum in dilectionē dei & liberorū, ſed totam dilectionis vim creatori deo cōſeruare. Deīde ſecūdū creatorem quæ vnicuiq; ſunt vtilia impartiri, veluti liberis, fratribus & amicis. Siquidē pertinet etiā ad dilectionē dei hæc præſtare. Qui em̄
B diligit me, mandata mea ſeruabit. Mandata vero dei iſta præcipiunt.

a Ex toto corde tuo.
✻ BASILIVS. Hoc autem quod ex omni dicit, diuiſionē in alia nullā admittit. Quātū em̄ dilectionē in hæc inferiora inſumpſeris tantum neceſſe ſit vt ei adimas quod totū eſt, eoque pauci ex hominib. amici Dei appellati sūt, quemadmodum ſcriptum eſt Moſen fuiſſe amicum.

¶ Intellectu. ¶ Vita.
a dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima
¶ Viribus uel effectu.
tua, & ex tota fortitudine tua: Eruntq. verba hæc quæ ego
præcipio tibi hodie in corde tuo, & † narrabis ea filiis tuis,
a ¶ In eis. ¶ In omnibus ſcilicet quę egeris. ¶ Domi vel foris. ¶ Foris.
& meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere,
b dormiens, atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in
a ¶ Vt opere compleas, & aliis exemplum tribuas. b ¶ Vt in memoria habeas. ¶ Vt die ac nocte meditetis ea. c Cordis.
manu tua, eruntq. † & mouebuntur inter oculos tuos, ſcri-
a ¶ Ingrediens & egrediens ſemper ea mediteris.
beſq. ea in limine & oſtiis domus tuæ. Cumque introduxerit
te dominus deus tuus in terrā, pro qua iurauit patribus tuis,
Abraham, Iſaac, & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas &
optimas, quas nō ædificaſti, domos plenas cunctarū opum,
quas non † extruxiſti, ciſternas, quas non fodiſti, vineta &
oliueta, quæ non plantaſti, & comederis & ſaturatus fueris,
caue diligenter, ne obliuiſcaris domini, qui eduxit te de ter-
ra Ægypti, de domo ſeruitutis. † Dominum deum tuum ti-
mebis, & † ipſi ſoli ſeruies, ac per nomē illius iurabis. Non ibi
c tis poſt deos alienos cunctarum gentium, quę in circuitu
veſtro ſunt: quoniam deus æmulator dominus deus tuus in

✠ AMBROSIVS. D
*Deus tuus unus eſt*. Et tu ad ſimilitudinē domini vnus eſto, atque idē. Nō hodie ſobrius, cras ebrioſus: hodie pacificus craſtina die litigioſus, hodie frugi, craſtina die incontinēs. Mutatur enim vnuſquiſq; morū varietate, & fit alter, in quo non agnoſcitur E quod fuit & incipit eſſe quod non fuit, ſui degener.

Annotatione ī Exodum ad Iuſtum. tacuēs. id eſt diligēter inculcabis.

b *Et ligabis ea quaſi ſignum*. Hoc Phariſæi male interpretantes, in membranulis decalogum) id eſt, decem verba) ſcribebant, & ligata in fronte portabant. Quod uſque hodie faciūt Babylonij, vt putentur religioſi. Vnde: *Dilatāt enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.*

†inf. 10.d. Matt 4 d Luc. 4.b. 3 diſt.c.fi. Matt.23.a

c *Per nomen illius iura* AVGVSTINVS. Permittuntur iurare per nomen Dei, ne forte per idola iurantes, & aſſidue uominā- Quęſt. 12. F

✠ AM- tes

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et ex tota. *i. ex toto intellectu & ſenſitiuo appetitu. Vt ex motu dilectionis intellectus ſit deo ſubditus maxime in his quæ pertinent ad fidem, & appetitus ſenſitiuus ſit ſecundum ordinem dilectionis diuinæ regulatus.*

2 Ex tota. *Per quam deſignatur uis exterior executiua, quod fit cum ex diuina dilectione actus noster exterior exequitur imperium voluntatis prompte & expedite.*

3 Eruntque. *dilectione diuina.*

4 In corde. *ad firmiter retinendum.*

5 Et narrabis. *de dilectione dei eos informando.*

6 Et meditaberis. *id tempore quietis.*

7 Et ambulans. *tempore laboris.*

8 Dormiens. I*n Hebræo habetur.* Cubans atque conſurgens, *q.a. in egreſſu lecti ad dormiendum, & ingreſſu ad vigilandum debet homo per dilectionem cor ſuum reducere in deum. Poteſt etiam exponi dormiens ſecundum translationem noſtram quia de his circa quæ ſolicitatur homo in vigilia, ſolent in dormiendo occurrere phantaſmata, & ſic ſollicitis in vigilia de dilectione dei ſolent conſimilia phantaſmata occurrere in dormitione. propter quod dicit Philoſophus 1. Ethicorū, quod in dormientib. meliora ſunt phātaſmata ſtudioſorum, id eſt vrtuoſorum, quam quorumcunque.*

9 Et ligabis. *i. in operibus tuis, quia manus eſt organum organorum, 3. de Anima. quæ debent fieri charitate.*

10 Eruntque, &c. *i. nullo modo erunt tibi obliuioni, ſicut homo non obliuiſcitur rei quæ ante oculos eius appenditur.*

11 Scribeſq. *i. intrans domum tuam & exiens recordaberis de dei dilectione. Iudęi autem hoc ponentes nimis literaliter, dixerunt paſſum iſtum qui incipit ab illo loco.* Audi Iſrael, dominus deus noſter vnus eſt, diliges dominum, & cæ. *vſque hic.* In limine & oſtiis domus tuæ. *Similiter paſſum illum de dilectione dei qui habetur infra. 11. ca. qui ſic incipit.* Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio uobis: ut diligatis dominum, *uſq; ibi.* Et ſcribes ea ſuper poſtes & ianuas domus tuę, *incluſiue debebant ſcribi in ſchedulis & ligari in brachio & ſuper frontem, & poni in limine ſuperiori domus. Et adhuc Iudæi hoc obſeruant in pluribus locis, quod prædicti duo paſſus ſcribuntur in ſchedula, quæ ponitur in ſuperiori limine oſtij* oſtij *domus. Intentio tamen legislatoris eſt, quod ſint in recordatione modo ſupradicto.* Notandum *etiam, quod omnia prædicta de modo dilectionis diuinæ non ſic præcipiuntur, quod ſint ſemper in actu, ſed in habitu, quia homo tenetur ſemper habere charitatis habitum, qui ſecundum* Augu. *diuidit inter filios regni & perditionis.* Aug.

12 Cumque introduxerit te dominus. H*ic conſequenter ponuntur impedimenta & incitamenta prædictæ dilectionis, illa remouendo, iſta inducendo, & primo ponuntur iſta prout cōtingunt homini reſpectu ſui, ſecundo reſpectu extranei uel aduerſarij, c. 17. tertio reſpectu Dei, capite octauo. Prima in duas, qua primo remouetur impedimentum, ſecundo exprimitur incitamētum ibi.* Cuſtodi præcepta domini. *Circa primum ſciendum, quod homo de penuria veniens ad magnam abundantiam, ex hoc in ſemetipſo ſolet eleuari, & a* Dei *amore retrahi & impediri, ſecundum quod dicit Grego. homilia viceſima. Tanto quis a ſuperno amore diſiungitur, quāto inferius delectatur, & ideo Moyſes timebat ne filij Iſrael exeuntes de terra deſerta, & intrantes terram promiſſionis plenam omnibus bonis, per hoc ab amore Dei retraherentur, propter quod etiam dicitur in* Cantico *infra 32. b.* Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus Dereliquit Deū factorem ſuum, &c. *ideo præmonuit eos, ne ex tali affluentia auerterentur a dei amore, & ad idolatriam cōuerterentur, & hoc eſt quod dicitur.* Cumque introduxerit, &c. *& enumeratis multis bonis mobilibus & immobilibus, quę habituri erant filij Iſrael gratis, intulit.* Caue diligenter. Diuiſio.

13 Dominum Deum tuum timebis. *timore filiali.*

14 Et ipſi ſoli ſer. *ſeruitute latrię.*

15 Ac per nomen illius iurabis. *Ex hoc loco errauerunt aliqui Iudæi dicentes, quod iuratio per nomen domini erat frequentāda, etiam ſine neceſſitate. Quod improbat ſaluator Matth. 5. dicens.* Nolite iurare omnino. *id eſt, non iuretis ex qualibet cauſa, quia hoc ad irreuerētiā nominis Dei pertinet, ſed tantum ex cauſa neceſſaria, ut ſi occurrit neceſſitas aliquid affirmandi inter homines, debet fieri per ueritatem immobilem, quod fit iurando per nomen domini, & in tali caſu loquitur hic ſcriptura.*

16 Non ibitis poſt deos alienos. *impendendo eis cultum latriæ.*

17 Cunctarum gentium quę in circuitu veſtro ſunt. *& idem intelligendum eſt de dijs aliarum gentium gentium a Iudæis remotarū, ſed pro exemplo ponitur illud quod erat propinquum.*

✻ 1 Non

### MORALITER.

✠ 3 Eruntq;. Ex quo patet, quo Moyſes loquitur de verbis Deute. ſecūdum vero Hieronym. in epiſtola ad Paulinum, de oībus ſacræ ſcripturæ libris. Deuteronomium eſt nouæ legis pfiguratio, quæ eſt lex amoris, & ideo debet eſſe in corde ſcripta, propter quod a Chriſto ſcripta non fuit in tabulis lapideis uel chartis, ſed in cordibus credentium per miſſionē ſpiritusſancti in ſigno viſibili. Act. 11. ſicut prędictū fuerat Hiere. 31. f. *Ecce dies uenient dicit dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda* da *fœdus nouum, non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris, &c.* Sequitur. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in deum, ipſi mihi erunt in populum.*

5 *Et nar.* Sicut enim pater tenetur prouidere filiis de victu & veſtitu, ita & de documento quantum ad agenda & credenda, quę ſunt de neceſſitate ſalutis, & tanto magis eis in iſtis prouidere tenetur, quanto quæ ſunt animæ corporalibus præferuntur. Cætera uero non indigent moralitate quia ſenſus eorum literalis eſt, & etiam moralis.

A tes ea colere incipe-
tẽt. Non iurare iubet,
ſed per aliud Dei no-
men iurare prohibet. a
Math.5.c Meiius autẽ omnino
non iurare, non quod
† rectum mala ſit iuratio vera,
ſed ne facilitate iuran
di ĩ periurium cadas.
Qui enim iurat, non
ſolum verum ſed fal-
ſum iurare poteſt.
† ſtatuta Qui autem omnino
B non iurat, longe a per
iurio eſt.
✲ THEODORE-
Quæſt.4. TVS. Cur dixit vt iurẽt
per Deum? Ne iurẽt
per falſos deos. Idẽ e-
nim per prophetam
dixit: Si abſtuleris no-
mina Baalim de ore
tuo, & iuraueris: Vi-
uit dominus, cum ve-
† ſtatuta ritate. Et hic, vbi dixit,
dominum deum tuũ
timebis, & illi ſoli ſer
† nobis & iuſtitia uies, & adhærebis illi,
& per nomen eius iu-
C rabis, ſubiunxit. Non
ambu-

medio tui, ne quando iraſcatur furor domini dei tui contra
a ❡ Hoc diabolo Chriſtum tentanti obiectum eſt cum diceret: Mitte te deorſum. Matth. 4.a.
te, & auferat te de ſuperficie terræ. Non tentabis dominum 1
deum tuum, ſicut tentaſti in loco tentationis. Cuſtodi præ- 2
cepta domini dei tui, ac teſtimonia & † cęremonias, quas
præcepit tibi, & fac quod † placitum eſt & bonum in con-
ſpectu domini, vt bene ſit tibi, & ingreſſus poſſideas terram
optimam de qua iurauit dominus partibus tuis, vt deleret
omnes inimicos tuos coram te, ſicut locus eſt. Cum inter- 3
rogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid ſibi volũt teſtimo-
nia hæc & cęremoniæ atque iudicia, quæ præcepit dominus
Deus noſter vobis? dices ei. Serui eramus Pharaonis in Aegy 4
pto, & eduxit nos domin⁹ de Ægypto in manu forti, fecitq. 5
a ❡ Pro opinione ſuſtinentium.
ſigna atq. prodigia magna, & peſſima in Ægypto cõtra Pha
raonem, & omnem domũ illius in conſpectu noſtro, & edu
xit nos inde, vt introductis daret terram ſuper qua iurauit
patribus noſtris. Pręcepitq. nobis dominus, ut faciamus om 6
nia † legitima hęc, & timeamus dominum deum noſtrum,
vt bene ſit nobis cunctis diebus † vitę noſtrę, ſicut eſt hodie. 7
Eritque † noſtri miſericos, ſi cuſtodierimus & fecerimus
omnia pręcepta eius coram domino deo noſtro, ſicut man-
dauit nobis.

ambulabitis poſt de- D
os alienos, qui ſunt ex
dijs gentium quę in
circuitu ueſtro ſunt.
a *Non tentabis domi-* † ſtatuta
*num deum.* Deum ten-
tat qui habens quod
faciat, ſine ratione ſe
committit periculo,
experiens vtrum poſ-
ſit liberari a Deo.
✲ THEODORE- E
TVS. Dominus hoc Quæſt. 5.
ipſum expoſuit in E-
uangeliis. Nam cum Matth.
diabol⁹ dixiſſet: *Mitte*
*te deorſum*, ait. Non
tentabis dominum
Deum tuum. Tentat
autem Deum, qui ſi-
ne ratione obiiciens
ſe periculo, quidpiam
agit.

☞ CAP. † & iuſtus.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Non tentabis dominum deum tuum, ſicut tentaſti, &c. *De hac tentatione qualiter ſit intelligenda, dictum fuit* Exo.17.

Diuiſio. 2 Cuſtodi præcepta. *Remoto impedimento diuinę dilectionis. hic ponitur eius incitamentum, & primo reſpectu ſubiecti proprij, ſecundo reſpectu filij, qui eſt quaſi idem cum patre, ibi: Cumq; interrogauerit, & quia ſignum dilectionis eſt exhibitio operis, vt dicit beatus Greg. ideo dicitur hic.* Cuſtodi præcepta domini Dei tui, &c. *ſ. ex dilectione & incitamentũ ad hoc ſubditur, cum dicitur, vt bene ſit tibi, &c. & patet litera.*

3 Cum. *Hic ponitur incitamẽtum amoris diuini reſpectu filij, qui eſt quaſi idem cum patre, quia in ipſo remanet pater poſt mortem, quodam modo, & ideo debet ipſum incitare ad dei dilectionem & mandatorum eius implationem, per beneficia patribus facta, & hoc eſt quod dicitur hic.* Cum interrogauerit te filius tuus cras. *id eſt in poſterum.*

4 Dices ei: Serui eramus. *ſeruitute grauiſſima, &c.*

5 Eduxit nos dominus de Aegypto in manu forti. *Hęc expoſita ſunt ſup. 4.c.*

6 Præcepitque, &c. *ex dilectione.*

7 Vt bene ſit nobis. *quia per opera bona ex charitate facta, acquiritur gratia in præſenti & gloria in futuro, ideo ſubditur. Eritque noſtri miſericors.*

✲ CAP.

ADDITIO IIII.

*In c. 6. vbi dicitur in poſtilla.* Audi Iſrael.

*In hoc c. ponuntur duo legis præcepta. Quorũ vnum eſt primum & principaliſſimum circa credenda. ſ.* Audi Iſrael, dñs deus noſter vnus eſt. *Articulus. n. de vnitate dei primũ locum in ſymbolo tenet; ſcdm vero præceptum quod hic ponitur, primum eſt & maximum circa agẽda ſ.* Diliges dñm deum tuũ. *Vnde ſaluator Matt. 22.c.* Hoc eſt primũ & maximũ mandatum. *Et quia in horum præceptorum expoſitione poſtillator valde breuiter videtur ſe expediuiſſe, ideo circa eorum declarationem vlterius videtur eſſe inſiſtendum.*

*Circa declarationẽ primi inquirendum prima facie occurrit. Quæ fuerit neceſſitas ponẽdi hic iſtud p̃ceptum de vnitate dei, vnitas. n. diuina manifeſte traditur in decalogo, q a deo immediate fuit populo traditus, Exo. 20. & in p̃cedẽti c. 5. a. Moyſe repetitus. In vtriuſque enim decalogi pręambulo dicitur.* Ego ſum dñs deus tuus, qui te eduxi, &c. *In quo & p totũ decalogum ita nomina quã verba, quæ de deo dicuntur, ſunt ſingularis numeri. In quo manifeſte oſtenditur vnitas. Si autem dicatur, q̄ hoc præceptum de vnitate dei, ꝓponitur ad excludendum pluralitatem deorum, circa quod multi errauerunt, vt Manichæi & alij, hoc nõ uidetur ſufficere nã pluralitas deorum manifeſte excluditur in primo p̃cepto decalogi, ubi dicitur.* Nõ habebis deos alienos coram me. *i. p̃ter me, vt ſupra expoſitum eſt, & adhuc expreſſius ſup. 4.c. talis pluralitas excluditur, dicitur enim ibi.* Scito ergo hodie & cogita ĩ corde tuo, quia dominus ipſe eſt deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum, & nõ eſt alius. *Vnde dicendum uidetur, q̄ licet unitas diuina cum excluſio pluralitas deorum intelligatur ex prædictis alijs in ſacra ſcriptura cõtentis, exprimitur tamẽ his per modũ p̃cepti, quod deus eſt vnus, & vnitas quæ hic deo attribuitur, per quandã excellentiam intelligatur, ſic ſ. vt vnitas huiuſmodi ſoli deo conueniat. Si. n. vnitas, quæ hic deo attribuitur, & creaturis poſſet conuenire: ſicut de vno conuertibili cum ente communiter intelligitur, ſic ſuperflue poneretur in p̃cepto. Sicut enim quilibet homo eſt vnus homo, & quilibet equus eſt vnus equus, ſic quilibet deus eſt vnus deus, vnde hoc non indigebat vt inſtitueretur tanquam p̃ceptum & promulgaretur, ſed in hoc q̄ hic proponitur vt præceptum pertinens ad fidem, & cum hoc præmittitur: Audi Iſrael.* Fides. n. eſt ex auditu, ad *Rom. x.c. manifeſte datur intelligi, q̄ vnitas q̃ hic ſingulariter deo attribuitur, intelligi debet ſic, quod deus credatur eſſe maxime vnus, quod nulli rei creatæ cõpetit. Cuius ratio eſt, nam ſecundum ſanctũ Tho. in prima parte q. 11. art. 4. in corpore quæſtionis: Cum vnum ſit ens indiuiſum, id eſt quod eſt maxime ens, & maxime indiuiſum, oportet quod ſit maxime vnum. Conſtat aũt, quod deus eſt maxime ens, inquantum eſt ipſum eſſe ſubſiſtens omnibus modis interminatum, & prima cauſa totius entis creati. Similiter conſtat, quod deus eſt ens maxime indiuiſum, inquantum non diuiditur nec actu, nec potentia, nec alio modo diuiſionis, ſed omnibus modis eſt ſumme ſimplex. Vnde oportet dicere, quod deus eſt maxime vnus, ſic, quod nulli creaturæ talis vnitas competit, & ideo licet in decalogo & alijs locis ſcriptura de deo loquatur tanquã de vno, excludendo pluralitatẽ deorũ, nihilominus tamen fuit datum hoc præceptum exprimens diuinam vnitatem, vt talis vnitas intelligatur ſingulariter deo cõueniens modo prædicto. Vnde Bernardus in 5. de Conſideratione, poſtquã poſuit multiplicẽ modum vnitatis q̃ in creaturis diuerſimode inuenitur, de vnitate dei ſic dicit: Verum hæc omnia quid ad illũ ſummum unũ, atq. (vt ita dicã) vnice vnũ, ubi unitatẽ conſubſtantialitas facit, huic vni quoduis illorum ſi adſimiles, erit quodammodo vnum, ſi compares nullo. Hæc ille.*

*Sed poteſt dici cõtra prædicta, quod talis vnitas quæ hic attribuitur deo, ſcilicet ſit vera, non tamen pertinet ad fidem, ſaltem apud omnes. nam Deum eſſe vnum modo p̃dicto poteſt eſſe ſcitum per demonſtrationem. Vnde Philoſophus 12. Metaph. hoc demonſtratiue probat. Multi etiam alij Philoſophi hoc demonſtratiue induxerunt, prout in ſecunda ſecundæ. q. 1. ſanctus Tho. tradit, articu. 5. in reſponſione ad quartum argumentum. Ad quod dicendum ſecundum eundem ibidem, quod multa per fidem tenemus de deo, quæ naturali ratione Philoſophi inueſtigare non potuerunt, puta circa prudentiam eius & omnipotentiam, & quod ipſe ſolus ſit colendus, quæ omnia cõtinentur ſub articulo vnitatis dei. Hæc ille. Ratio autem quare prædicta videantur contineri ſub articulo vnitatis dei, talis videtur eſſe. Nam per fidem illum credimus eſſe vnum Deum, q eſt omnipotens & omnibus prouidens, qui ſolus eſt colendus. Omnia enim quæ in ſymbolo traduntur, copulatiue intelliguntur eſſe credenda.* Philoſ.

*Vlterius circa hoc videtur attendendum, quod ex iſta trina iteratione diuini nominis, cum dicitur.* Dominus deus noſter, dominus vnus eſt, *conuenienter ſecundum ueritatem catholicæ fidei, ſecundum quam vnus Deus in trinitate veneratur, intelligenda eſt trinitas perſonarum* Trinit. perſonarum

A ſonarum in diuinis cum vnitate eſſentiæ. Si.n.in prædictis verbis Moyſes ſolum vnitatem Dei ſine quacunque pluralitate credendam tradere voluiſſet, ſuffeciſſet dicere: Audiui Iſrael, Deus noſter vnus eſt, vel dominus vnus eſt. & ſic dicendo perfecte vnitatem expreſſiſſet, ſemota quacũque pluralitate: ſed in hac trina iteratione manifeſte oſtenditur præſuppoſita fide vera, ꝙ eſſet diuinum eſt vnum. verbum.n. eſſentiale quod hic ponitur.ſ.eſt, ſingularis eſt numeri, tria vero nōa diuina, quæ per modum ſuppoſiti ſignificant pluralitatem trium perſonarum proprie oſtendunt. & ſic talis vnitas omnem aliam vnitatem maxime tranſcendit. Vnde Bern. ubi ſupra. Inter oīa quæ vnum rectè dicuntur, arcem tenet unitas trinitatis, qua tres perſonæ vna ſubſtantia ſunt. Et ibidem infra. Nec abducimur ab hac vnitatis profeſſione aſſertione triũ, cum in hac trinitate non recipiamus multiplicitatem, ſicut nec ſolitudinem in vnitate. Quamobrem cum dico vnũ non me trinitas turbat. Numerus.n. qui eſſentiam non multiplicat, non variat, non partitur. Rurſum cum dico tria, non me arguit intuitus vnitatis, quæ illa quæcunque tria ſeu illos tres, nec in confuſione cogit, nec in ſingularitatem redigit: Hæc ille. Quæ quidem verba huius ſancti doctoris bene videntur adaptari uerbo propoſito, ſ.cum dicitur. Audi Iſrael. hoc.n. myſterium, prout ipſe dicit ibidem, non ratione perſpicuum eſt, ſed fidei perſuaſum. vnde: Audi Iſrael. i.ex auditu crede. hoc.n. ſacramentum magnum eſt: nam quomodo ſit pluralitas in unitate, & unitas in pluralitate, ſcrutari temeritas eſt: credere uero pietas: noſſe uerò vita æterna.

Circa hoc etiam notandum eſt, quod Hebræi, qui iſta præcepta, ſ. Audi Iſrael, &c. & Diliges dominum Deum tuum, &c. cũ magna ſolennitate bis in die reiterant, dictis his uerbis, ſ. Audi Iſrael dominus Deus noſter Deus vnus eſt, antequam incipiant dicere: Diliges dominum Deum tuum. interponunt ſub ſilentio uerba Hebraica quæ hoc dicunt, ſ. benedictum nomen maieſtatis regni eius in ſecula ſeculorum, quod tamen in alijs inuocationib. diuini nominis hoc nō dicunt. Ex quo ſatis videtur innui, ꝙ in hoc loco ſpecialius exprimitur, ꝙ nomen diuinæ maieſtatis eſt trinum & unum. Eſt.n. ordinatio huius benedictionis eis tradita ab antiquo. ſ. a tempore prophetarum, qui fuerunt in initio templi ſecundi, prout ex codicibus eorum comprobari poſſet, & hoc de primo præcepto prædicto circa credenda.

Sequitur in litera: Diliges dominum Deum tuum.

B Circa continuationem huius præcepti ad immediate præcedens, ſ. de vnitate Dei credenda conſiderandum eſt, ꝙ per charitatem homo vnitur Deo. Amor.n. ſecundum Dionyſium 4. de diuinis nominib. eſt vis unitiua. per vnionem autem charitatis homo ſic vnitur deo, vt quodammodo dicatur vnus ſpiritus cum eo iuxta illud 1. Cor. 6. d. Qui adheret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Idcirco poſtquã de vnitate dei ineffabili in præcedenti præcepto tractauit, ſtatim ſubiunxit præceptum charitatis, per quam homo ſupernaturaliter vnitur ſummæ vnitati.

Circa quod quidẽ præceptum ſane intelligendum multa, & magna a doctorib. traduntur, quæ hic ommittũtur cauſa breuitatis, niſi ſolũ quædam quæ ad intellectum huius præcepti vr̃r potius requiri. Quorũ primum occurrit inquirere rationem q̃uo illud pręceptum dicatur primum & maximum legis præceptum, iuxta ſnīam ſaluatoris Matth. 22. Ad quod dicendum ꝙ ratio huius proprie & ſufficienter habetur ab Apoſtolo 1. ad Tim. 1. a. vbi dicit quod finis pręcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. In hoc.n. ꝙ dicit. Finis præcepti eſt charitas, manifeſte habetur ꝙ præceptum charitatis eſt primum inter legis præcepta. Finis.n. in agibilibus habet rationem principij, cum finis ſecundum Philoſophum eſt primum in intentione. In hoc autem quod ſubiungit: De corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta, oſtendit ꝙ præcepta legis, quę omnia de actibus virtutum dantur, requiruntur & ordinantur ad diligendum Deum. Quæ quidem præcepta ſunt in triplici differentia, quia aut ſunt talia, quæ ordinantur ad purificandum cor a turbationibus paſſionum, ſicut virtutes quæ ſunt circa paſſiones, de quibus dicit: De corde puro. Cor.n. impurum a Dei dilectione abſtrahit, propter paſſionem declinantem ad terrena, vel ordinantur ad habendum bonam conſcientiam circa operationes, de quibus dicit, Et conſcientia bona. conſcientia.n. mala facit horrere diuinam iuſtitiam propter timorem pœnæ, vel ordinantur ad habendum rectam fidem, ſicut illa quæ pertinent ad diuinum cultum, de quibus dicit, Et fide non ficta. Fides autem ficta, ſ. non recta trahit affectum in id quod de Deo fingitur, ſeparans ſe a Dei veritate. & ſic patet, ꝙ dilectio Dei eſt per ſe intenta a legislatore tanquam finis. Cętera vero præcepta quæruntur propter hanc tanquam ea quæ ſunt ad finẽ & quia in quolibet genere id quod eſt per ſe potius eſt eo quod eſt ad aliud: ideo maximum præceptum eſt de charitate. quæ omnia plene traduntur ſecunda ſecundę q. 44.

C

Secundo conſiderandum occurrit, quod ex hoc quod huiuſmodi præceptum eſt maximum, ad quod omnia ſunt referenda, vt dictum eſt, ideo totalitas quædam fuit deſignāda circa pręceptum de dilectione Dei: unde dicit, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Si autem contra hoc arguatur ex eo quod hoc quod dicitur, Ex toto corde, importat modum diuinæ dilectionis, modus autem virtuoſi actus nō cadit ſub præcepto, ut in 1. 2. q. c. art. 10. in reſponſione ad quæſtionem.

Ad hoc dicendum, quod licet modus quem habet actus virtutis ex aliqua ſuperiori virtute, non cadat ſub pręcepto inferioris uirtutis, non.n. cadit ſub præcepto de honoratione parentum. ꝙ honoratio fiat ex charitate, modus tamen qui pertinet ad rōnem propriæ uirtutis cadit ſub præcepto ipſius virtutis, ſicut quod aliquis operetur ſciens cadit ſub ratione præcepti tam legis diuinę quam humanæ. Ignorantia.n. ſimpliciter conſiderata tollit rationem prẽmij uel pœnæ in actib. humanis, & hoc modo ſub pręcepto de diligendo Deum cadit, quod dicitur, Ex toto corde. Si autem contra hoc dicatur, quod quicunque facit aliquid quod non pertinet ad dilectionem Dei, non diligit Deum ex toto corde, & ſic agit contra Dei præceptum, & per conſequens peccauit mortaliter, ex quo ſequeretur, quod peccatum veniale eſſet mortale. D

Ad hoc dicendum, quod Deum diligere ex toto corde, contingit dupliciter. Vno quidem modo in actu, ſic ut cor hominis ſemper actualiter in Deum feratur, & iſta eſt perfectio charitatis patriæ, qua cuicunq; peccato quantumcunque minimo ueniali non eſt compatibilis. Alio modo diligere Deum ex toto corde, eſt cum habitualiter totum cor hominis in Deum fertur, & hoc dupliciter.

Vno modo, quando homo ex tali dilectione Dei ſe abſtrahit inquantum poſſibile eſt, a rebus temporalibus etiam licitis, quæ per occupationem animi impediunt actualem motum cordis in Deum: Et hęc eſt perfectio charitatis ad quam ordinantur conſilia.

Alio modo quando hō ex dilectione habituali quam hēt ad Deũ, etſi non abſtrahit ſe a reb. temporalib. licitis, quę actum charitatis impedire ſolent, nihil tamen contra Dei dilectionẽ cor eius recipit. Et hæc eſt perfectio charitatis vitæ, quæ eſt ex neceſſitate ſalutis. Et iſtis duob. modis vltimis non contrariatur ueniale peccatum diuinæ dilectioni, cum non tollat habitum charitatis, ſed ſolum impedit charitatis vſum.

Vlterius conſiderandum occurrit, q̃uo totalitas quæ aſſignatur in hoc loco circa dilectionem Dei intelligenda ſit in corde & anima & fortitudine prout hic dicitur, Similiter & in mente prout Matth. 22. & in uirtute prout Mar. 12. Et in omnibus viribus, prout Lucæ 10.

Ad cuius declarationem ſciendum, ꝙ iſta nomina quæ in materia huius pręcepti ponuntur, ſ. cor, aīa, mens, & huiuſmodi, uarias ſignificationes habent in ſcripturis ſacris. Cor.n. non ſolum ſignificat cor carneum, ſed etiam ſignificat quandoque intellectum humanum. Eccl. 8. a. Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Quandoque uero ſignificat affectum intellectiuum humanũ, ut in Pſalmo. Deſiderium cordis eius tribuiſti ei. Mens ēt quandoque ſignificat humanas cogitationes. vnde 1. Paral. 28. b. Vniuerſas mentium cogitationes intelligit. Quandoque uero ſignificat memoriā hominis. vnde in Pſal. 76. b. Annos æternos in mente habui. Similiter anima quandoq; ſignificat animam ſenſitiuam. Gen. 1. c. Producat terra animam viuentem. quandoque uero ſignificat animam rationalem. Ezech. 18. a. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. habent ēt prædicta nomina pręter prædictas ſignificationes quaſdam alias, quæ cauſa breuitatis omittuntur. Ex qua quidem ſignificationum uarietate doctores noſtri diuerſimodè prædicta nomina in hoc loco expoſuerunt. Nam Aug. primo de doctrina Chriſtiana, per cor intelligit cogitationes, per animam uero uitam, per mentem autem intellectum. Alij uero per cor animam vegetatiuam, per animam uero ſenſitiuam, per mentem autem intellectiuam. Alij uero aliter. Iſta tamen diuerſitas expoſitionum nō uidetur deuiare a mente legislatoris. Intentio aũt legislatoris, vt dictum eſt in præcepto fuit, ut Deus diligatur ſicut finis ultimus ad quẽ omnes actus humani interiores ſunt ſaltem habitualiter referendi. Vnde q̃uocunque prædicta nomina a dictis ſanctis doctorib. accipiantur, omnia quæ in homine ſunt, in Deum referibilia uidentur continere, ut patet recte conſideranti. unde nulla expoſitio eorum eſt excludenda. Videtur tamen planior ſenſus circa hoc eſſe talis. ſ. ut per hoc quod præcipitur Deum diligi ex toto corde, intelligatur ꝙ tota intentio feratur in Deum. Sicut.n. cor corporale omnium temporalium motuum eſt principium, ita intentio uoluntatis reſpectu finis vltimi eſt principium omnium ſpiritualium. Includitur etiam in hoc præcepto, quod intellectus noſter ſubdatur Deo, iuxta illud 2. Cor. 10. b. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Et ſic diligitur Deus ex tota mente. Includitur etiam in hoc præcepto, quod appetitus noſter inferior regulatur ſecundum Deum, quod eſt ex tota anima Deum diligere. Includitur etiam, quod exterior actus noſter obediat Deo, quod eſt tota fortitudine vel virtute vel viribus Deum diligere. F

Vlterius quin ſecundum Aug. in lib. de perfectione iuſtitiæ, in plenitudine charitatis patriæ præceptum iſtud impletur. ſ. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Nam cum adhuc eſt aliquid carnalis concupiſcentiæ, nō omnino ex tota anima diligitur Deus: videndum eſt ergo quomodo Deus nobis præcipit quod implere in via nō poſſumus. Maledictus eſt.n. ſecũdum Hieronym. qui dicit Deum aliquid impoſſibile præcepiſſe.

Ad quod dicendum ſecundum ſanctum Thom. in ſecunda ſecundę vbi ſupra, quod implere præceptum contingit dupliciter. Vno modo perfecte, & hoc eſt quando peruenitur ad finem, quem intendit præcipiens Alio modo imperfecte. quando etſi non pertingat ad finem quem, inten-

Marginalia: præceptũ & maximũ. — xo. 22. 18. q. 1. cenim uero. 1. c. ar. 54. — Diligere deũ ex corde, anima & viribus &c. — E — Pſ. 20. a. — Auguſt.

A dit præcipiens, non tamen recedit ab ordine ad finem quem intendit præcipiens. Sicut ſi dux exercitus præcipiat militibus, vt pugnent ad victoriam hoſtis, ille perfectè implet præceptum, qui pugnando hoſtem vincit, quod dux principaliter intenait. Ille etiam implet, ſed imperfectè cuius pugna etſi ad victoriam non pertingit, pugnat tamen ſic quod contra diſciplinam militarem non agit. Intendit autem Deus per hoc præceptū, vt homo totaliter Deo vniatur, quod fiet in patria, quando Deus erit omnia in omnibus, vt dicitur 1. Cor. 15. d. Et ideo plene & perfectè implebitur hoc præceptum, in via vero impletur, ſed imperfectè modo iam dicto.

Mat. † re

Sed contra prædicta ſolet dici, quod fruſtra daretur hoc præceptum, ſi impoſſibile eſſet illud adimplere. præcepta enim dantur ad dirigendos homines in viam ſalutis. vnde in Pſal. 18. b. Præceptum domini lucidum illuminans oculos.

Ad quod reſpondetur, quod ideo præcipitur homini iſta perfectio quamuis eam in hac vita nemo habeat de cōi lege, quia non recte curritur, ſi quo currendum eſt neſciatur, neq; quo currendum eſt ſi ſciretur, ſi nullis oſtenderetur præceptis. Sed et hoc non videtur ex toto ſufficere: nam ſi ſic, hoc non deberet dari per modum præcepti, cum non datur niſi ſolum ad oſtendendum terminum ad quem curritur, ad quod ſufficeſſet dicere ſicut Apoſtolus. Deus erit omnia in omnibus. In quibus verbis Apoſtolus non procedit vt præcipiens, ſed vt prænuntians. Vnde ſalua ſemper ſanctorum reuerentia videtur dicendum, quod hoc præceptū de dilectione Dei non fuit impoſſibile vt impleretur perfecte etiā in hac vita vniuerſaliter loquendo. Impleuit iſtud præceptū perfecte Chriſtus etiam quando fuit in hac vita, in qua fuit verus viator ſimul & verus comprehenſor, & ideo a primo inſtanti ſuæ conceptionis hoc præceptū, in quo plenitudo legis ſecundum Apoſtolum, Rom. 13. c. conſiſtit, impleuit. cuius reſpectu principaliter in lege promiſſum eſt hoc præceptum, tanquam poſſibile, ſaltem per ipſum Chriſtum totaliter adimpleri. per

1. Cor. 14. d

B alios vero imperfecte & quaſi participatiue. vnde tanto vnus perfectius alio implet, quanto magis accedit per quandam ſimilitudinem ad perfectionem impletionis Chriſti, de quo Mat. 5. b. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. proprie. n. & vere loquendo totam legem impleuit Chriſtus, implendo perfecte huiuſmodi præceptū vt dictum eſt. Nec mirandum ſi propter vnum ſingulare indiuiduum præceptum generale daretur, quia dicitur Leuit. 12. Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculum. Quæ quidem conditio, quæ intelligitur, cum dicitur: Si ſuſcepto ſemine, ſolum fuit appoſita propter vnam ſingularem perſonam, ſ. beatam Virginem. Nulla. n. alia ſine ſuſceptione ſeminis concepit & peperit, & ſimiliter dicendum eſt in propoſito.

Quæſtio. Vlterius ſi quæratur circa prædicta præcepta. Cum præceptum de dilectione Dei ſit ſimpliciter primum & maximum, vt dictū fuit, & præceptum de credendo vnitatem Dei, eſt primum & maximum reſpectu credendorum, cur iſta non fuerunt propoſita populo in decalogi traditione, in quo præcipua legis præcepta traduntur? Ad quod dicendum, quod D hæc quæſtio fuit mota ſupra in additione ſupra Exod. 20. cap. ſpecialiter circa præcepta charitatis. Ad quod fuit reſpōſum diuerſimode ſecundum uarias opiniones.

Opinio autem quæ mihi ſaluo meliori iudicio in hoc rationabiliter uidetur, hæc eſt, quod præcepta decalogi data fuerunt de notioribus quo ad intellectum, & facilioribus quo ad affectum, & quia præceptum de dilectione Dei prout in lege traditur, ſcilicet vt Deus diligatur ex toto corde & ex tota anima, &c. quod importat etiam interiorem motum animi cum magna promptitudine, eſt difficillimum ſeu impoſſibile non habenti charitatem, idcirco expreſſio huius præcepti fuit rationabiliter reſeruata ad tempus vltimum totius doctrinæ Moſaicæ, ſ. in 60. anno, in quo tempore poſtquam repetijt præcepta decalogi, in capitulo videlicet immediate præcedenti, conſequenter in hoc capitulo propoſuit eis tanquam aliqualiter iam perfectis hoc præceptum de dilectione Dei per extenſum, prout plenius continetur in prędicta additione, vide ibi. Idem dicendum eſt de præcepto immediatè præcedēti, ſ. Audi Iſrael, &c. in quo diuina unitas traditur cum implicatione trinitatis perſonarum, vt dictum eſt: quod quidem myſterium inter cætera quæ nobis per fidem traduntur altius eſt & ineffabilius. Vnde non dicebat, ut in primis rudimentis populo rudi proponeretur. ſed fuit reſeruatum uſque ad ultimū tempus Moſaicæ doctrinæ ratione prædicta.

Sed adhuc reſtat quærendum quare iſta duo præcepta, cum ſint pręcipua & digniſſima, non fuerunt tradita populo a Deo immediate ſaltem in hoc tempore, ſ. in 60. anno, quādo iam populus erat magis perfectus, vt dicitur in prædicta additione. Qui a

Ad quod dicendum, quod licet populus iam iſto tempore eſſet quodammodo aptior ad capienda diuina, non tamen ſufficiebat ad vocem domini audiendam, vnde dicitur ſupra in capitulo præcedenti. Si enim audierimus ultra uocem domini Dei noſtri moriemur. Et ideo Moyſes poſt repetitionem decalogi in præcedenti capitulo ab ipſo factam, ante quam iſta præcepta maxima exprimerentur, introduxit narrando terrorem magnum quem populus habuerat in audiendo uocem Dei, & quomodo ab ipſo Moyſe inſtanter petierunt dicentes: Tu magis accede, & audi cuncta quę dixit dominus Deus noſter tibi, loquerisq; ad nos, & audientes faciemus ea. q. d. Iſta pręcepta quæ ſtatim proponenda ſunt nobis ab ipſo Deo immediate, debuiſſetis audire tanquam principaliſſima legis diuinæ pręcepta, ſed ad inſtantiam veſtram (dictum eſt) ego fui intermedius inter Deum & vos, prout iſta amplius apparent intuenti ea quæ leguntur hic in litera inter repetitionem decalogi, & horum præceptorum propoſitionem. Conſequenter ut hæc præcepta tam principalia efficacius memoriæ commendarentur, ſubiunxit. Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, ſ. de charitate et fide in corde tuo. Et narrabis ea filijs tuis & meditaberis, &c. exponatur prout in poſtilla. E

## CAP. VII.

Allegor. de ſeptem gentibus.

a Gentes multas. Septē gentes ſunt ſeptē principalia vitia quę per Dei gratiā ſpiritualis miles exuperans extermināre iubetur. Maioris numeri dicuntur, quia plura ſunt vitia quā virtutes, in catalogo dicūtur, ſeptē nationes, in expugnatione ſine numero ponuntur. Sed cum deleuerit gentes multas coram te. Numeroſior. n. eſt quam Iſrael populus carnalium paſſionum, qui multiplicatur de ſeptenario fomite vitiorum. De gaſtrimargia comeſſatio, ebrietas. De fornicatione, turpiloquium, ſcurrilitas, ludicra, & ſtultiloquia. De philargyria, mendaciū fraus, furta, periuria, turpis lucri appetitus, falſa teſtimonia, violentia, inhumanitas & rapacitas. De ira, homicidiū, & clamor & indignatio. De triſtitia, rancor, puſillaminitas, amaritudo, & deſperatio, & pigritia. De acedia, otioſitas, ſomnolētia, importunitas, inqetudo mētis & corporis iſtabilitas verboſitas, & curioſitas. De cenodoxia, cōtētiones, hæreſes, iactātia, & pſūptio nouitatū. De ſuperbia contemptus, inuidia, inobedientia, blaſphemia, murmuratio detractio, & alia plura. Hæc cum maioris numeri ſint quā virtutes, deuictis tamē principalib. omnes qeſcūnt & perpetua nece delentur. Quod autem hę peſtes robuſtiores ſint, in tentatione ſentimus. Fortius. n. militat in mēbris noſtris carnalium delectatio paſſionum, quam ſtudia virtutum.

†23. q. 5. c. tenentium

† abſtulerit.

C

F

## CAP. VII.

1 CVM veró introduxerit te dominus Deus tuus in terram, quam poſſeſſurus ingrederis, & † deleuerit gentes multas coram te,

a

Septem principalia vitia & eorum genimina.

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VII.

Vm vero intro. Hic conſequenter remouentur impedimenta diuinæ dilectionis contingentia reſpectu aduerſarij, & ſunt tria. Primū eſt falſa pietas, ſecundum puſillanimitas, ibi. Si dixeris in corde tuo. tertiū cupiditas, ibi. Sculptilia eorum, &c. Adhuc primo remouet amoris impedimentū primum, ſecundo infert oppoſitū incitamentum, ibi. Cuſtodi ergo. Adhuc circa primum primo oſtendit propoſitum. ſecundo remouet quoddam falſum, ibi. Non quia cum circa primum ſciendum, quod ſeptem gentes terram promiſſionis habitantes ante ingreſſum filiorum Iſrael ex Dei ſententia condemnatæ erant ad mortem propter iniquitates ſuas, ut habetur infra 9. cap. & filij Iſrael illuc a domino mittebantur, ut prædictam Dei iuſtitiam exequerentur, & ideo ſi eis parcerent falſa pietate deluſi contrahentes cum eis amicitias, Deus merito permitteret eos ab eis decipi, & a ſuo amore retrahi, & ad idololatriam conuerti, & hoc eſt quod dicitur.

1 Cum vero intro. & patet litera uſque ibi. ✲ 1 Non

### MORALITER.

† 1 Cum introduxerit te dominus. In hoc capitulo ſeptē gentes enumerant. de quib. præcepit dñs filiis Iſrael, vt nullum fœdus cum ipſis habeant, ſed totaliter deſtruantur, per quas moraliter intelliguntur ſeptem vitia capitalia, quæ ſunt a fidelibus totaliter deſtruenda, ſ. acedia, quę eſt quædam tarditas & pigritia in bonis operib. incipiendis & continuandis, & ſignificatur p Hebrēum qui formidans interpretatur. Acedioſus. n. ſemp eſt formidans & trepidans in bonis operibus inchoandis. Prouerb. 26. b. Dicit piger, leo eſt in uia, leæna in itineribus. Se- † cundum

tum, quæ ſumma cor-
A dis & corporis contri-
tione acquiruntur. Ha
rum gētium regiones
poſſidemus, cum Iſra-
elis exercitu, id eſt vir-
tutib. vitia ſuperamus.
Vt in corde noſtro lo-
cum fornicationis ca-
ſtitas obtineat, locum
furoris patiētia, locum
triſtitię ſalutaris lętitia,
accediæ locum incolat
fortitudo, locum ſu-
perbiæ humilitas, ſic
ſingulis vitijs expul-
ſis, loco eorū regnent
filii Iſrael, id eſt animę
Deum videntes. Cum
vero Abrahæ de futu-
ris loqueretur deus, nō
ſeptem, ſed decem gē-
tes numeraſſe legitur,
quorum terra ſemini
B eius promittitur, abie-
ctis ſcilicet idololatrijs
gentium, blaſphemia
Iudæorum, errore hæ-
reticorum: quibus au-
tē notitiam Dei & gra-
tiam baptiſmi, in ſpiri-
tali, Aegypto commo-
rantur ſubiecti ſunt.
Sed qui inde egreditur
& per gratiam Dei ad
eremum ſpiritalem
peruenit, ab impugna-
tione trium gentium
liberatur, cont. ſeptem
congreditur.

a Hethæum, & Gergezæū, & Amorrhæum & Chananęū, &
b Pherezæum, & Heuæum: & Iebuſęum, ſeptē gentes multò
c maioris numeri quā tu es, & robuſtiores te, tradideritq. eas
dominus Deus tuus tibi, pcuties eas vſq. ad internecionē. †
Non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earū, neq. ſocia- 1
a ¶ Cogitationem tuam ſcilicet, vitiis non ſociabis.
bis cum eis coniugia. Filiam tuā non dabis filio † eius, nec 2
filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuū ne ſe- 3
quatur me, & vt magis ſeruiat diis alienis. Iraſceturq. furor
domini & † delebit te cito. Quin potius hęc facietis eis: † 4
a ¶ Aſtutias contemnite.
Aras eorum ſubuertite, & cōfringite ſtatuas, lucosq. ſucci- 5
dite, & ſculptilia cōburite, quia populus ſanctus es domino 6
deo tuo. Te elegit dominus deus tuus, vt ſis ei populus pecu 7
liaris † de cunctis populis qui ſunt ſuper terrā. Non quia cū 8
ctas gētes, numero vincebatis, † vobis iunctus eſt dominus 9
d & elegit uos, cum omnibus ſitis populis pauciores: ſed quia 10
dilexit vos dn̄s, & cuſtodit † iuramentū quod iurauit patri- 11
bus veſtris. Exauditq. vos in manu forti, & redemit de do-
mo ſeruitutis de manu Pharaonis regis Aegypti, & ſcies
a ¶ Nullum in ſe ſperantem decipit.
quia dominus deus tuus ipſe eſt deus fortis & fidelis, cuſto-
diens pactum & miſericordiā diligentibus ſe, & his qui cu-
ſtodiūt præcepta eius in mille generationes, & reddēs odiē- 12
a ¶ Omne tempus æternitati comparatum eſt quaſi punctum.
tibus ſe † ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltrà non differat, ꝓ-
tinus eis reſtituens † quod merentur. Cuſtodi ergo p̄cepta 13
& † cęremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie
vt facias ea. Si poſtquam audieris hęc iudicia, cuſtodieris

a *Hethęum & Gergezæū, &c.* HIERONYMVS. Hethęum formi
dantem ſiue ſtupētem. Gergezęum, id eſt, colonum applica,
vel colonum eijciens
D ſiue aduena appropin-
quans. Amorrhęum,
amarum vel loquen-
tem. Chananęum poſ-
ſidentem, vel poſſeſſio
nem, vel negotiato-
res, vel motabiles.
Pherezæum ſperan-
tes ſiue diſſeminatos.
Heuæum, id eſt lapi-
des colligens. Iebu-
zæum, id eſt, calca-
tum ſiue præſepe eo-
rum.
b *Septem gentes*. Abra-
hæ ꝓmiſſum eſt quod
decem delerentur.
Tunc enim decem e-
rant, ſed cum filij Iſ-
rael tranſirent ad Ior-
danem, iam tres dele-
tæ erant. Filii enim
Lot deleuerunt gigan
tes, filii Eſau Hethæ-
os, Cappadoces verò
partem Heuęorum.
c *Et robuſtiores*. Spi-
ritales nequitię ſub-
tiliores ſunt, & plus
valent ad decipiendū,
quam infirmitas ho-
minum ad ſuſtinen-
E dum.
d *Sitis populis pauciores*.
✲ PROCOPIVS.
Non inepte ad illos
qui expertes heredi-
tatis erant, dictum eſt
illud, pauciores ſitis cūctis populis, atq; adeo ſimiliter hinc:
pauci qui ſeruantur. Item hinc, contendite intrare per angu-
ſtam portam.

☞ a Bene-

† Exo. 22. d. 28. q. 1. c. ſic enim §. tu uero. 35. q. 1. c. cū igitur.
† ſuo
† Exo. 34. b. 12. a
† complacuit in uobis.
† teſtamētum.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Non inibis cum eis fœdus. *vt remaneant in terra ſub tributo.*
2 Nec miſereberis. *dimittendo eos abire cum ſola uita.*
3 Neque ſociabis cum eis coniugia. *hoc eſt cum illis gentib. quæ erant prope terram ſuam, quia per talia fideles ſolent trahi ad idololatriam.*
4 Quin potius hęc facietis eis. *ad deſtruendum omnino idololatram.*
5 Aras eorum ſubuertite. *ſuper quas ponebantur idola & incendebantur thura.*
6 Et confingite ſtatuas. *id eſt imagines metallicas & lapides.*
7 Lucoſque ſuccidite. *qui erant circa templa idolorum ad exercendum luxuriam.*
8 Et ſcuptilia comburite. *id eſt idola lignea.*
9 Quia populus ſanctus es domino. *id eſt ſeparatus ab aliis, & dedicatus cultui diuino.*
10 Non quia cunctas gentes. H*ic remouet falſam opinionem eorum, qua aliqui poſſent credere, quod dominus elegiſſet illum populum, eo quod eſſet maior numero, quod remouet dicens.* Non quia cunctas gentes numero, &c. *ſed quia dilexit vos dominus ex ſola ſua benignitate, & ex merito patrum, ideo ſubditur.*
11 Et cuſtodiuit iuramentum. *de quo habetur Geneſ. 22. Abraham.* Per memetipſum iuraui, dicit dominus, &c.
12 Et reddens odientibus ſe. *Hoc intelligitur de filijs Iſrael, de quibus dicitur 2. Machabæor. 6. d.* Non enim ſicut in aliis nationibus dominus patienter expectat, vt eas cum iudicii venerit tempus in plenitudine peccatorum puniat.
13 Cuſtodi ergo præcepta. *Hic conſequenter ponitur incitamentum diuinæ dilectionis, ſcilicet bonum multiplex ex hoc conſequendum, præmittitur ergo monitio, cum dicitur.*
Cuſtodi ergo præcepta. *ſcilicet ex dilectione, & ſubditur incitamentum, cum dicitur.*

✲ 1 Cuſtodiet

## MORALITER.

C ✲ cundū viliū eſt auaritia cuius etymologia eſt æris auiditas. Eccl. 5. b *Auarus non implebitur pecunia*. Et ſignificatur per Chananæum qui interpretatur commutans & poſſidens, nā in cōmutationibus rerū frequenter fiunt fraus & dolus ex auaritia Auarus enim ita tenaciter poſſidet ea quæ habet, quod nō ꝓſunt aliis nec ſibi. Hieronymus in epiſtola ad Paulinū de oīb. ſacræ ſcripturæ libris: Antiquè dictum eſt. Auaro deeſt tam quod habet, quam quod non habet. Tertiū vitium eſt ſupbia quæ ſemp nititur alios ſibi ſubiicere, & p cōſequens eos a ſtatu ſuo & honore deiicere: pp quod ſignificatur p Gergezæū qui interpretatur eijciens colonū. Pſ. cxviij. g. Superbi itaque agebant vſquequaq; cunctos volentes ſuppeditare. Quartū vitium eſt inuidia quæ eſt triſtitia de bonis proximi, & ſignificatur p Amorrhæum, qui interpretatur auarus, inuidus. n. amare fert proſperitatē alterius, Eccl. 14. g. *Nequā eſt oculus inuidi, qui uidere non poteſt bonū proximi.* Quintum vitium eſt ira, quæ eſt appetitus vindictæ propter quod ſignificatur per Heuæū, qui interpretatur colligens lapides. Iracundus. n. cum lapide vel alio lędente ſtatim percutit proximum iniurioſe, ideo dr̄ Prouerb. 18. c. *Spiritum ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere.* Sextum vitium eſt gula, quæ ſignificatur per Iebuſęum, qui interpretatur præſepe meū. Guloſus enim ſemp vult in præſepe cibotum ſuper cibum & potū ſe effundere ſicut animal brutū. Vnde de diuite epulone dicitur, Luc. 16. e. q epulabat quotidie ſplendide. Septimū vitiū eſt luxuria: quæ ſignificatur p Phereſæum, qui diſſeminatio interpretatur. Per luxuriā enim ſemen humanum indebite diſſeminatur. Vnde Sap. 2. b. dicitur in perſona luxurioſorum. *Nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra.*

A *Benedicetque fructui uentris tui.* ✲ THEODORETVS. Vide quid Quæſt. 6. huic populo tanquam puero pollicetur. Cum eſſent infirmi & lacte veſcerentur, nec eſſent capaces auditores æternorum bonorum, pollicetur eis ſobolis multiplicationem, terræ fertilitatem, fœcunditatem gregis & armenti, corporum denique bonam valetudinem, ac in bellis victoriam.

Ex cathena Græca. ✲ CHRYSOSTOMVS. Bñdicet fructui vẽtris, i. multiplici prole cumulabit. Cum vero hõnes Deo bñdicunt in alia ſignificatione accipiendũ. Ea eſt, laudãt & extollũt, atq; illud ꝙ ex ea re boni emergit totũ reflectitur in eos, nõ ĩ Deũ: Nullius enim rei indiget, cui oẽs ſeruiũt. Bñdictio apud Hebreos, crementum eſt boni maledictio vero detrimẽtum.

b *Frumẽto tuo, atq; uindemiæ, oleo, & armentis.* ✲ PROCOPIVS. Dei eñ legitimis filiis, ſancte ac fœliciter cedẽt Chriſti myſteriorũ participatio, & q̃ per ſpiritũ ſãctũ fit vnctio. Qui vtique ab ęgritudinibus animi liberi ſunt ac immunes. Nec non vero aĩa Dei ſtudioſa his fertiliſſima ẽ, quas tñ uirtutis operib. repelli atq. diſcutit.

c *Sterilis.* Quædam ſteriles apud Iudæos fuerũt, ſed adeo paucę, vt ad cõparatõnẽ fæcundarũ viderentur nullæ.

d *Plures ſunt gentes.* ✣ PROCOPIVS. In Exodo cum cũfirmaret eos veritos Aegyptiorũ vires, inqt, Dñs ꝓpugnabit ꝓ vobis, vſque quieſcetis. Hic vero memoriã eorum qui Dei uirtue deuicti ſunt, refricat.

Allegoricæ. e *Inſuper & ſcrabrones, &c.* Nõ legitur alicubi in hiſtoria, quod ſcrabrones uel ueſpas in hoſtes eorum Deus præmiſerit. Sed per animalia aculeata timoris compunctiones deſignat, quibus hoſtes territos fugabat.

C ✲ SEVERIANVS. Ne hoſtiũ multitudinẽ timerent Iſraelitæ, inſectis agere cum illis pollicetur, & tantulo animali in fugã conuertere. Sunt etiam qui per ſcrabrones allegorice vltricium vires occultas intelligunt, & exitiales dæmones, quib. Deus vtitur in hoſtes.

D

ca & feceris, cuſtodiet & dominus Deus tuus pactum tibi, & 1
miſericordiam quam iurauit patribus tuis, & diliget te ac 2
a multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, & fructui ter- 3
b ræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo & armentis,
gregibus ouium tuarum ſuper terram, pro qua iurauit patri-
bus tuis, vt daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes po- 4
c pulos. Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in ho-
minibus quàm in gregibus tuis. Auferet dominus a te omnem 5
languorem, & infirmitates Ægypti peſſimas quas nouiſti,
non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus tuis. Deuorabis omnes
populos, quos dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Non par-
cet eis oculus tuus, nec ſeruies diis eorum, ne ſint in ruinam
tui. Si dixeris in corde tuo, plures ſunt gentes iſtæ quàm 6
d ego, quomodo potero † delere eas? Noli metuere, ſed recor- 7
dare quæ fecerit dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis 8
Ægyptiis † plagas maximas, quas uiderunt oculi tui, & ſigna
atque portenta manumque roubſtam, & brachium exten-
tum, † vt eduxerit te dominus Deus tuus. Sic faciet cunctis 9
a ¶ Timoris punctiones.
e populis quos metuis. Inſuper & ſcrabrones mittet dominus
Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque diſperdat, qui
te fugerint, & latere non poterint. Non timebis eos, quia
a ¶ Omnipotens liberando ſuos. b ¶ In aduerſarios ſuos iuſte vindicando.
dominus Deus tuus in medio tui eſt. Deus magnus & terri-
a ¶ Non alius, ipſi ſoli victoria aſcribitur, per quem hoſtes ſuperantur.
bilis: Ipſe conſumet nationes has in conſpectu tuo paulatim at- 10
f que per partes. Non poteris delere eas pariter, ne forte multi- 11
plicentur contra te beſtiæ terræ, Dabitque eos dominus Deus
tuus in conſpectu tuo, & interficiet illos donec penitus delean-
tur. Tradetque reges eorum in manus tuas, & diſperdes nomi-
na eorum ſub cælo. Nullus poterit reſiſtere tibi, donec con-
teras eos. Sculptilia eorum igne combures. Non concupiſces 12
argentum & aurum, de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex 13
eis tibi quicquam, ne † offendas, propterea quia abominatio eſt
¶ Imaginem vel ſtatuam fabricatam & bene poſitam.
domini Dei tui: Nec inferes † quippiam ex idolo in domum
a ¶ Adorando & colendo. ¶ Alienatio.
tuam, ne fias anathema ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurcitiam † de-
teſtaberis, & † velut inquinamentum, ac ſordes abominationi ha-
g bebis, quia anathema eſt.

† expellere
B
† tentationes
† quo eduxit
† deteſtando.

f *Non poteris, &cæt.* Cauẽdum eſſe oſtẽdit, ne forte expulſis peccatis a carne noſtra inſurgat ſpiritalis beſtia, i. iactantia, ſupbia vel vana gloria, quæ difficilius extirpantur q̃ carnalia vitia. Lot.n. qui in Sodomis cõtinuit, in monte fornicatione pollut' eſt. Expulſo uitio ſtatim virt' plantetur, ne immũdus ſpiritus redeat, & domum vacantem inueniat.

RABANVS. Quibuſdam maiora bona Deus dat, nec minora, vt ſẽp animus eorũ habeat unde ſe reprehẽdat, & dum perfecti eſſe appetũt nec poſſunt, minimè ſe extollãt in his quæ habent, qui per ſe parua non habere valent. Hinc eſt ꝙ fortes & potẽtes aduerſarios extĩxit Philiſtæos, & Chananæos diu reſeruauit, ut eis erudiretur Iſrael habẽs ꝯtra quos pugnaret, ne de maioribus deuictis ſeſe extolleret. Eadẽ ergo mens pollet ex uirtute, laſſeſcit ex infirmitate, ut dum q̃rit quod habere nõ ualet, ꝙ habet humiliter ſeruet. Superna quoq; regio in ciuib. ſuis ex parte damna ptulit. ex parte fortiterſtetit, vt electi Angeli dum alios per ſuperbiam cecidiſſe ꝯſpicerẽt tãto robuſtius quãto humili' ſtarẽt. Sic in unaquaque anima agitur, ut maxima lucra conferant, aliquando minima damnant.

g *Anathema.* ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι, id eſt, a ſurſum ponẽdo, uel ſuſpendendo, ſicut donaria in templis ſuſpendebantur, & ab eis qui dabant, alienabantur.

E F

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✣ 1 Cuſtodiet dominus Deus tuus pactum, &c. *id eſt, bonum patribus promiſſum.*

2 Et diliget te. *dando tibi gratiam ſuam.*

3 Ac multiplicabit. *in prole & in bonis temporalibus & exemplificat in litera de multis bonis; & patet.*

4 Benedictus. &c. *quantum ad famæ claritatem.*

5 Auferet, &c. *quia non ſolum multiplicabit te in bonis, ſed etiam pręſeruabit te malis.*

6 Si dixeris: *Hic remouetur impedimentum ſecundum, quod eſt puſillanimitas, quod poſſet contingere, ſi filij Iſrael conſiderantes prædictarum gentium multitudinem, & fortitudinem, non eſſent auſi bellare contra eas. & ſic facerent cum eis pacem & contraherent amicitias, ex quibus ab amore Dei retraherentur, & ad idolatriam conuerterentur. hoc remouet dicens.*

7 Noli me. *ſ. eorum multitudinem & fortitudinem, cuius cauſa ſubditur.*

8 Sed recor. &c. *cuius exercitũ magnũ & fortẽ una flatu ſubmerſit.*

9 Sic faciet, &c. *& ideo non habes cauſam metuendi.*

10 Paulatim, &c. *non quia Deus non poſſit eas delere ſimul, ſed propter aliud quod ſequitur.*

11 Ne forte multi, &c. *quia filij Iſrael non erant adhuc in tanto numero, quod poſſent terram ſufficenter colere.*

12 Sculptilia eorum. *Hic remouetur tertium impedimentum proueniens ex cupiditate, uidelicet ſi de idolis confractis acciperent aurum & argentum & in vſus ſuos conuerterent, & ſic Deum offenderent, & ideo prohibet hoc dicens.*

13 Non concupiſces argentum, &c. *& patet litera.*

✲ CAP.

CAP. VIII.

A a ET recordaberis cuncti ✻ PROCOPIVS. Si eius recordatus fueris, in tentationib. reliquis non facile collaberis. Etenim Dauid cum ſolidus in Deo eſſet, inqt proba me Domine, & cor meum explora. Item probaſti nos & tẽtaſti nos, quemadmodũ tẽtatur argẽtum. Ad Dauidẽ itẽ inquit Deus: An putas me alia rõne tecũ egiſſe, quam vt appareres iuſtus.

b *Quadraginta annis.* Ideo.n.per xl. annos permiſit eos affligi, vt cognoſcerẽt quãtæ fragilitatis eſſent.

c *Vt affligeret.* AVGVSTINVS. Hic apertius dictũ eſt, quod alibi genere locutionis obſcurũ eſt. Hoc eſt, tentat vos dominus Deus veſter, vt ſciat ſi diligitis eum, id eſt ſciri faciat ꝗ modo aperte dictũ eſt *ut tentaret te, & nota fierent quæ in tuo animo uerſabantur, &c.* Non.n.ait vt cognoſceret. Quod ſi dixiſſet, intelligendum erat, cognita faceret. (Que. 13. — B — Mt. 4.a. Lu. 4.a. — Exo. 13.a.)

d *Manna.* Carnem Chriſti, qua refecti ad verã ꝓmiſſionis terrã veniamus Quadraginta annis manna comedimus, id eſt toto tempore noſtro, ꝗ quatuor viciſſitudinib. voluitur, dominici corporis ſacramento paſcimur.

e *Non in ſolo pane uiuat homo ſed in omni, &c.* Spiritalis cib. commendatur, unde animę in ęternum victuræ ſatiantur. Manna de cælo datum carnem Chriſti ſignificat. qui ait: *Ego ſum panis uitæ, hic eſt panis qui de cælo deſcendit.* quia verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. *Qui manducat hanc carnem, habet uitam ęternam.* (.6.)

C *Non in ſolo pane, &c.* Significat geminã naturę noſtrę ſubſtantiam. Homo.n.ex anima & corpore conſtat, quod ex terra eſt, terreno alitur cibo, anima vero viuit de verbo Dei, ſpiritũ vero hominis viuificat ſpiritus Dei, tñ homo eſt in corpore eccleſiæ, id eſt Chriſti, & in fide filii Dei. Ideo addit, *veſtimentum eius uetuſtate non deficere*, quia noui hominis conuerſatio in nouitate, vitę debet ꝑmanere, cuius pes nõ eſt ſubtritus, qa greſſus operũ eius ſeruat illęſ᷒. *Quia nouit dominus uiam iuſtorum, & iter impiorũ peribit.* D (Pſ. 1.d.)

f *Veſtimentum tuum.* ✻ THEODORET. Poſt tentationem cõſolatio, poſt correptionem ſuauis recreatio, in proficiſcẽdo, fames & delitiæ, labor & corporis proſpera valetudo, neceſſariorum inopia & incorruptarum veſtiũ & calceamentorum copia ſufficiens. (Queſt. 6. — *iam — B)

✻ PROCOPIVS. *ueſtimentum, &c.* Prioribus hoc ſtatim ſubiungit ne cauſam ſeu teſtimonium hinc haberent quib. in ſecuritate degere eſt animus. Quo ſane ſeruator in Euangeliis, cum viris ſuperſtitioſe etiam legem amplectentibus agens, vſus eſt. *Si enim Moſi credidiſſetis*, inquit, *utique & mihi credidiſſetis.* Vnde rebus omnib. manifeſtis, eos, volatilia cæli, liliaque agri proponedo a ſolicitudine conuertit. Non eguerunt veteres calceamentis, eo quod pedes eorum, nulla itineris aſperitate attererentur. Quin ẽt habuerunt veſtimenta nõ attrita, item manna, aquam deniq; largam ex petra, abunde uniuerſa ad uitam.

g *In terram bonam, &c.* ✻ PROCOPIVS. Non enim Aegyptus, ſi ei conferatur, tanta eſt. Item rurſus diſtinguimus, inquit aquam cælitus ac ex fontibus habere, illa enim præter aſcititiam, nullam habet. Deinde cum in camporũ mẽtionẽ incidiſſet, atque hoc commune cum Aegypto habet, de F

☞ montib.

CAP. VIII.

OMNE mandatum quod ego præcipio tibi 1
hodie, caue diligenter vt facias, vt poſſitis
viuere & multiplicemini, ingreſſique poſſi
deatis terrã pro qua iurauit dñs patribus ve-
ſtris. Et recordaberis cũcti itineris per quod 2
a adduxit te dñs Deus tuus * quadraginta an-
b nis per deſertum, vt affligeret te atque tenta- 3

a ¶ Tibi vel aliis: Deo enim aperta ſunt omnia.

c ret, & nota fierent quæ in tuo animo verſabantur vtrum cu- 4
ſtodires mandata illius, an non. Affixit te penuria, & dedit 5
d tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui, vt oſten- 6
e deret tibi quod † non in ſolo Pane viuat homo, ſed in omni 7

a ¶ Verbum caro factum eſt, &c. b ¶ Conuerſatio. ¶ Habitus virtutum quem non vult vetuſtate Deus deficere.

f verbo quod egreditur ex ore Dei. Veſtimentum tuum quo 8

a ¶ Greſſus bonorum operum vel fidei.

operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt 9

¶ Quod iuſtum eſt.

ſubtritus. En quadrageſimus annus eſt, vt recogites in corde
tuo, quia ſicut erudit homo filium ſuum, ſic dominus Deus
tuus erudiuit te, vt cuſtodias mandata domini Dei tui, & am
bulles in viis eius, & timeas eũ. † Dominus enim Deus tuus 10
g introducet te in terram bonã, terram riuorum aquarumq; & 11

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VIII.

1 OMne mandatum. *Hic ponuntur incitamenta ad Dei dilectionem ſumpta in reſpectu ad Deum, & primo ex conſideratione ſuæ munificentiæ. Secundo ex conſideratione ſuę miſericordiæ. 9. c. Prima in duas, quia primo ponuntur incitamenta ex Dei munificentia in beneficiis prę teritis. Secundo in futuris, ibi. Dominus* Deus *tuus introducet te Circa primum dicitur* Omne man. &c. facias. *& hoc ex Dei dilectione, cuius incitamenti ſubditur cauſa, cum dicitur.* (Diuiſio.)

2 Et recordaberis cuncti. *ab egreſſu de Aegypto vſq; ad diẽ hanc.*

3 Vt affligeret te. *non ex defectu dilectionis, ſed ad bonũ tuum. ſicut pater aliquando ex dilectione permittit affligi filium. ideo ſubditur.*

4 Atque tentaret. *vt patientia tua aliis eſſet nota ad eorum, exẽplũ & tibi ad meritum. Et loquitur hic ſcriptura quantum ad bonos illius populi, quia ſecundum regulam Iſidor. ad intelligendum ſacrã ſcripturã ſacra ſcriptura frequenter attribuit toti populo, quod tamen ei conuenit ratione vnius partis.*

5 Affixit te penuria. *id eſt defectu cibi & potus, vt habetur in Exodo, & libro Numeri in plurib. locis.* Hoc *tamen ceſſit ad bonũ eorũ, quia ex hoc dulcior & acceptior fuit abundantia potus & cibi a Deo dati. ideo ſubditur.*

6 Nõ in ſolo pane viuat homo. *id eſt cibo hominis labore parato.*

7 Sed in omni verbo quod egreditur, &c. *id eſt ex manna, quæ ad præceptum domini deſcendebat* In *Hebræo.n.non habetur verbo, : tamen ſecundum translationem noſtram, vbi habetur manna. poteſt dici verbum inquantum ex mandato domini deſcendebat, ſicut, & uerbum aliquando accipitur pro re que uerbo dicitur, ſicut habetur. 2. Reg. 1. a. Quod eſt verbum quod factum eſt. i. res geſta vel facta.*

8 Veſtimentum, &c. *Dicit autem hic Ra.* Salo. *quod veſtimenta puerorum creſcebant cum eis ſecundum augmentum ſuæ quantitatis.*

9 Et pes tuus non eſt ſubtrius. *Hoc nõ poteſt intelligi generaliter, ſed tantum de bonis, prout dictum fuit. Nu. 11. in principio, ſuper illud.* Dolentium pro labor. *quia ſi ex itinere fuit dolor in corporibus, hoc maxime fuit in pedibus, & ibi requiratur expoſitio huius paſſus.*

10 Dominus enim Deus tuus. *Hic ponitur incitamentum ex Dei beneficiis futuris, & primo facit propoſitum. ſecundo infert corollarium ibi.* Obſerua & caue. *Circa primum dicitur ſic,* dominus enim. *Hoc dicitur vt ſcirent, quod terram illam non obtinerent uirtute propria, ſed diuina.* (Diuiſio.)

11 Terram riuorum aqua. *dicuntur autem fontes aquæ exiſtentes origine riui fluentes ab origine, Stagna, lacus, & paludes retinent ſibi nomen commune, ſ. aquarum.*

✻ 1 In cuius

*MORALITER.*

† *1 Omne mandatum quod ego præcipio, &c.* Sequitur infra.

† *Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam &c.*

Secũdum ſenſum allegoricum per terram iſtã ſignificat militans eccleſia, quæ bene dicitur terra riuorum, aquarũ, & fontiũ. Per fontes intelligunt doctores in ſcholis. Per riuos ſcholares audientes ab ipſis: Per aquas vero prædicantes populis. Prouer. 5. cap. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. (Allegori-e. Militans eccleſ.)

A montib. addidit. Porro poſtquam de vulgarib. puta de tritico & hordeo dixiſſet, ſtatim de peculiarib. eius terræ ſubijt. infert. Quinetiam olei & vitium inops Aegyptus eſt. Horum loco regnū cœlorū, terramq; manſuetorū Chriſtus nobis tribuit, cuius torrens ipſe quoq; Chriſtus eſt. Torrēte.n.delitiarum tuarum potabis eos. Qui etiam vitæ fontem eſſe ſe ait. Cæterum aquæ per explicatos hominum ſubmiſſorum, fertiliumque cāpos erumpunt, necnon per montes ſublimitate cœleſtis ſpeculationis ſublatos. Illic eſt frumentū quod cor hominis confirmat. Item hordeum quod inferioris ſortis homines, necnon mulos nutrit. B Illud enim quinquemillia in euangelio, hoc vero ſeptem millia exatiauit. Illic vera vitis eſt, de qua Saluator: *Ego vitis ſum vos palmites.* Illic eſt oleum ſanctorum impinguans capita. Ita quoque fluenta, ſunt, dulcedinem intra ſe ferentia politiæque acerbitatem forinſecus circumlabentia. Illic ficus quæ magna vbertate ſpiritus ſuauitatem gignit, non ea quidem quæ propter ſterilitatem, ac foliorum

*Comparatio fertilitatis terræ ſanctæ & eccleſiæ. Pſ.35.*

*Io.15.*

*tibi aquā*

C

D liorum inanem ornatū exaruit. Illic mel eſt. Illic lapides ferrei, ſancti ſuper terra voluti, & ad tētationes inflecti. Itē alibi. In terram ſanctam lapis non importatur, lapides.n. eius ferrei ſunt. Illic metalla æris ex quo armaturam ſpiritualem, q vires inimicas certaturi inſtruxerunt. Horum vero omniū caput ſeu ſumma proprie eſt, vt Deum laudent atq; celebrent.

(¶ Mediocribus. a ¶ Id eſt doctoribus. b ¶ Ad mentes auditorum fluunt. c ¶ In eccleſia doctrinæ flumina.)

1 fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluiorum

(a ¶ Euangelicæ doctrinæ. b ¶ Legalis quæ duro tegmine literæ inuoluta. c ¶ Feruentis doctrinæ quæ lætificat cor hominis. d ¶ Dulcedo ſapientiæ.)

2 abyſſi: terram frumenti hordei ac vinearum, in qua ficus &

(a ¶ Congeries virtutum. b ¶ Opera miſericordiæ. c ¶ Miſericordiæ. d ¶ Dulciſq; charitatis.)

† mala granata & olueta naſcūtur, terram olei ac mellis, vbi

(¶ Qui de cælo deſcendit Io.6.d.)

† abſq; vlla penuria commedes panem tuum, & rerū omniū

(a ¶ Doctrina firma vel ſancti inuincibiles. b ¶ Sanctis eminentibus.)

† abundantia perfrueris: Cuius lapides ferrū ſunt, & de mon-

(a ¶ Sonoritas prædicationis.)

3 tib. eius æris metalla fodiuntur, vt cum comederis & ſatia-

(¶ Gratias agendo. ¶ A quo omnia. ¶ Eccleſia.)

4 tus fueris, benedicas domino Deo tuo pro terra optima, qui

5 dedit tibi. Obſerua & caue nequando obliuiſcaris domini

(a ¶ Moralia: decem mandata legis ſcripta in tabulis. b ¶ Diſcretio boni & mali.)

6 a Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & b ceremo-

(a ¶ Circumciſionem.)

nias quas ego præcipio tibi hodie, ne poſtquā comederis & ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris & habitaueris in eis, habuerisq. armēta boum, & ouiū greges, argēti, & auri, cunctarumq; rerū copiā, eleuetur cor tuū, & non reminiſcaris domini tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis, & ductor tuus fuit in ſolitudine magna atq. terribili,

† in qua erat ſerpens flatu adurēs, & ſcorpio ac c dipſas, & nullæ

† (a ¶ Doctrina ſcilicet: b ¶ Petra autem erat Chriſtus.1.Corint.9.b.)

7 omnino aquæ, q. eduxit † riuos de petra duriſſima, & cibauit

(¶ Corpore Chriſti: ¶ veteris legis.)

† te māna i ſolitudine qd̄ neſcierūt patres tui. Et poſtq̄ afflixit

a *Iudicia.* quæ per Moyſen poſt legem datam diuerſis temporibus populo præcepta ſunt, que in Exodo iuſtificationes appellantur.

b *Et ceremonias,* Circūciſionem, ritus ſacrificiorum. Vnde Ambroſius ſuper epiſtolam ad Romanos. Triplex (inquit) lex eſt prima pars de ſacramento diuinitatis. Secunda congruit legi naturali. quæ peccatū interdicit. Tertia feſtorum legis, id eſt ſabbatha, neomeniæ, & circuncitio.

E

c *Ac dipſas.* Genus aſpidis quæ Latine dicitur ſitula, quemcunque momorderit, ſiti perit. Adeo patua vt cum calcatur, non videatur. Cuius venenum ante extinguit, quam ſentiatur, nec triſtitiam ſentit moriturus.

☞ Myſtice.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In cuius campis & montibus erumpunt, &c. *Hoc dicitur, ad oſtendendum quod illa terra erat humida & paſcualis pro animalib. nutriendis.*

2 Terram frumenti. *ad oſtendendum fertilitatem terræ pro ſuſtendis hominib.*

3 Cuius lapides ferrum ſunt. *quia minera ferri eſt in terra lapidoſa, vt communiter.*

4 Et de montib. eius æris metalla, &c. *Id eſt mineræ vnde fiunt metalla. Iſta autem dicuntur ad oſtendendum bonitatē illius terræ, quantum ad metalla, de quibus fiunt vaſa varia & inſtrumenta in vſus vitæ humanæ neceſſaria.*

5 Benedicas domino Deo tuo. *id eſt iſta dicta ſunt, vt diligas dominum Deum tuum corde, & benedicas ore pro ſuis beneficijs tibi collatis.*

6 Obſerua & caue nequādo obliuiſcaris domini Dei tui. *Hic infert corollarium. Frequenter enim cōtingit. quod ex diuinis beneficijs, quæ debent eſſe materia diligendi Deum & obediendi ſibi, homines inſoleſcunt. & mandata dei contemnunt, ideo ad hoc excludendum dicit.* Obſerua & caue, ne quando obliuiſcaris domini Dei tui, & negligas mandata eius, &c. *& patet litera ex prædictis vſque ibi:*

7 In qua erat ſerpens flatu adurens, & ſcorpio, ac dipſas. *a quorum læſione te defendit. Et accipitur hic ſingulare pro plurali. Serpens, id eſt ſerpentes, & ſic de alijs ſicut Exo.8.f.* Venit muſca grauiſſima, *id eſt multitudo muſcarum. Sciendum etiam quod ſecundum quod dicit gl. Dipſas eſt genus minimum ſerpentis, ita quod vix percipitur, & quemcunque momorderit, ſiti perit. Cætera patent ex dictis.*

✠ CAP.

## MORALITER.

✠ 1 *In cuius campis & montibus, &c.* Per quod deſignatur ſacramentū baptiſmi quod datur a ſacerdotibus, qui dicuntur mōtes propter altitudinem ſtatus ſuper populū, datur etiam in neceſſitate a ſimplicibus laicis, qui camporum planicie deſignantur, & ſic fluuius baptiſmalis erūpit de mōtib. & cāpis.

2 *Terrā frumenti hordei ac vinearum.* Dicitur autē eccleſia terra frumenti ratione corporis Chriſti, q in ea conſecratur in pane frumenti, propter qd̄ Chriſtus grano frumenti ſe comparat dicens Io.12.d. *Niſi granum frumenti cadens in terram, &c.* Dicitur etiam terra vinearum ratione ſanguinis Chriſti, qui in ea conficitur in vino vitis. Dicitur autē hordei terra propter ſacramentum pœnitentiæ, quæ exigit auſteritatem vitæ.

† *In qua ficus.* id eſt dulcedo manſuetudinis, quæ debet eſſe in fidelibus & maxime in prælatis eccleſiæ.

† *Et mala granata.* vbi grana interius connectūtur, & per hoc connexio fidelium in charitate ſignificatur.

† *Et olueta.* id eſt pietatis opera.

† *Terram olei,* i. exultationis internæ Pſ.44.b. *Propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ.*

† *Ac mellis.* degustationis diuinæ bonitatis, Pſ.33.b. *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus.*

3 *Cuius lapides ferrum,* per quos ſignificantur ſimplices Chriſtiani, qui dicuntur ferrum propter firmitate fidei, q frequenter magis viget in eis, quam in hominib. literatis.

4 *Et de.* Per montes intelliguntur prælati & doctores. per metalla vero quæ ſunt ſonoroſa, intelliguntur ſonus prædicationis, & ſonus diuinæ laudis, qui educuntur de prælatis & eorū miniſtris, & de doctorib. & eorum diſcipulis.

† *Ductor tuus fuit in ſolitudine.* ſ. dominus. Per ſolitudinē intelligitur religionis ſtatus. de quo dicitur Pſ.54.b. *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.* Ad hanc ſolitudinē adducit dominus ſua ſancta inſpiratione.

7 *In qua erat ſerpens flatu adurens.* id eſt, diabolus cuius anhelitus prunas ardere facit, vt dicitur Io.49.b. Diabolus.n. fortius tentat religioſos communiter quam ſeculares. Vnde dicit Leo papa de diabolo. Illos pulſare negligit, quos quaſi ſubiectos tenet.

† *Et ſcorpio.* qui vultu blanditur, & cauda pungit, propter q tentationem ſignificat, qua ſub ſpecie boni ad malum inducit, & hoc modo tētādi diabolus frequēter religioſos ſeducit.

† *Et dipſas.* quæ illum quē percutit, ſiti mori facit, ideo ſignificat tentationem de vitio proprietatis, qua religioſus percuſſus moritur ſiti cupiditatis.

3 Cuius

MORA-

☞ Myſticè. Varii ſerpentes hæreſes ſunt inter ſe quidē diuerſæ, ſed omnes mortiferæ.

✱ PROCOPIUS. Quemadmodum ipſi experti ſunt, poſtquā permeaſſent mare rubrum, in quo Apoſtolus eos baptizatos eſſe in Moſen, ait. Peragrarunt deſertū horrificum, vbi ſerpens ardens & ſcorpius, qui figuram ſerpentis

ac probauit te ad extremum † miſertus eſt tui, ne diceres in
corde tuo: Fortudo mea & robur manus meæ hæc mihi om
*Cui attribuenda omnia.*
nia præſtiterunt: ſed recorderis domini Dei tui, quod ipſe ti
*Promiſſionem.*
bi vires præbuerit, vt impleret pactum ſuum ſuper quo iura
*Firmiter promittendo.*
uit patrib. tuis, ſicut præſens indicat dies. Sin aūt oblitus do
mini Dei tui, ſecutus fueris Deos alienos, coluerisq; illos &
adoraueris, ecce nunc † prædico tibi, φ omnino diſpereas, ſi-
cut gentes quas deleuit dominus in introitu tuo, ita & vos
peribitis, ſi inobedientes fueritis voci domini Dei veſtri.

tis ſpiritualis gerit, quem etiam conculcandum nobis dominus exhibuit. Ita quoque poſt baptiſma verum, per tentationes deducuntur in deſertum fideles vt a diabolo tententur: quorum figuram Chriſtus ſuſtinet, cum quo ad tentatorem dicunt: *Non in ſolo pane victitabit homo.*

D † beneſecit tibi.

## CAP. IX.

Quæſt. 7. a F*Ilios Enacim.*

✱ THEODORET. E gigantibus erant oriundi, ſicut narrat hiſtoria, hoc enim dicit, populum numeroſum proceræ magnitudinis, filios Enac quos tu vidiſti & audiſti. Quis reſiſtet in faciem filiorū Enac. Adiecit autem, quos tu vidiſti, vt illis in memoriam reduceret exploratores illius terræ, qui dicebant, Nempe eramus in conſpectu illorum tāquam locuſtæ. Hoc modo ſuperbiam de ſua fortitudine reprimens, admonet eos ne de dotibus animi glorientur. *Ne dixeris, propter iuſtitias meas, &c.* Iſta porro dixit, duo moliens apud ſe, tum vt modeſtè ſe gererent, tum vt auxilio Dei omnia tribuerent.

Quæſt. 14. b *Neq; enim, &c.* AVGVSTI. Iſti ſunt qui non meruerunt perire in deſerto, quia neſcierunt dexteram aut ſiniſtram. Iam verò dura ceruice dicūtur. Illud ergo in ſacramento dictum eſt, non iſtorum merita commendata, ne quis enim exiſtimet ſubitò vituperabiles factos, qui merito fuiſſent ante laudati, paulo poſt eis dicitur, Memento & ne ob. & cæt. Si autem quidam tales erant, quidam vero fideles & boni, etiam ſic non datur illis terra promiſſionis, qui neſciunt dexteram aut ſiniſtram, vt hoc ſic intelligamus, quaſi non offenderint dominum. Nam & patres eorum qui mortui ſunt, nec in terram promiſſionis intrauerunt, tales fuiſſe inueniuntur, ut in eis eſſent aliqui boni. Vnde Apoſtolus quoſdā eorum, non omnes dicit offendiſſe, & peccata eorum commemorat. Similes enim parentibus ſuis, quod adiunctum eſt, oſten-

## C A P. IX.

AVDI Iſrael: Tu traſgredieris hodie Ior 1
danē, vt poſſideas nationes maximas et
fortiores te ciuitates ingentes & ad cœlū
vſq; muratas, populū magnū atq; ſubli
a mem, filios Enacim quos ipſe vidiſti, et
audiſti, quib. nullus pōt ex aduerſo reſi
ſtere. Scies ergo hodie, φ dñs Deus tuus
ipſe tranſibit ante te ignis deuorans, atq; conſumens, qui cō
terat eos, & deleat atq; † diſperdat ante faciē tuam velociter,
ſicut locutus eſt tibi. Ne dicas in corde tuo, cū deleuerit eos 2
dñs Deus tuus in conſpectu tuo: propter iuſtitiā meam in- †
troduxit me Deus vt terrā hanc poſſiderē: cum propter im
pietates ſuas † iſtæ deletæ ſint nationes. Neque. n. propter iu
ſtitias tuas & † æquitatem cordis tui ingredieris, vt poſſideas
b terras earū: ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ 3
ſunt, & vt compleret verbum ſuum dñs, quod ſub iuramen
to pollicitus eſt patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob. Sci-
to igitur, φ non propter iuſtitias tuas dominus Deus tuus
dederit tibi terrā hāc optimā in poſſeſſionē, cum duriſſimæ 4
ceruicis ſis populus. Memēto & ne obliuiſcaris quo ad ira- 5
cūdiā prouocaueris dñm Deū tuum in ſolitudine, & ex eō
dic quo egreſſus es de Ægypto vſq; ad iſtū ſemp aduerſum
dit, & in Horeb exacerbaſtis dñm, vbi illi exarcerbauerūt do
minū, q merito ſuo in terrā promiſſionis introducti nō ſunt.

E

Rom. 1. d.

C F

☞ ✠ Pro-

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. IX.

1 AVdi Iſrael. *Hic conſequenter ponuntur incitamenta diuinæ dilectionis ex conſideratione diuinæ miſericordiæ portantis patienter eorū peccata ac etiam remittentis, & primò deſcribitur trangreſſionis actus. ſecūdo reconciliationis fœdus c.x. Adhuc primū excluditur eorum iuſtitia. ſecundò cōcluditur eorum culpa, ibi:* Memento. *circa primū prædicit eis Moyſes, quod in terra eis promiſſa, habituri erant virtute diuina victorias multas & magnas. Et quia ipſi vel aliquis eorum poſſent credere quod hoc faceret eis propter eorum merita, ideo hoc excludit cum ſubditur.*

2 Ne di. & cæt. *& patet litera, & ſubditur cauſa vera dictarum victoriarum, quæ eſt duplex. Vna propter iniquitates gentium in terra promiſſionis habitantium pp quos mortē meruerant, φ notatur cū dicitur.*

3 Sed quia illæ, &c. *Secūda, ut impleretur iuramentum domini factum ad Abraham, Gene. 22. c.* Per memetipſum iuraui dicit dominus, &c. *Sequitur.* Poſſidebit ſemen, &c. *Cætera patent.*

4 Memento. *Hic conſequenter deſcribitur eorum multiplex culpa, & primò ante receſſum eorum de monte Sinai, ſecundò poſt receſſum, ibi.* Incendio quoque. *Circa primum præmittitur trangreſſio populi. ſecundo ſubditur oratio Moyſi, ibi.* Et procidi ante dominum. *Circa primum dicitur,* Memento *&* ne obliuiſcaris *quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum Deum tuum in ſolitudine, id eſt poſt tranſitum maris rubri, murmurando propter defectum aquæ & cibi, vt habetur Exo. 15. & 16. & 17.*

5 Et ex & cæt. *quia cum adhuc eſſent in Aegypto ſuper mare rubrum uidentes Aegyptios ſuper ſe uenientes, inſultantes domino & Moyſi dixerunt:* Forſitan non erant ſepul. &c. *vt habetur Exodi 14.*

3 Sed ✲ 1 Nam

### MORALITER.

✱ † *Dominus Deus, &c.* per hoc docemur, φ nullum bonum actū debemus nobis attribuere, ſed totū uirtuti diuinæ. Videmus enim in inſtrumentis alicuius artis φ licet ſint optime conſtituta in eſſe ſibi competenti, tñ nihil agere poſſunt ſine motu artificis, ut ſecuris quātumcunq; acuta ſcindere nō poteſt, niſi moueatur manu carpentatoris. Res aūt naturales cōparātur ad Deū, ſicut ad artificem. Sap. 7. c. *Omnium eſt enim artifex omnem habens virtutem.* Et ideo res conſtitutæ in eſſe naturali operari non poſſunt ſine Dei motione gñali, quia cauſa prima plus influit in cauſarum quam ſecunda, prima propoſitione de cauſis. Eodem modo in actum meritorium nullus poteſt exire ſine ſpeciali Dei motione.

4 *Memento. &c.* licet enim bonorū actuū noſtrorū debeamus reminiſci Deo gratias agēdo, q principalis eſt auctor eorū, vt dictū eſt, tamen peccatorum noſtrorū frequentius debemus memorari, dolendo de ipſis & veniā poſtulando, qa peccatū totum eſt a nobis in quantum peccatum. Deus enim non eſt cauſa peccati, ſecundum quod ipſe dicit Oſee 14. c. *Perditio tua Iſrael: ex me tantummodo auxilium tuum.*

✲ Dimitte

A ☞ ✻ PROCOPIVS. Gloriationem horũ amolitur, ac oſtendit id quod Abrahamo antè prędixerat. Completa enim deinceps fuerũt peccata Amorrhęorum Quod vero propter iuſtitiam ſuã hęc illis non euenerunt, omnium peccatorum quæ ſtatim ab egreſſu ex Aegypto commiſerunt, commonefacit non quidem iuxta ſeriem, ſed in ſumma quaſi.

Quęſt. 15. B a Dixitq; &cæt. AVGVSTINVS. In Exod. legitur quòd tabulas Moyſi dominus dederit. Moyſes verò ea dictante ſcripſerit, cũ dominus facultatem ſcribendi dederit. Notandum eſt quod tabulę quas dominus dedit, in quib. homo non laborauit, confractæ ſũt, illæ verò quæ humano labore compoſitæ ſunt, integræ permanſerunt. Quia lex, quam dominus Iudæis dedit, illis nolentibus operari non permãſit. Euangeliũ verò quod gentibus datum eſt, ipſis operantibus & ſpiritaliter exercentib. durat in ſeculũ. ☞ CAP.

Allegor. †corrupit ſeipſum.

†pręcepi. C

dominũ † contendiſti. Nã
1 & in Horeb prouocaſti eũ,
& iratus delere te voluit,
quando aſcendi in montẽ,
vt acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiſcũ Deus: & perſeueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam nõ bibẽs. Deditque mihi dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & continentes omnia verba quę vobis locutus eſt in monte de medio ignis, quãdo concio populi congregata eſt. Cumq; tranſiſſent quadraginta dies & totidẽ noctes, dedit mihi dominꝰ duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixitque mihi: Surge & deſcẽde hinc

a Quaſi non meus quem offendit.

citò, quia † populus tuus quem eduxiſti de Ægypto,

a Quaſi leues. b Chriſtum qui eſt via veritas & vita. Io. 14. a.

deſeruerunt velociter viam

a Ideo inexcuſabiles.

quã † demonſtraſti eis, feceruntq; ſibi conflatile. Rurſumque ait dominus ad me: Cerno quod po-

a Indomitæ ſuperbiæ. b Quem precibus remoraris.

pulus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte me, vt conteram eum, & deleam nomen eius de ſub cæ- †

a Intellectum legis. b Populum Gentilem ad fidem conuerſum.

lo, & conſtituam te ſuper gentem, quæ hac maior & fortior ſit. Cumque de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis vtra-

a Quia præcepta opere ſunt tenenda.

que tenerem manu, vidiſſemq; vos peccaſſe do

a Vitulum fecerunt, quia Aegyptios boues colere viderunt.

mino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum conflatilem, ac deſeruiſſe velociter viam eius quam

Per me.

vobis oſtenderat, proieci tabulas de manibus
2 meis, confregique eas in conſpectu veſtro. Et
procedi ante dominum, ſicut prius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra quæ geſſiſtis contra dominum, & eum ad iracundiam prouocaſtis. E
Timui enim indignationem & iram illius, qua aduerſum vos concitatus, delere vos voluit.
Et exaudiuit me dominus etiam hac vice. Aduerſum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum. Peccatum autem veſtrum quod fe-
3 ceratis, id eſt vitulum arripiens igne combuſſi,
& in fruſtra comminuens, omninoque in pulverem redigens proieci in torrentem, qui de
4 monte deſcendit. In incendio quoque & in
5 tentatione & in ſepulchris concupiſcentię prouocaſtis dominum, & quando miſit vos de Cadesbarne, dicens: Aſcendite & poſſidete terram quam dedi vobis. Et contempſiſtis imperium domini Dei veſtri, & non crediditis ei, F
neque vocem eius audire voluiſtis, ſed ſemper fuiſtis rebelles a die qua noſſe vos cœpi.
6 Et iacui coram domino quadraginta die-

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Subuertite omnia loca. Hic tria loca notantur in quib. exercebatur idololatria ſ. montes excelſi, colles & ligna frondoſa ſiue luci. Apoſto. aũt Coloſſ. 3. a. Auaritiã nominat idolorũ ſeruitutem, ꝙ non eſt intelligēdum proprie ſed ſimilitudinarie, eo ꝙ auarus colit pecuniam ſuam, ſicut idololatra ſuum idolum, & per talem modum loquēdi quodlibet vitiũ idololatria põt dici. Secundum hoc igitur ſuper montes excelſos idolatrant illi qui ſunt multũ in ſuperbia eleuati, contēnentes alios, & ſe tantummodo reputãtes, ſicut ille Phariſæus dicebat Luc. 18. Non ſum ſicut cęteri hominum. Quod exponens Aug. dicit: Qui ſunt cęteri hominũ, niſi omnes præter ipſum Super colles idololatrãt ambitioſi. Collis enim a collo dicit, eo ꝙ eſt quaſi collũ montis inter cacumen eius & partē eius inferiorē exiſtens. & ſic eſt in aſcenſu montis, Sic eſt autē in ambitioſis, qui ſemper quęrunt aſcendere ad gradũ indebitũ ſibi, & per modũ illicitũ. Subter ligna frõdoſa, vel in lucis idololatrãt luxurioſi, q latibula quærunt ad exercitium peccati, Iob. 24. c. Oculus adulteri obſeruat caliginē. Quod bene ſignificatur per lucum, qui dicitur a luceo luces per contrariũ. Vnde verſus: Lucus & officium bellum libitinaq; parca. Iſta per antiphraſin dicuntur nomina monſq́. Qui dicitur a moneo moues, per contrarium. Igitur idololatria montiũ ſubuertitur, qñ ſuperbia per verã humiliationē deijcitur. exēplũ Da. 4. g. de Nabuchodonoſor valde ſuperbo, qui vere humiliatus dixit; Nunc ergo ego Nabuchodonoſor laudo & magnifico & glorifico regem cęli, quia omnia opera eius uera, & omnes vię eius iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare. Idololatria vero collium ſubuertitur, quãdo ambitio vel cupiditas abiicitur ꝑ contemptum oĩũ mundanorum. Exem. de Matthæo ꝓ ſurgens de teloneo ſecutus eſt chriſtũ, vt habetur Matt. ix. & non eſt dubiũ quin oĩa mũdana reliquærit, ſicut & alii apoſtoli ꝑꝑ Deum. Idololatria vero lucorum ſubuertitur, qñ luxuria per caſtitatē omnino repellit. Exēplum de Magdalena Lu. 7. de qua dicit Greg. cõuertit ad uirtutes numerum criminum, ut totum ſeruiret Deo in pœnitentia quicquid ex ſe Deum contempſerat in culpa.

✲ MORA-

tinenter migrabant. Prohibet igitur in terra promiſſionis hæc fieri, ne occaſionē inde capiant falſis diis ſacrificandi. Denūciat aūt & admonet ut in eo loco quē elegerit dominus ſacrificia celebrent, mactent, & precētur. Vbi vero inhibuit offerre ſacrificia in omni loco, carnes edere volentib. permiſſit, in vrbibus quidem in quib. morantur, ſacrificante ſacerdote, & ſanguine effuſo iuſſitq; vt ſine diſcrimine tā mundi quam immūdi carnibus vtantur huiuſmodi, docens hęc ſacrificia non eſſe diuina ſed communia. Nā ex ſacrificiis non licebat immundis quicquam ſumere. Vnde merito ſubiunxit, *edite illud veluti capreā aut ceruum.* Aut eius quidem generis animalia munda erant, non tamen offerebanttur in ſacrificium.

a *Decimas & primitias, &c.* AVGVST. Quętendum eſt, quo modo iubeat decimationes omniū fructuum & primitia omnium pecorū nō manducari niſi in ciuitate vbi templum erat, cum eas Leuitis dari in lege præceperit.

b *Non facietis ibi, &c.* ✻ PROCOPIVS. Etiam adhuc ſuperſtite Moſe tranſgreſſi ſunt, & tamen veniā ſunt conſecuti. Necdum enim veniſtis, inquit, in requiē. Vnde de ſub prępurio non recuſabāt cuſtodire legem, neq; vtiq; victimas offerre licebat. Iam uero iuxta prophetam, vbiuis locorum incēſum adoletur nomini eius, & victima pura offertur.

c *Caue n. of.* Occaſionem amputat idolis ſacrificandi. Ideo. n. pcipit in tēplo & ad altare domini hoſtias offerri, vt ubi integra eſt religio, ibi cultus cōgruus exhibeatur. Myſticè autē, innuit nullum mun⁹ acceptabile eſſe Deo extra catholicā eccleſiā, hic enim eſt locus quem Deus elegit, vt poneret nomē ſuum ibi, & habitet in eo.

d *Siue immundum fuerit, ſiue mundum.* ✻ PROCOPIVS. Quidam capream & ceruum reliqnis animalibus mundiora eſſe exiſtimauerūt. Verum contrarium innuit. Ea enim quæ vitę mundioris erāt, nō comedebant. Quid igitur dicere intēdit? Illud videlicet, quod qui oue aut boue, aut aliquo eius generis veſci volebant, id ipſum quo ſāctificarēt, ad altare deferebant, atq; ita tandem veſcebantur. Cæterum capreā vel ceruum nec mactare nec offerre licitum erat: offerebant. n. nulli niſi qui ī vrbe vbi tēplum atq; etiam arca erant. Porro ſuper caprea aut ceruo ſimpliciter, ſanctificari tantum inter dictum erat, quanto magis ſacrificare.

☞ a *Abſq;*

minus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat no- 1
men ſuum ibi, & habitet in eo † venietis & offeretis in illo lo- 2
a co holocauſta & victimas veſtras, decimas & † primitias ma- 3
nuum veſtrarum & vota atque † donaria, primogenita boum 4
& ouium, & comedetis ibi in conſpectu domini Dei veſtri, 5
ac lætabimini in cunctis ad quæ miſeritis manum, vos & do-
mus veſtræ, in quibus benedixerit vobis dominus Deus ve-
b ſter. Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, ſinguli quod 6
ſibi rectum videtur. Neque enim vſque in præſens tempus 7
veniſtis ad requiem, & poſſeſſionem quam Dominus Deus
daturus eſt vobis. Tráſibitis Iordanem, & habitabitis in terra
quam dominus Deus veſter daturus eſt vobis, vt † requieſcatis
a cunctis hoſtibus per circuitum, & abſque vllo timore habi-
tetis in loco quem elegerit dominus Deus veſter, vt ſit no-
men eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holo- 8
cauſta, & hoſtias, ac decimas, & † primitias manuum veſtra-
rum, & † quicquid præcipuum eſt in muneribus quæ voui-
ſtis domino. Ibi † epulabimini coram domino Deo veſtro
vos & filii ac filiæ veſtræ, famuli & famulæ, atque Leuites qui
veſtris in vrbibus commorantur. † Neque enim habet aliam
c partem et poſſeſſionem inter vos. Caue ne offeras holocau-
ſta tua in omni loco quem videris, ſed in eo quem elegerit
dominus: in vna tribuum tuarum offeres hoſtias, et facies
quæcunque præcipio tibi. † Si autem comedere volueris, et 9
te eſus carnium delectauerit, occide et comede iuxta be- 10
nedictionem domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus 11
d tuis, ſiue immundum fuerit, hoc eſt maculatum et de- 12
bile, ſiue mundum, hoc eſt integrum et ſine macula, quod 13

† quretis & ihc.

Myſtice.

† oblationem

† ſpōtanea i. munera quæ ſpōte & volūtario animo offertis.

† requiem det vobis.

† oblationes.

† de cō. di. I. c. ſicut non.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 De cunctis. *Iſta fuit tribus Leuitarum, in cuius ſorte fuit altare holocauſtorum & templum.*

2 Vt ponat nomen ſuum. *Per recordationem, quia nomen domini recolebatur in ſacrificijs & oblationibus, & diuinis laudibus.*

3 Et habitet in eo. *Per ſpecialem conſeruationem loci, vt habetur 2. Macha. 3. g.* Ipſe qui habet in cælis habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius, &c.

4 Venietis. *non alibi.*

5 Et come. *Hoc non eſt intelligendum, quod ſemper comederent talia in loco templi, ſed intra muros ciuitatis Ieruſalem.*

6 Non facietis. *Hic exponitur prædictum præceptum quantum ad duo ibi incluſa, & primo quantum ad ſacrificij locum, ſecundo quantum ad comeſtionis modum, ibi: Si autem comedere volueris. Circa primum ſciendum, quod licet regulariter eſſet deputata vnitas loci pro ſacrificijs & oblationibus offerendis, tamen in caſu poterat aliter fieri, & hoc eſt quod dicitur.*

Non facietis ibi quæ. *Vt offeratis ſacrificia & oblationes in pluribus locis ſicut non hic facimus, quandiu enim filij Iſrael fuerunt in deſerto etiam poſt conſtructionem tabernaculi, poterant offerre ſacrificia & oblationes voluntarias alibi, quam in tabernaculo, vt dicit Rab. S. l. non autem ſacrificia & oblationes ad quæ tenebantur ex debito, & hoc fuit eis licitum, quouſque eſſent quietati in terra promiſſionis, quod non fuit 14. annis, quos poſuerunt ad capiendam terram & diuidendam eā, & hoc eſt quod ſubditur.*

7 Neque enim. *Sed quando fuerunt quietati non debebant offerre prædicta, niſi in vno loco, vbi fuit poſitum tabernaculum, & iſte locus fuit primo Silo, vbi tabernaculum & arca domini habuerunt ſtabilem manſionem ſ. cccxliij. an. ſicut poteſt probari per tempora iudicum, qui fuerunt a Ioſue vſque ad mortem Heli, quia tunc fuit arca capta. vt habetur j.* Reg. 3. *poſtea capta arca a Philiſtæis, tranſlata fuit in Cariathiarim & inde in Maſphath, & inde in Galgala, & inde in* Nobe, *& inde in Gabae; vt habetur libro de* Hebrai. *quæſt. & inde in domum Obededon, & inde in ciuitatem Dauid, vt habetur 2. Regum 6. & inde in templum Salomonis, vt plenius dicetur* 1. *Reg. 7. Et tunc habuerunt pacem perfectam tempore Salomonis, & tunc non fuit eis licitum alibi offerre, quia ille locus fuit ad hoc ſimpliciter electus, & vltimatè à Deo, ut habetur 2. Paralip. 6. niſi ex diuino inſtinctu & diſpenſatione. ſicut Helias obtulit ſacrificium in monte Carmeli, ut habetur 3. Reg. 17 Vnde ſubditur.*

8 Illuc omnia. *Tempore medio inter deſtructionem Silo, & conſummationem templi Salomonis ſacrificia votiua & oblationes poterant alibi fieri, quam vbi erat arca, quia illo tempore non habuit ſtabilem manſionem, ſicut & quando erat in deſerto, ut dictum eſt, ſic autem nō poteſt dici de Silo, quia arca ibi habuit diu ſtabilem manſionē ſ. cccxliij. an. qui fluxerunt a 14. anno ducatus Ioſue, quo fuit poſita arca in Silo vſque ad mortem Heli quando fuit capta a Philiſtæis. Cætera patent.*

9 Si autem comedere uolue. *Hic exponitur pręceptum quantum ad comeſtionis actum, quia dixerat ibi: Comedetis in conſpectu domini. Poſſent aliqui credere quod eſus carniū eſſet omnino eis prohibitus extra Ieruſalem, ideo declarat quomodo eſus carnium erat alibi eis licitus, ſcilicet de animalibus quę non tenebantur offerre, niſi eſſent de animalib. immundis ſecundum legem quorum carnes prohibebantur comedere, & hoc eſt quod dicitur.*

10 Siue immundum. *Non immunditia immediate prędicta, ſed immunditia quæ reddebat animal immolatitium ineptum ad ſacrificium, & hoc eſt quod dicitur.*

11 Hoc eſt maculatum. *Iſtud non habetur in Hebræo, ſed appoſitum fuit a tranſlatore ad intelligendum, quid vocetur hic immundum ſ. animal habens defectum alicuius membri vel languidum, quod non poterat offerri, licet eſſet immolatitium ſecundum genum vel ſpeciem.*

11 Siue mun. *Non ſolum munditia cōmuni, quæ animalia licita ſunt comedi a Iudæis, ſed etiam munditia ſpeciali, quæ licita ſunt offerri, & hoc eſt quod dicitur.*

13 Hoc eſt. *Hoc enim non eſt in Hebræo, ſed additum eſt a tranſlatore, ad intelligendum quid vocetur hic mundum.*

a *Abſque eſu.* Homicidium prohibet. Sanguis pro anima ponitur, quia ſedes animæ i. humanę vitæ in ſanguine eſt.
A
Leu. 17. c.
Q̃ö. 10.
b *Non poteris comedere, &c.* ✻ THEOD. Duas rerum decimas dedicari præcepit. Vnam Leuitis offerri, alteram autẽ vendi, & pretium eius in conuiuium illorũ, & curam viduarum orphanorum & aduenarum inſumi. Epulari vero iuſſit eos in loco ſacro. Porro ſapientiſſimus domin' ita lege cõplex' eſt, liberans eos ab errore falſorum deorũ. Cũ enim doctor impietatis humano generi gulę & volupta tum illecebris ſubiugato, feſtis dæmonũ ludicra permulta miſcuiſſet, is qui ſagaciſſimus eſt, Iſraelẽ ab illo errore liberare deſiderans, etiã de his quæ pertinẽt ad feſta, leges ſcribit, ſacrificia permittit, inſtrumẽta muſica tolerat, & iubet epulari, vt talibus illectamentis idolorũ cultu impiũ amputet.
†intra portas tuas.
B
✻ CHRYSOST. Quoniam ſuſpectam habebat Synagogæ mẽtem merito illam loco circumſcribit, iẽploque includit, nõ permittens vt quouis loco ſibi conſtituat altare. Nam cũ in vno loco accepiſſet altare, ſi terrã omnem impleuit idolorũ cultu, cogita in quam enormẽ idololatriã incidiſſet, ſi plena libertas cõceſſa fuiſſet. Ob hãc cauſam ẽt canticum loco circumſcriptum eſt, altare loco definitũ, & populus ille loco concluſus. At eccleſia quæ vbiq; Chriſtũ ĩ ſe circũfert, in numeroſq; martyres immolauit, ob charitatem quã gerit erga virum, a nullo prohibetur loco, ſed in omni loco ſunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædixit Deus per prophetã, in omni loco ſacrificiũ offertur nomini meo, & ſacrificium purum. Vide quam luculenter ſacrã interpretatus eſt menſam, quæ eſt incruenta hoſtia.
Homil. in Pſal 95.
†Sup 15. d
† vel mundum & immundum pariter comedes.
Eccleſia non ſicut ſynagoga vno loco ad ſacrificia offerẽda definita eſt.
D
✻ AVG. Eccleſia eſt locus electus, mons ſanctificatus, ciuitas ſupra montem poſita, vt abſcondi non poſſit, hęc radix catholica, vitis fructifera longe lateque diffuſa. Attende tibi ne offeras ĩ omni loco, id eſt, in omni hæreſi, & dicas, hic Deus, & ibi Deus eſt, ſed in loco quem elegerit dominus tuus in tribu tua, id eſt, in tribu eius, ibi offeres holocauſtomata tua & ibi facies omnia quæ præcepta ſunt tibi.

a offerri licet, ſicut capream & ceruum, comedes abſque eſu 1
duntaxat ſanguinis, quem ſuper terram quaſi aquam effun- 2
a Bonam voluntatem.
b des. Non poteris comedere † in oppidis tuis decimam fru- 3
a Gratiam ſpiritalem. b Miſericordiam.
c menti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum & peco-
rum, & omnia quæ voueris & ſponte offerre volueris, & †
primitias manuum tuarum, ſed coram domino Deo tuo co- 4
a Affectu humanitatis & innocentiæ.
medes ea, in loco quem elegerit dominus Deus tuus, tu, & fi- 5
Generale eſt hoc preceptum, vt omnes conſeruent.
lius tuus, & filia, ſeruus & famula, atque Leuites, qui manet †
Superno gaudio: Gaudete in domino ſemper & iterum dico gaudete: Philip. 4. a. Qui gloriatur, in domino glorietur. 1. Cor. 1. d.
in vrbibus tuis, & lætaberis, & reficieris coram domino Deo
d tuo, in cunctis ad quæ extenderis manum tuam. Caue ne de- 6
relinquas Leuitem in omni tempore quo verſaris in terra.
Quando dilatauerit dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut
locutus eſt tibi: & volueris veſci carnibus, quas deſiderat anima tua: locus autem quem elegerit dominus Deus tuus, vt
ſit nomen eius ibi, ſi procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, ſicut præcepit tibi, & comedes † in oppidis tuis, vt tibi placet. † Sicut comeditur caprea & ceruus, ita
veſceris eis, & † mundus & immundus in commune veſcen- 7
e tur. Hoc ſolum caue, ne ſanguinem comedas. Sanguis enim
f eorum pro anima eſt, & idcirco non debes animam comedere
Id eſt terrenitati deputans.
cum carnibus, ſed ſuper terram fundes quaſi aquam, vt bene
ſit tibi, & filiis tuis poſt te, cum feceris quod † placet in conſpe-

c *In oppidis.* Id eſt meritis tuis non aſſignabis quæ diuina largitate perceperis, non viribus tuis, ſed Deo, cuius munere hoc habueris.
d *Caue ne, &c. Communicet is qui catechizatur verbo, ei qui ſe cathechizat in om. &c. qui enim euangelium annunt. de euang. vi. de. &c.*
E
e *Hoc ſolum caue.* Ad literam Apoſtoli hoc præceperunt. Et in ſanguine prohibetur homicidium & odium fratrum. Qui enim odit fratrem ſuum, homicida eſt. ✻ PROCOPIVS. Illud ingeminat, Caue, ſeu attende tibi ipſi. Quod quidẽ exteri traductũ, in: cognoſce teipſum tritũ ſ prouerbium, tranſtulerunt. Ad eundem modum in ſcriptura dicitur. Sapientes ſunt, qui ſeipſos norunt. Et iterum, ſi cognoueris teipſam, ò pulchra mulierum.
f *Sanguis enim eorum.* Quia aliquod vitale eſt in ſanguine, & per ipſum maxime in hac carne viuitur, qui per omnes venas diffunditur, ipſum animam vocat, id eſt, corporis vitam quę morte finitur. Myſtice autẽ innuitur, vt carnales homines a pristi-
M
F

NICOLAVS DE LYRA.

C
✻ 1 Sicut capream *i. ita licite & abſque oblatione eorum ſicut ceruus & caprea offeruntur & licite comeduntur.*

2 Abſque eſu. *Cuius eſus generaliter prohibetur in lege, cuius ratio eſt ne per eſum ſanguinis homines non abhorreant effuſionem ſanguinis humani, ad quam Iudæi erant proni, & vt ad pietatem exercerentur, etiam circa bruta animalia, ut per hoc circa homines magis mouerentur pietate, & quia idololatræ poſt ſacrificia ſua congregabantur circa locum ad comedendum ſanguinem ſuæ victimæ in venerationẽ idoli.*

3 Quem ſuper. *Id eſt totaliter, ſicut aqua perfectius effunditur de vaſe quam cæteri liquores, & quia dixit quod extra Ieruſalem poterat comedi animal mundum, vt dictum eſt, ne hoc intelligatur generaliter, excipit primogenita animaliũ & decimas, & ea quæ ex voto offerebantur cum dicitur:* Nõ poteris comedere in oppidis tuis, &c.

4 Sed coram. *Contra hoc arguitur, quia decimæ debebantur Leuitis, & primitiua ſacerdotibus, ſi ergo talia reddentes poterant inde facere feſta ſibi & familijs, ſequitur quod ſacerdotes & Leuitæ fraudabantur debito ſuo ſaltem in parte, & ideo dicunt hic aliqui, quod Iudæi faciebant quolibet anno duas decimas de omnibus bonis ſuis, & prima erat tota de iure Leuitarum, ſecunda quæ erant de nouem partibus eis remanentibus non ſic erant & de iſta hic loquitur ſcriptura. Et eodem modo dicunt, quod faciebãt ſecunda primitiua, & de illis ſimiliter eſt hic ſermo, quæ non erant de iure ſacerdotum. Sed hoc dictum nõ habetur ex ſcriptura, ſed ſolum vna decima quolibet anno fiebat, alia quolibet tertio anno quæ erat pro pauperibus ut habetur infra 14. Et ideo aliter ſoluitur, quia Iudæi in feſtiuitatibus in quibus tenebantur apparere coram domino, non debebant venire vacui muneribus, vt habetur Exod. 23. & 24. Nec intelligitur hoc de apportatione decimarum & primitiuorum cum hoc eſſet debitum, ſed de hoſtijs pacificis quas tunc faciebant quarum pectuſculum & armus dexter erant ſacerdotis de iure, cæterę carnes erant offerentium, & de iſtis loquitur hic cum dicitur.*

5 Comedes ea, &c. *Et hoc videtur per illud quod habetur infra 16. Oblationem ſpontaneam quam offeres iuxta benedictione Dei tui. id eſt, facultatem datam a Deo.* Et epulaberis coram dño Deo tuo tu & filius tuus, &c. *Aliqui vero dicunt quod intelligitur de primitiuis animalium, quæ propter maculam non erant immolatitia, & ideo redimebantur & comedebantur in oppidis, & de pretio emebantur in Ieruſalem animalia, ex quibus fiebant epulationes prædictæ. Sed hoc videtur redire in inconueniens prædictum, quia ſi tenebantur redimi, pretium redemptionis erat de iure ſacerdotum, & ſic fraudebantur ac ſi fierent de primitiuis immolatiuis.*

6 Caue ne derelinquas, &c. *ſc. promiſſionis, quia ſicut dicunt Hebræi non obligabantur ad hoc quando erant extra terram Iſrael poſiti, vt pote in captiuitate Babylonica vel alia, & nõ rationabiliter, quia ibi non habebant hęreditatem ſicut nec Leuitæ, primitiua tamen animalium in caſu poterant comedi extra Ieruſalem, videlicet quando habentes talia erant longe à Ieruſalem, ut parceretur labori eorum, conceſſum fuit eis vt illa venderent vel quod iuſto pretio ſibi retinerent, & ſic comederent & in ſolennitate, quando tenebantur ire in Ieruſalem portarent pretiũ, & inde emerent animalia conſimilia mũda, & de illis offerrent, vt habetur infra 14. cap. plenius & hic breuius tangitur cum dicitur:* Quando dilatauerit dominus Deus tuus termin. tuos. &c. *Sequitur.*

7 Mundus & immundus in commune veſcentur. *Quia homines immundi ex tactu mortui vel alterius rei immũdę poterant inde co-*
✻ medere

pristina conuerſatio-
A ne diſcedētes, in uni,
tate fidei & bono-
rum operum ſocian-
tes, eorum errores in
vſum noſtrum non
conuertamus, ſed ef-
fundamus, id eſt per
confeſſionem prola-
tos terrenæ fragili-
tati depitemus, &
quaſi indignos viris
ſpiritualibus abiicia-
mus.

a *Offerentes filios.*
✲ PROCOPIVS. Dæmoniacum enim eſt, naturalem affe-
ctionem erga affectā ſobolem cōculcare. Nam omnes creauit Deus ut eſſent, ita quoq; generationes, ut

ctu domini. Quæ autem ſanctificaueris et voueris domino, 1
tolles et venies ad locum quem elegerit dominus: et offeres o-
blationes tua, ſcarnem et ſanguinem ſuper altare domini Dei
tui. Sanguinem hoſtium * fundes in altari, carnibus autem ip-
ſe veſceris. Obſerua et audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt be- 2
ne ſit tibi et filiis tuis poſt te in ſempiternum, cum feceris quod
bonum eſt, et † placitum in conſpectu domini Dei tui. † Quan
do diſperdiderit dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes,
ad quas ingredieris poſſidendas, et poſſederis eas atque habita-
ueris in terra earum. caue ne † imiteris eas, poſtquam te fuerint
introeunte ſubuerſæ, et requiras † cæremonias earum, dicens:
Sicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita et ego colam. Non fa-
cies ſimiliter domino Deo tuo. Omnes enim abominationes
quas auerſatur dominus, fecerunt diis ſuis, offerentes filios, et fi
a lias, et comburentes igni. Quod præcipio tibi, † hoc tantum fa- 3
b cito domino, nec addas quicquam nec minuas.

ut mundum conſer D
uarent.
b *Nec addas quicquam.* ✲ IDEM. Duplex enim in peccatum lapſus eſt, uel ſupra uel infra mandata Dei delinquendo. Quidam enim præpotentes ſibi uiſi, hoc quod ſtateram ingentem ſuæ vitæ fabricaſſent, ſeipſos ab eccleſia abſtraxerunt. Quidam uero fluidius ac languidius de matrimonio, itemque cibis ſtatuentes, hoc ipſo quod ſtateram paruam erexerunt, Dei regnum adipiſci nō poterunt.

* tuarum.
† illaqueres te poſt illas.
† obſeruare debetis vt illa faciatis.

## NICOLAVS DE LYRA.

B ✲ *medere ſicut & mundi, licet non poſſent intrare templum donec eſſent mundati, vt dictum fuit Nume. 5. Ab iſta tamen conceſſione venditionis animaliū prædictorum recipiuntur animalia per votum Deo ſanctificata, quorum carnes non poterant comedi extra Ieruſalem, & niſi eſſent prius oblata in templo, & hoc eſt quod dicitur.*

1 Quæ autem ſanctificaueris, &c. *Talia.n.animalia per votū obligata domino mutari non poterant vt habetur Leui. 27.*

2 Obſerua & audi omnia, &c. *Hic concluditur principale intentū huius cap. Ad hoc enim prædicta ſunt omnia, vt diligenter cauerent ab idololatria, & patet litera vſq; ibi.*

3 Offerentes filios, &c. *Modus autem huius combuſtionis, ſecūdum quod dicunt Hebræi erat, quia fiebat idolū cupreum concauum, & in illa cōcauitate accendebatur ignis, & quādo idolum in qualibet parte erat ignitū, tunc ſuper manus idoli quæ erant diſpoſitæ ad accipiendum, ponebantur pueri, & ſic ex adustione moriebantur, ſacerdotes uero idoli habebant tympana in quibus percutiebāt fortiter, ut ex fortitudine illius ſoni non audiretur clamor pueri, & ſic parentes de morte puerorum non dolerent, ſed magis crederent animas eorum ſine afflictione a dijs accipi.*

E Idolum Moloch.

CAP. XIII.

a S*I ſurrexerit.* Vult intelligi ea quę a diuinā non ſecū dū Deum dicūtur, etiāſi euenerint nō eſſe ſic accipienda, vt fiant q̄ ab eis prędicūtur, nec preter poteſtatē ſuā oſtendit eſſe quę ita cōtingūt. Sed quare permittat ſupponit, ad cognoſcendum ſ. quantū diligāt Deū ſeruientes ipſis, non illi qui omnia nouit.

✲ CHRYS. Quod dicit tale eſt, ſi quis Propheta dixerit, poſſum excitare mortuū mederi cęco, ſed obtēperate mihi, adoremus dæmones, immolemus idolis, & ſi qui hæc loquē poſſit mederi cęco excitareq. mortuū ne credideris inquit, quia permiſit vt ille hoc poſſit, nō qđ ille ignoraret tuū animū, ſed vt tibi ꝓbationis occaſionē exhiberet, an vere diligeres Deū. Eſt aūt amantis, etſi exanimes ad vitā reuocet, qui nos cōatur ab amato diſtrahere, nequaq̄ tamē ab amato deſiſcere. Sed dicis, affligit te corporis morbus. Atqui non tāta paſſus es quāta beatus Iob, imo ne minimam partem malorū illius. Neq; tamen cōfugit ad diuinos, nō adiit incātatores, aut eos qui per applicaturas promittūt ſanitatem, ſed expectauit diuinam opem.

C

## C A P. X I I I.

a S I † ſurrexerit in medio tui prophetes, aut 1
qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, et prædixerit 2
ſignum atque portentum, et euenerit quod 3
locutus eſt, et dixerit tibi: eamus et ſequa- 4
mur Deos alienos, quos ignoras, et ſeruia- 5
Gentilis vel hęretici.
mus eis: non audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris, 6 7

✲ THEODORET. Qua virtute propheta qui cōtraria docet, edit miracula permittente Deo dæmones operantur. Sic & medici Pharonis, prodigium virgæ, fluuii & ranarum ediderūt, ita permittente Deo, ad arguendam operātis inſaniam. Iuſſit enim vt plagas a Deo miſſas augerent ipſi, F qui tamē diſſoluere ſupplicia non poterant, imo ne muſcas quidē abigere. Nā quæ Deus conceſſit, operati ſunt, quod etiam hic declarauit, dum permiſſu Dei ꝓpheta prodigioſa facit. Inſtruimur autē non attendendum eſſe ſignis, quādo is q̄ facit illa contraria pietati docet.

Quæſt 12.

a Vt

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XIII.

1 S I ſurrexerit. *Hic cōſequenter præcipitur deſtructio idololatriæ in particulari, & per conſequens confirmatio latriæ ſibi oppoſitæ. Et primo quantum ad vnam perſonā, ſecundo quantum ad vnam ciuitatem ibi:* Si audieris in una vrbium. *Adhuc primo facit propoſitum in perſona non coniuncta, ſecundo in coniuncta ibi:* Si tibi voluerit perſuadere frater tu⁹. *Circa primum ſciendum, quòd ſicut dictum fuit ſuper librum Nume. xxij. homines aliquando inſtruuntur de veritatibus ſupernaturalibus per dæmones, & tales dicuntur prophetæ dæmonum, vt dictum fuit ibidem de Balaam, & iſti etiam aliquando habent reuelationes a Deo immediate vel mediantibus ſanctis angelis, licet ab eis non quærant ſicut fuit idem dictum de Balam, tamen quando reuelationes ſiunt eis a Deo vel a ſanctis angelis, hoc fit ad bonum finē, vt dictum fuit ibi, de propheta Balaam. Sed quādo ordinatur talis reuelatio ad malū finem, & deceptionem, hoc fit a dæmonibus, qui quandoq; plures ueritates dicūt hominibus, ut poſtea magis credant eis in falſi ſuggeſtione, ſicut ibidem fuit declaratum per exemplum. Et de tali propheta eſt hic ſermo, qui deceptus a dæmonibus nititur homines pertrahere ad idololatriam cum dicitur:* 2 Surrexerit in me. &c. *Deceptus modo prædicto in vigilia.* 3 Aut qui ſomnium, &c. *ab eis confictum vel immiſſum a diabolo.* 4 Et prædixerit, &c. *mirabile venturum de propinquo.* 5 Atq; portentum *futurum magis de longinquo, & dicitur a portendo, dis, quod ſignificat protenſionem in longum.* 6 Et euenerit, &c. *quia dæmones aliquando prædicunt vera futura, quæ excedunt cognitionem humanam, prout declaratum eſt Nume. xxij.*
7 Et dixerit tibi *Ex hoc patet quod reuelatio ſibi facta fuit per dæmones,*

### MORALITER.

✲ 1 *Si ſurrexit in medio tui propheta. &c.* Per iſtum prophetam falſum, qui ꝓcipitur interfici ſignificātur omnes diuinatores & doctores ſuperſtitioſi, q primo ſunt occidēdi ſpirituali gladio per excōicationē, & ſi permanſerint obſtinati, committēdi ſunt iuſtitiæ ſeculari occidendi per mortem corporalem.

a *Vt palam fiat vtrum dilig.* ✻ AVGVSTINVS. Septuaginta. Scire an diligatis, ſed latini interpretes ita, *vt ſciat an diligatis*, quamuis eadem ſententia videatur, quãuis id quod dictum eſt ſcire, facilius ad illos refertur, vt ſic accipiam*, tẽtat vt ſcire, ac ſi diceretur, tentando vos facit ſcire.

Quæſt. 19.

* vt ambulares per eam.

b *Quia locutus eſt.* ✻ PROCOPIVS. Si enim corporis cędes cęde mutua reſtituit, quãto magis id faciẽdũ eſt, ſi quis animũ corpore, Seruatoris quoque teſtimonio preſtãtiorẽ interficiat. Porro dæmonibus nulla fides tribuenda eſt, etſi vera aliquando dixerint. Ea enim nõ ob veritatem dicũt præcipue, verum vt his mẽdacia commiſcere queant. Quocirca Chriſtus etiam eos increpauit, qui dicebant, nouimus te qui ſis. Ita Paulus etiam eos qui dicebant: Homines iſti Dei altiſſimi ſerui ſunt, & denuntiant vobis viã ſalutis. Verum quoniam dæmonũ elogia a rudibus diſcerni non poſſunt, ſemel eis omnem fidẽ quam infamibus tribuerẽt, excluſit, cum inquit *tace, obmuteſce*. Quid p̃dicationẽ apoſtolicam, dignitatem a te prorſus alienã ſurripis?

† talem ſẽ[illegible] in medio tui

c *Si tibi voluerit.* ✻ PROCOPIVS. Fide enim violata, valeat natura, valeat cognatio. Quale & Seruatoris illud eſt: *Qui patrem aut matrem amplius me diligit, non me dignus eſt.* Tale etiam hoc Hieremiæ eſt: *A proximo ſuo ſibi quiſque caueat, & in fratribus ſuis non fiduciam collocet.* Quoniã omnis frater ſupplantatione ſupplantat, & omnis amicus fraudulenter incedit.

a quia tentat vos dominus Deus veſter, vt † palam fiat vtrum diliga- 1
tis eum an non, in toto corde & in tota anima veſtra. Dominum Deum 2
veſtrum ſequimini & ipſum timete: Mandata illius cuſtodite, & audi-
te vocem eius. Ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis. Propheta autem ille 3
Morte æterna.
b aut fictor ſomniorum interficietur, quia locutus eſt † vt vos auerteret
a domino Deo veſtro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit de
domo ſeruitutis: vt errare te faceret de via quam tibi præcepit dominus
Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te. Melius eſt tibi vnum oculum habentem in vitam, &c. Math. 18.b.
c Deus tuus, + & auferes malum de medio tui. † Si † tibi voluerit perſua- 4
dere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, ſiue vxor quæ
eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis, vt animam tuam, clam dicens: 5
Eamus, & ſeruiamus diis alienis, quos ignoras tu, & patres tui, cuncta-
rum in circuitu gentium quæ iuxta vel procul ſunt ab initio vſque ad
finem terræ: non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, 6
vt miſerearis & occultes eum. Sed ſtatim interficies. Sit primum ma- 7
a Dura obiurgatione & forti ſententia. 8
nus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum. Lapidibus
obrutus necabitur, quia voluit te abſtrahere a domino Deo tuo, qui edu 9
xit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis, vt & omnis Iſrael audiens ti-
meat, & nequaquam vltra faciat + quippiam huius rei ſimile. † Si audie- 10
ris in vna vrbium tuarum quas dominus Deus tuus dabit tibi ad habi-
tandum dicentes aliquos: Egreſſi ſunt † filii Belial de medio tui, & auer-
terunt habitatores vrbis ſuæ, atque dixerunt: Eamus & ſeruiamus diis a-
lienis, quos ignoratis: quære ſolicitè, & diligenter rei veritate perſpe-
cta, ſi inueneris certum eſſe quod dicitur: & abominationem hanc ope-
re perpetratam, ſtatim percuties habitatores vrbis illius in ore gladii, &
delebis eam, omniaque quæ in illa ſunt vſque ad pecora. Quicquid
Studij.
etiam ſupellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum
a Diaboli quæ eſt Babylon magna cum qua fornicati ſunt omnes reges terræ. Apoc. 16.c.
b Igne perpetuo.
ipſa ciuitate ſuccendes, ita vt vniuerſa conſumas domino Deo tuo, & ſit
tumulus ſempiternus. Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de il
lo anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur dominus ab ira fu- 11
roris ſui, & miſereatur tui, multiplicetque te, ſicut iurauit patribus tuis, 12
quando audieris vocem domini Dei tui, cuſtodiens omnia præcepta e-
ius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod † placitum eſt in conſpe-
ctu domini Dei tui.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *mones, ideo ſubditur, Non audies verba prophetæ illius. Sequitur.*

1 Quia tentat vos dominus. *Permittit talia fieri, ut probemini.*

2 Vt palam fiat. *Id eſt ab alijs ſciri faciat ipſe de nouo non accipit alicuius rei notitiam, ſed omnia nouit ab æterno, & hoc modo loquitur Gene. 22.c.* Nunc cognoui, quod timeas dominum. *id eſt cognoſcere feci, quia per oblationem Iſaac nota fuit hominib. obedientia Abrahæ & poſita eis in exemplum.*

3 Propheta aut &c. interficietur. *Sine miſericordia, dũ tamen conuictus fuerit per teſtes vel confeſſus, & patet litera.*

4 Si tibi. *Hic præcipitur deſtrui idololatria reſpectu perſonæ coniunctæ quacunque propinquitate, & hoc eſt quod dicitur; Frater tuus, &c.*

5 Clam dicens: Eamus, &c. *Corrumpens in ſecreto & inducens homines ad idololatriam.*

6 Non acqui. *Recipiendo eius perſuaſionem iniquam.*

7 Neque parcat. *Falſo iudicio iuſtificando eum, uel tacendo malum ſuum.*

8 Sed ſtatim. *Cum iudicatus fuerit per iudices.*

9 Sit primum. *Quia teſtes habebant interficere tales condemnatos, vt habetur infr. 17.c. Vnde Act. 7 g. de beato Stephano dicitur:* Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua, &c. *Cætera patent.*

10 Si audieris. *Hic præcipitur idololatria deſtrui reſpectu vnius ciuitatis, quæ ſi fuerit corrupta idololatria, præcipiuntur hic homines interfici & pecora, & ſupellectilia comburi, & omnia quæ pertinent ad illam ciuitatem, & ipſa ciuitas deſtrui abſque reædificatione, & patet litera vſque ibi:*

11 Vt auertatur. *Quia tali corruptione vnius ciuitatis ira domini prouocatur contra totum regnum, & maxime quando negligitur puniri eius peccatum.*

12 Multi. *Hoc in fine huius capituli additur, ut ex deſtructione idololatriæ, latria fortius confirmetur.*

✻ CAP.

MORALITER.

✻ 4 *Si tibi voluerit.* Ex hoc videtur, ꝙ in eccleſia nulli perſonę quantumcunque propinquæ parcendum ſit in perfidia hæreſis, ſi fuerit obſtinata, & maxime ſi ſtudeat ad ſubuerſionẽ aliorum. Matth. 18. 6. *Si manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde & proijce cũ abs te.* Per manum enim, vel pedem intelligitur ibi perſona familiaris & propinqua.

10 *Si audieris.* Ex hoc patet, quod licet in multis caſibus parcendo ſit communitati, non tamen in caſu idololatriæ uel hęreſis eſt parcendum.

✻ MORA-

CAP. XIIII.

A a NOn vos incidetis. Vſque hodie multæ gentes incidunt ſe in funeribus mortuorum. Vnde: *Non vos contriſtemini ſicut & cæteri qui & ſpem non habent.* Hæc autem facere eorū eſt qui deſperant de reſurrectione. 1.Theſ.4.c

Qſt. 13. ✻ THEODORET. Arcet eos a moribus impiarum gentium. Per hęc vero, non facietis caluitium, luctum immodicū prohibet. Quidam enim extranearum gentiū pilos capitis abradebant, & hos offerebant mortuis, alii pilos barbæ, alii ſuperciliorum.

b *Nec facietis. Capilli capitis veſtri numerati ſunt.* id eſt, cogitationes quas non oportet ab honeſtate capitis auferre, & diabolo offerre, ſicut qdā corporales capillos diabolo offerunt.

B c *Ne comedatis.* Animalia immunda ſunt ſed quæ ſignificando exprimunt, mors ſcilicet hominū & act' & uoluntates.

d *Camelopardalum.* Qui albis maculis reſperſus, capite camelo ſimilis, collo equino, pedibus bubalo, per cætera pardus, in Aethiopia naſcitur.

e *Omne.* Illos recipit eccleſia & membris ſuis incorporat, qui vngulam findūt, qui diſcretionem boni & mali habere ſciūt & qui rumināt meditantur in lege die ac nocte.

C f *Quod.* Qui ſcilicet duo teſtamenta ſuſcipiēs firmo gradu iuſtitiæ & innocentiæ ſeſe conſtitui.

†1 eſtis. †Sup.7.a. & inf.26.d. & Leui.11 †ſz. †Omnem abominaticem. Mt.10.d

CAP. XIII.

a Sicut leguntur feciſſe ſacerdotes in libro Regum.
a FIlii †eſtote domini Dei veſtri: Non vos in- 1
a Sicut Ethnici capillos tondent & mortuis conſecrant.
b cidetis nec facietis caluitium ſuper mor- 2
tuo, † quoniam populus ſanctus es domi- 3
no Deo tuo, et te elegit, vt ſis ei in populū
peculiarem † de cunctis gentibus quæ ſunt
c ſuper terram. Ne comedatis † quæ immunda ſunt. † Hoc eſt 4
a Mundum ſcilicet.
animal quod comedere debetis: Bouem, et ouem, et capram, 5
a Bubali ſunt qui alieno nomine biſontes dicuntur. b Hircoceruum, ſimilis eſt enim hirco & ceruo.
ceruum, capream, bubalum, tragelaphum, pygarū, orygem, 6
d † camelopardalū. Omne animal quod in duas partes findit 7
e vngulam et ruminat, comedetis: de his autem quæ rumināt 8
f et vngulam non findunt, hęc comedere non debetis: Came
a Velocem, timidum. b debilem, rapacem, mortiferum.
g h lum, leporem, chœrogyllum: quia ruminant, et non diuidūt
Lota in volutabro luti.
i vngulam, immunda erunt vobis. Sus quoque quoniam di-
a Simulatis virtutibus.
uidit vngulam, et non ruminat, immunda erit. Carnibus eo
a Tales ſin ſocietatem non recipies. mortua non imitabimini. b Morticinia i. eſt peccata. Id eſt opera Communicando.
K rum non veſcemini, et cadauera non tangetis. Hęc comede-
Baptiſmi.
l tis ex oībus quæ morantur in aquis. Quæ habent pinnulas et
Ignorantia quæ cito aufertur.
ſquamas comedite, quæ abſque pinnulis et ſquamis ſunt,
a De contemplatiuis proprium capitulum ponit ſicut in ſacrificijs.
ne comedatis, quia immunda ſunt. Omnes aues mundas
a Aliena rapientes, & iniuſtis lucris gaudentes.
comedite, immundas ne comedatis, aquilam ſcilicet et gry-
a Falco. b Qui bellis gaudet & mortibus. c Rapientium.
m phem, et haliæetum, ixion, et vulturem ac miluū iuxta genus 9
a Quod eſt ſine affectu, quod manifeſtum eſt ex eo, quod emiſſus a Noe ex prima n coruus auolatione tranſgreſſus eſt, cui ſimilis Iudas circa ſuum magiſtrum fuit & dominum. Lxx. Glaucum.
n ſuum, et omne coruini generis: et ſtruthionem ac noctuam
o

D g *Came.* Iudæum qui liquat culicem, & glutit camelum, qui literam ruminat, ſed non habet fiſsā vngulā, quia a ſpiritu literā non diuidit, hi ſunt & Scribę & Phariſæi.

h *Lepore.* Per chœrogyllum & leporem multitudinē ſignificat Iudæorū. Vtrūq; enim animal debile & infirmum.

i *Quia rum.* Ruminant Iudæi verba legis, ſeu vngulam non diuidunt, quia in patrem & filiū non credunt, nec duo teſtamēta recipiūt. Quidā autē hæretici vngulā findunt, ſed doctrinā veritatis in ore non ruminant.

K *Hæc come.* Per hæc Gētiles intelliguntur, qui in aquis baptiſmi renaſcuntur.

l *Quæ ha.* Meditantes legē vitæ ſublimis & cęleſtis, quia ignorātia diuinæ legis diu in gētibus fuerat, pinnulas & ſquamas adiungit. Sicut enim piſces ſquamati ſunt & pinnati, ſic quibus eſt ignorātia temporalis cito additur cognitio ſublimis & vitæ celeſtis.

E m *Et gryphem.* Quæ eſt quadrupes capite, & alis aquilę ſimilis, reliquo corpore leoni. & abūdat in Hyperboreis mōtibus, equis maxime īfenſa & hominibus.

n *Struthionem.* Qui a terra non leuatur, ſed ſecularibus negotiis implicatur.

F o *Noctuam.* Quæ in nocte acutè videt, & non in die. Sicut qui ſcientia legis gloriantur

8 Sup.7.a. & 26.d. Leuit.11.a †leopardalum.

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XIIII.

FIlii eſtote domini. *Hic conſequenter deſtruitur idololatria in ſigno, & primo deſtruitur huiuſmodi idololatria, ſecūdo inſtruitur latria oppoſita, ibi.* Decimam partē. *Circa primū ſciendū, q idololatriæ ſigna ſunt aſſimilari idololatris in exteriori apparentia, quæ conſiſtunt in modo ſe habendi & in modo viuendi. Primo ergo prohibetur modus idololatrarum circa mortuos, ſecundo circa cibos, ibi.* Ne comedatis. *Circa primum dicitur.* Diuiſio.

1 Filii eſtote domi. *q.d. non debetis in aliquo idololatris aſſimilari.*

2 Non uos incidetis. *In Hebr. habetur, Non uos lacerabitis ſicut in planctu mortuorū aliqui Gentiles & idololatræ vnguibus lacerabant carnem ſuam.* 3 Nec facietis calui. *Eradicando capillos vel tondendo. Talis enim luctus immoderatus & inhoneſtus non decet filios Dei, qui habent fidem reſurrectionis mortuorum, moderatus tamen luctus & honeſtus procedens ex pietate naturali bene licet, & decet.* 4 Ne comedatis. *Hic conſequenter prohibetur modus idololatrarum circa cibos, & primo in carnibus animalium, ſecundo piſcium, ibi:* Hæc comedetis. *Tertio auium, ibi:* Omnes aues. *Circa primum dicitur:* Ne comedatis quæ immunda ſunt. *Sciendū, quod nulla immunditia ſpiritualis poteſt eſſe in brutis quæ peccare non poſſunt, poteſt tamen aliquo modo redūdare in eis inquantū homines vtūtur eis ad mala, vtpote quia idolis immolāt ipſa, uel eis vtūtur ad maleficia alia, poteſt autē in eis eſſe directe immunditia corporalis, vt quia immundo cibo nutriuntur, ſicut porcus, vel quia in loco immundo habitant ſicut mures in terra, vnde et ex hoc fœtorē contrahunt, & ex hoc abominabilia ſunt, propter vtrāq; enim cauſam & conſimilem multa animalia & aues & piſces prohibētur in lege Iudæis. Sunt etiam præter hoc aliæ cauſæ myſticę & figurales, inquātum per talia deſignantur homines habentes aliqua vitia ſicut carnalis aſſimilatur porco, piger, aſino, & ſic de alijs.* 5 Hoc eſt animal quod comedere debetis, &c.. *Tanquā carens immūditiis prędictis, & enumerat aliqua in ſpeciali dicens.* 6 Tragelaphū. *Tragelaphus animal eſt mundū & eſt partim ſimile hirco, & partim ceruo, & dicitur a τράγος quod eſt hircus, & ἔλαφος quod eſt ceruus.* 7 Camelopardalū. *Animal eſt ſimile camelo in capite, & ideo ab eo denominatur, habet tamē maculas albas in corpore ſicut pardus, & equo ſimilis eſt in collo, bubalo uero in pedibus. Cōſequēter ponit regulā communem, cū aliqua tamē exceptione, cū dicitur:* 8 Omne animal *Cætera expoſita ſunt Leuit. xi. ubi hęc materia plenius tractatur, aliqua tamen ponūtur hic, quæ non ſunt ibi, & illa ſunt hic exponēda.* 9 Ixiō. *Auis* ✻ *eſt de*

uc mor tuorum. Diuiſio. De ci car nū piſcium.

a

### MORALITER.

✻ 1 *Filij eſtote.* Non vos. Per hoc docentur Chriſtiani, quod immoderate nō debēt affligi de morte amicorum ſuorū, hoc enim quoddā ſignum eſt defectus fidei, quantum ad articulū reſurrectionis & vitæ beatæ, & talē afflictionem immoderatā faciebant fideles vitam aliam non ſperantes

4 *Ne comed.* Myſticæ rōnes iſtorū ſunt poſitæ ſupra Leuit. xi. tamen hic additur inter aues immundas ixion, q eſt auis albi minor miluo, & eſt de genere vulturis, q paſcitur cadaueribus & ſignificat virū hypocriſis, q propter laudem humanam prætendit exterius albedinem ſanctitatis, & interius paſcitur cadaueribus iniquitatis, Matth. xxiii. c. *Væ uobis Scribæ, & Phariſęi hypocritę, qui ſimiles eſtis ſepulchris de albatis quę a foris apparent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorū & omni ſpurcitia.*

a Gryſalco vulgo rapit aquilam.
a & † larum atque accipitrem iuxta genus ſuum: † herodium
Lxx pelicanum.
b ac cygnum & ibin ac † mergulum, porphyrionem & † ny- 1
c a Non calandre vt putant.
d cticoracem † onocrotalum & charadrium, ſingula in gene-
e re ſuo: Vpupam quoque & veſpertilionem, & omne quod
a Intentum terræ quamuis contemplationem ſimulat.
f reptat & pinnulas habet, immundum erit, nec comedetur: †
a Honeſtis operibus & moribus communicate.
Sine peccato. b Peccato contaminatum.
g Omne quod mundum eſt comedite: Quicquid autem mor-
a Conſentiendo vel inde faciendo. b Ab operibus mortuis abſtinete.
h ticinum eſt, ne veſcamini ex eo. Peregrino qui intra por- 2
tas tuas eſt, da * vt comedat, aut vende ei, quia tu populus 3
a Purgabis. b Peccatorem. Qui ſtatuetur a ſiniſtris.
i ſanctus domini Dei tui es. † Non coques hædum in lacte 4
K Eccleſiæ.
l matris ſuæ. Decimam partem ſeparabis de cunctis frugibus
tuis, quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos, & come-
m des in conſpectu domini Dei tui in loco quem elegerit, vt
a Corporis Chriſti vel prædicationis. b Sanguinis Chriſti vel hilaritatis mentis.
in eo nomen illius inuocetur: decimam frumenti tui & vini 5
a Operum miſericordiæ vel chariſmatis. b Maioribus operibus. c Simplicitate.
n & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis, vt diſcas
timere dominum Deum tuum omni tempore. Cum autem
longior fuerit via, & locus quem elegerit dominus Deus
tuus, * tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta
o portare, vendes omnia & in pretium rediges, portabiſque
manu tua, et proficiſceris ad locum quem elegerit domi-
p nus Deus tuus, et emes ex eadem pecunia quicquid tibi
placuerit, ſiue ex armentis ſiue ex ouibus, vinum quoque
a Omne ſcil. quod inebriare poteſt excepto vino.
et ſiceram, et omne quod deſiderat anima tua, et comedes
coram domino Deo tuo, et epulaberis tu et domus tua, et
Leuita qui intra portas tuas eſt. Caue ne derelinquas eum,
a Vno interpoſito.
q quia non habet aliam partem in poſſeſſione tua. Anno ter- 6
tio ſeparabis aliam decimam ex omnibus quæ naſcuntur ti-
a Non deferes ad locum quem elegit dominus.
r bi eo tempore, et repones intra ianuas tuas, venietque Leui-
tes, qui aliam non habet partem, nec poſſeſſionem tecum,
& peregrinus ac pupillus et vidua, qui intra portas tuas ſunt,
et comedent et ſaturabuntur, vt benedicat tibi dominus
Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, quæ feceris.

riantur, & lucem euangelii non capiunt.

A a *Larum.* Qui vt auis volat, vt aquatile natat, qui ſcilicet circũciſionem veneratur & baptiſma. Talibus Paulus ait. *Si circumcidimini Chriſtus vobis non prodeſt.* (Gal. 5. a.)

b *Accipitrem, &c.* Qui manſueti videntur, ſed potentibus & auaris ſociantur.

c *Cygnum & ibin.* († vel cuculum. † ciconiã.) Hæ longi colli eſſe, & cibum de profundo terræ trahere dicuntur. Nos autem debemus quærere panem qui de cælo deſcendit, † nec eſſe ſoliciti quid manducemus. (Ioan. 6. e. Matt. 6. d.)

e *Nycticor.* Quæ nocte repit & operatur, ſignificãs eos qui nocturnis operibus dedicantur, quæ ſunt fornicatio, immunditia, idolorum cultus & ſimilia. (* illud.)

e *Vpupam.* Quæ luctum amat. Seculi autem triſtitia mortem operatur. *Nos vero debemus in domino gaudere, in omnib. gratias agere.* (2. Cor. 7. c. 1. Theſ. 5. d)

B f *Veſpertilionem, &c.* Quæ circa terram volat, & penuis ambulat. Noſtra autem cõuerſatio in cælis debet eſſe. (Philip. 3. d)

g *Quicquid autem.* Myſtice præcipitur eccleſiaſtico viro, ut ſe in ſanctitate ſeruet, & omnẽ peccati immunditiam deuitet, peregrinum, id eſt Gentilem in ſuis ſordibus remanere permittat. (Myſtice. * vt ponat nomẽ ſuũ ibi, vel inuocet nomẽ ſuum ibi.)

h *Peregrino qui intra portas tuas eſt.* Quaſi paganis & hæreticis immunda relinque. Hinc dæmones in euangelio permittuntur ire in gregem porcorum, & dicitur, *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.* (Matt. 8. d. Luc 9. g.)

i *Non coques hædum.*
C ✱ Clemens Alexand. Non ſiat enim id quod eſt uiuẽtis nutrimentum, interempti animalis codimentum, neque quod eſt uitæ cauſa, opem ferat ad conſumptionem corporis. (Li. 2. Stromat.)

K *In lacte.* Mediocribus diſciplinis, ſed auſterioribus, ut reſtaurarent amara qui perdiderunt dulcia.

l *Decimam.* Quaſi bona quæ facit ſecundum diuinæ legis præcepta facias, & domino ſepares, vt ad eius laudẽ omnia facias.

D m *Decimam partem ſeparabis.* ✱ Theod. Duas decimas omnium rerum ſeponi iuſſit, vt hic manifeſte declarauit, quando conſtituit, vt populus duas decimas offerret, unam Leuitis, alteram in rationem epularum faciendarum. *Decimam,* inquit, *addecimabis, &c.* Quod ſi unica eſſet decima, quomodo fieri poſſet, vt eam Leuitæ caperent, et eadem in conuiuium offerentium expenderetur? Verum ſatis conſtat eum decimam vnã Leuitis diſtribuiſſe, alteram autem offerẽtium epulis, quod quidem ſubſequentia demonſtrant. *Si enim,* inquit, *abs te fuerit longior uia, vende, &c.* Ioſephus inde nactus occaſionem, aut potius Iudæorum morem probe ſciens, aſſeruit legem conſtituiſſe, ut tres offerentur decimæ: vna Leuitis, altera pupillis & viduis, tertia i epulum offerentium.

n *Primog.* Id eſt boni operis initia, quæ decimanda ſunt, id eſt domino conſecranda.

o *Portare.* Quaſi qui longe ſunt a perfectione ſanctorum, nec poſſunt aſcendere culmen uirtutum nec contemplationi vacare, quod poſſunt agant humiliter & deuote, & faciant ſibi amicos de mammona iniquitatis, & theſauros in cælis, ut recipiantur in æterna tabernacula, ubi epulandũ & lætãdum cũ amicis, i. ſãctis & electis Dei.

p *Et emes ex eadem pecun. &c.* Spiritualibus præcipitur vt ſemp bonis operib. inſiſtamus, quatenus poſt hãc vitã ad domũ noſtram i. ad cæleſtẽ patriam reuertamur.

q *Aliam.* Extra illam ſ. quam manducas cum tuis & Leuitis in loco quem elegerit dominus.

r *Venietq;* Manifeſte oſtendit hanc decimam non eſſe ei qui offert communicandam, ſed tãtum illis quibus præcipit erogari, in quibus præcipue Leuiten poſuit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *eſt de genere vulturis alba & minor, quam ſit vultur.*

1 Nycticoracẽ. *Auis eſt de nocte volans a νὺξ quod eſt nox, & κόραξ quod eſt coruus, quaſi coruus noctis. Dicunt tamen aliqui, quod eſt idem quod noctua, ſed hoc non videtur, quia hic ſeparatim prohibentur.*

2 Peregrino *Si eſt pauper.*

3 Aut vende ei. *Si habet unde emat, & loquitur hic de peregrino qui eſt conuerſus ad Iudaiſmum, aliter non poſſet comedere licite.*

4 Non coques hædum in lacte matris ſuæ. *Hoc fuit expoſitum Exod. xxiij.*

5 Decimam frumenti tui, uini, &c. *Hic cõſequenter inducit ad latriam, per hoc* ꝙ *inducit ad ſuſtentationem ſacerdotum & miniſtrorum ad quos pertinebat colere Deum pro ſe & pro populo. Primogenita enim debebantur ſacerdotibus, & decimæ* Leuitis, *portabantur tamen ad templum quantum ad partes Leuitarum, qui manebant ibi ad miniſtrandum. Et patet litera ex his quæ dicta ſunt ſupra xij. Conſequenter inducit ad ſuſtentationem pauperum, cum dicitur.*

6 Anno. *Scilicet pro ſuſtentandis pauperibus, vt patet ex ſequentib. quod fiebat ex lege pietatis naturalis & ne Iudæi pauperes cogerentur quærere eleemoſynas a gentibus, vel ſeruire eis pro ſuſtentatione vitæ ſuæ, & ſic cogerentur de idolotitis comedere cum Gentilibus, & per cõſequens poſſent pertrahi ad cultum idololatriæ.*

✱ CAP.

CAP. XV.

A a Eptimo anno. In hoc ca. pietas & dilectio commendatur, ut proximis miſereamur, & præmium a domino expectemus. Tempore.n. ſuo metemus nõ deficiẽtes, ſi dũ tẽpus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. vnde: *Dimittite & dimittetur vobis, & date & dabitur vobis.*

Septimo. an. Quia in ſeptiformi ſpiritu remiſſio eſt. Omnes pene legis ſolennitates in ſeptenario numero ſunt. Sabbathũ enim in die ſeptima eſt. Et pentecoſte finitis ſeptem hebdomadib⁹. Septimus quoq; annus celebratur. Et iubileus ſepties ſeptẽ annis ſuccedit.

b *A peregrino*. Licet ſint omnes proximi noſtri, maxime tamen illis miſericordia impendenda eſt, qui Chriſti ſunt nobiſcum mẽbra. *Qui enim habet ſubſtantiam mundi, & fratri indigenti non impẽdit, quo modo manet in eo charitas Dei?*

c *Omnino indigens & mendicus*. ✻ CHALDAEVS. Solummodo vt non ſit in te egenus, cum benedicendo benedixerit te dominus ĩ terram, quam dominus Deus dat tibi in hæreditatem, vt poſſideas eam. Imo ſi receperis verbum domini tui, ut cuſtodias & facias, &c. Vtiq. dñs Deus tuus benedicet te, & dabis mutuũ populis multis.

✻ ABENESRA ſic explicat. Scias quod iſtud quod præcepi vt non exigas fratrẽ tuum, non erit opus. Si omnis Iſrael aut maior pars obedierint voci Dei, tunc non erit in te pauper, cui neceſſe erit ut mutuum des ei, imo omnes vos mutuum dabitis gentibus multis.

C ✻ PROC. Hoc etiã Lucas in actis habet: Et gratia erat ſuper omnes eos. Neq. enim pauper quiſquã erat inter eos, de his q crediderãt, loquẽs. Pręcipit vero lex a peregrino exigere debita. At ciuib. benignẽ remiſſionẽ largiri anno ſeptimo, q reuolutionem iuſtantis ſæculi conſummationem ſignificat. D

d *Fænerabis gentibus multis.* ✻ AMBROSIVS. Myſterium eccleſiæ euidenter exprimitur, cum dixit ad diſcipulum legis: *Si audieris legem, & cæt. fænerabis gentibus*. Quod factum eſt a patribus noſtris. Fœnerauit Moyſes gentibus qui proſelytos acquiſiuit. Fœnerauit Ieſus Naue, Gedeon, Samuel, Dauid, Salomon, Eſdras, Eliſæus, & ſi quis volebat verbum cognoſcere, pergebat ad eos. *Regina auſtri veniebat audire ſapientiam Salomonis*. Vbi cœpit populus Iudæorum non cuſtodire legem, cœperunt aduenæ, hoc eſt ex populo nationum, qui in Chriſtum crediderũt interpretationem ſcripturarum fœnerare illi vetuſto populo. Fœneremus hodieque ſacerdotes in eccleſia verbum Iudæis, qui de ſynagoga ad eccleſiam tranſierunt. Fœneremus nouam & vetuſtam pecuniam. Etenim quã habuerunt, iam non habent.

*Fænera*. Quaſi ditior eris omnibus gentibus. Eccleſia quoque abundat ſpiritalibus diuitiis, ipſa docet nec habet neceſſe doceri.

Li. de Zobia ca. 19.

CAP. XV.

a Eptimo anno facies remiſſionem, quæ 1
hoc ordine celebrabitur. Cui debetur ali-
quid, ab amico vel proximo ac fratre ſuo
repetere non poterit, quia annus remiſſio-
b nis eſt domini. A peregrino et aduena exiges, † ciuem et pro 2
c pinquum repetendi non habens poteſtatem. † Et omnino 3
indigens et mendicus non erit inter vos: † vt benedicat tibi 4
dominus Deus tuus in terra quam traditurus eſt tibi in poſ-
ſeſſionem. † Si tñ audieris vocem domini Dei tui, et cuſto- 5
dieris vniuerſa quę iuſſit, et quæ ego hodie pręcipio tibi † be-
d nedicet tibi, vt pollicitus eſt. † Fęnerabis gentibus multis, et 6
ipſe a nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plu-
rimis, et tui nemo dominabitur. Si vnus de fratrib. tuis qui 7
morantur intra portas ciuitatis tuę in terra quam dominus
e Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem venerit, non ob-
durabis cor tuum, nec cõtrahes manũ, ſed aperies eam pau-
f peri, et dabis mutuũ, quo eum indigere perſpexeris. Caue ne 8
forte ſubrepat tibi impia cogitatio, et dicas in corde tuo: Ap- 9
propinquat ſeptimus annus remiſſionis, et † auertas oculos
tuos a paupere fratre tuo, nolens ei quod poſtulat mutuum
commodare, ne clamet contra te ad dominũ, et fiat tibi in 10
peccatum, ſed dabis ei. Nec ages quippiã callidè in eius ne-
ceſſitatibus ſubleuandis, vt † benedicat tibi dominus Deus

Interlinear glosses: Moralia præcepta. — a Intra eccleſiam. — In Deo. — b Pater noſter qui eſt in cęlis vnus eſt Chriſtus. — Qui alienę religionis eſt. — Myſtice quaſi pecunia verbi omnibus large diſpenſatur. — Verbum Dei. — a Quaſi immiſericors. — b Per auaritiam, ſed extendens per miſericordiam.

Margin: Tim. 5. a — Luc. 6. f — Induena — Deuta. — Mutuũ bis. — B — Ioan. 3. c — † fratri aũt remittes tuo quod tuum erit vel non repetes a fratre tuo. — † Quia. — † benedicet enim. — *dominus enim De⁹ tuus. — E — † malign⁹ ſit oculus tuus cõtra fratrẽ tuũ mendicũ, vel in paupertatẽ 10 datum. — Pia hu... rei gra... benedi...

e *Non obdurabis cor tuum.* ✻ CYRIL. Tria ſunt apud ſcripturã, quibus ea uirtus exprimitur animi, quæ imperium tenet, princeps duxque aliarum. Mens, ſpiritus, cor. Quis nouit ea q ſunt hominis niſi ſpiritus ipſe, qui eſt in homine? Dauid Pſal. 50. *Cor mundum crea in me Deus*. Quo loco creare nõ eſt id quod non erat in naturam inducere, ſed quod iam exiſtit, in meliorem formam commutare.

Ex catena Græca.

f *Caue.* AVG. Lxx. attende tibiipſi, ne fiat uerbum occultũ in corde tuo iniquitas, dicẽs, Appropiat annus ſeptimus, annus remiſſio

Quæſt. 21. F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XV.

1 Eptimo. *Hic inhibetur idololatria quantum ad principium motiuũ ſeu occaſionem. Si enim obligati debitis & impotentes ſoluere arctarentur p pęnas corporis uel alio modo, poſſent habere occaſionẽ fugiẽdi de terra Iſrael, & habitare inter Gentiles, & ſic ſeruire dijs alienis, ſecundũ quod dicit Dauid de ſeipſo fugitiuo 1. Reg. 27. cap. Maledicti ſunt in conſpectu domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate domini dicentes:* Vade ſerui dijs alienis. *Licet enim* Dauid *hoc non fecerit, tamen perſecutores eius dabant ei occaſionem faciendi. Ad hoc igitur admonendum ſeptimus annus remiſſionis fuit in lege institutus, in quo remittebantur debita impotentibus ſoluere. Sic ergo primo aufert idololatriæ occaſionem ſecundo inducit, ad latriæ culturam, ibi:* De primogenitis. A*dhuc primo inducit ad relaxationem debitorum, ſecundo ad relaxationem ſeruorum, ibi:* Cum tibi venditus fuerit frater tuus. *Adhuc primo inducit ad debitorũ relaxationem ſecundo ad liberalem accommodationẽ, ibi:* Si vnus de fratrib. tuis. *Circa primum ſciendum q remiſſio debitorum in ſeptimo anno non imponitur, niſi pro illis qui ſunt de ritu Iudæorum, ideo ſubditur.* 2 Aper. *In Hebr. Ab extraneo exiges, per quod patet, quod idẽ intelligitur hic p peregrinũ & aduenam, extraneus autem dicitur qui non eſt de ritu eorum.*

Annus ſeptimus remiſſionis, q̃ ꝗate inſtitutus. Iuſſio.

3 Et om. *Hic conſequẽter inducit ad pauperũ ſubleuationem, & intelligitur de Iudæis pauperibus, quos debebant adiuuare, ita quod non cogerentur publice mendicare.* 4 Vt be. *multiplicando te in bonis temporalibus & ſpiritualibus.* 5 Si ta. *Id eſt ſi feceris quod dictum eſt, & per hoc intelligitur oppoſita negatiua videlicet, quod ſi non feceris, nõ multiplicabit te.* 6 Fęnera. *Hic non accipitur pro vſura, quæ licet eſſet eis permiſſa cum extraneis gentibus, non tamen poteſt eis permitti pro pręmio pietatis erga pauperes cum ſit illicita, ſed accipitur hic pro accomodatione. vnde in Hebr. habetur.* Vadiabis gẽtes multas. *Id eſt vadia accipies ab eis, quia non tenebantur eis accõmodare ſine vadio, in hoc igitur promittitur eis multiplicatio bonorum temporalium, per q̃ poſſent dare mutuũ non ſolum fratrib. ſuis Iudæis, ſed etiã alienis gentibus.* Domi. *quia pro actu pietatis non ſolũ promittitur eis multiplicatio diuitiarũ, ſed etiã dominij ſiue excellentiarum.* 7 Si vnus. *Hic inducit eos Moyſes ad liberã mutuationem, quæ debet procedere ex affectu, ideo ſubditur.* Sed aperies m anũ pau, &c. 8 Quo eũ. *Quia non tantũ debebant fratrib. ſuis accomodare pecuniã, ſed etiã aliã rẽ neceſſariã vt poto equũ, currũ, & ſimilia quę frequẽter deteriorãtur ex accomodatione.* 9 Caue. *Inducit eos vt non retrahantur ab accommodatione propter appropinquationem anni ſeptimi in quo debita relaxabantur.* 10 Nec. *Vt per hoc machineris ad aliquod malum, vt ad familiaritatem inhoneſtam cum eius vxore, vel ſilia, vel aliquid aliud illicitum.*

3 Et ✻ 1 Non

MORALITER.

✻ 1 *Septimo anno, &c.* Illa quæ hic ponuntur moralia ſunt, ideo pertranſeo vſque ibi:

remiſſionis, & malignetur oculus tuus in fratrem tuũ egenũ

A Magnificè occultũ verbum hoc dixit, quoniam nemo audet hoc dicere qui potuerit cogitare, ideo non eſſe mutuũ dandum indigẽti, quoniam appropinquat annus remiſſionis, cũ Deus propter miſericordiam vtrunq; pręceperit, & commodari cum quiſque indiget, & remitti anno remiſſionis. Quomodo miſericorditer remiſſurus eſt illo anno quo remittẽdum eſt, ſi crediliter cogitat illo tempore dandum non eſſe, quo dãdum eſt.

† omnibus operibus tuis.

a *Cum tibi venditus, &c.* ISID. Si Hebręus puer in ſeruitutẽ deuenerit, pręcipitur vt ſeruiat ſex annis, ſeptimo liberetur. Si noluerit propter vxorem & filios, perforabitur auricula eius, & erit ſeruus in ſeculum. Hoc de pręſenti ſeculo non dicitur, ſed de futuro, quia in ſex ætatib' huius ſeculi, ſeruiens, ſeptimo die, id eſt æterno ſabbatho liberamur, ſi tamen liberi eſſe, voluerimus dũ in ſeculo peccato ſeruimus. Si autem noluerimus, perforabit nobis auriculã, in teſtimoniũ inobedientiæ, & cum uxore & filiis noſtris, quos prętulimus libertati, id eſt cum carne, & operib. eius, ſ. peccatis in ęternum ſeruiemus.

Allegorice. B

Myſtice. *Cum tibi venditus, &c.* Hebręus tranſitor, qui ad æternam. ſ. patriam tendit, & de vitiis ad uirtutes, de terrenis ad cæleſtia trãnt, ſi talis ſe tibi vendiderit, id eſt magiſterio tuo ſe addixerit, docebis eum ut in præſenti vita ſtudeat operari. ut ad requiẽ peruenire poſſit. Hoc eſt ſex annis ſeruiet tibi, ſeptimo dimittes eum liberũ, nec vacuum abire patieris, quaſi æterna præmia & veram libertatem promittes ei in alia uita. Si autẽ dixerit nolo egredi, eo quod diligat te, & domũ tuam, id eſt ſi bona quę fecit, nõ pro ęterna mercede, ſed ꝑ humana laude. quaſi diligens præſentem vitã fecerit, perforabis aurẽ eius ſubula, id eſt mentem eius terrore iudicij conpunges in ianua domus, quia iudicium [illegible] eius uitę egreſſũ & alterius ingreſſũ, & ſeruiet tibi uſque in ęternũ, id eſt docebis eum ſi ſeculum plus amauerit quã Deũ, ęternis ſuppliciis mancipãdũ.

Hom. 3. ſuper Ezec. Moraliter Exod. 21.a

GREG. Cum actiua uita & contemplatiua ſit nobis ex Dei gratia, una eſt in neceſſitate, altera in uoluntate. Nemo enim Deum cognoſcens regnũ ingreditur ſine actiua uita, ſine cõtemplatiua vero multi. vnde: *Si emeris ſeruum Hebræum, &c.* Hebræus id eſt tranſiens emitur, quando vnuſquiſque q a ſeculo mente tranſit, ſeruitio Dei ſubiicitur. Sex annis ſeruire ꝑcipitur, ut in ſeptimo gratis liberetur. In ſenario actiuæ vitę perfectio. In ſeptenario contemplatiua exprimit. Sex annis ſeruit, ſeptimo liber egreditur, quia per actiuã perfecte tranſactam ad contemplatiuę uitæ libertatem tranſit gratis, quia cum bene fecerimus ſerui iutiles ſumus. Sicut ergo actiua eſt ex munere, ita & contemplatiua. Cum quali veſte intrauerit, cũ tali exeat, qa neceſſe eſt ut in incepto quiſq; pſeueret. Bene aũt ad contẽplatiuã vitam tranſit, qui in actiua intentionis ſuę ueſtẽ nõ mutauit. Quidã vero priuſquã ſeruitio Dei ſocietur, bene operari diligũt, alii poſtq̃ ad eius puenerint ſeruitiũ. Qui ergo bonã operationẽ prius habuerit, cũ vxore emptus eſt. Is põt ad cõtemplatiuã uitã tranſire, & tamen actiuã non deſereat, vnde vxor egrediatur ſimul. Ad cõtemplationẽ enim trãſiẽs affectionem boni operis qua aliis proſit, nõ relinquit. Mulier

C

tuus in † omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miſeris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco
1 ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum verſantur in terra. Cum tibi † venditus fuerit
2 In fide. a Tranſiens. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me. Eccl. 24. c. b Perfectione actiuæ vitæ.
b frater tuus Hebræus aut Hebræa, et ſex annis ſeruierit tibi, in
a Non generalis remiſſionis, ſed quicunque a venditione ſeptimus occurrerit. Aeterna requie.
ſeptimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris, ſed † dabis viaticum de gregibus et de area et è torculari tuo, quibus dominus Deus tuus benedixerit tibi. Memento quod et ipſe ſeruieris in terra Ægypti, et liberauerit te dominus Deus tuus, et idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit, nolo
a Ab actiua vita. b Prædicatorem. Eccleſiam.
egredi, eo quod diligat te, et domum tuam, et bene ſibi apud
a Diuini timoris ſubtilitatem. b Mentem inobedientem.
c te eſſe ſentiat, aſſumes ſubulam et perforabis aurem eius
a In introitu eccleſiæ, vt ſit memor cęleſtis tabernaculi. In actiua vita bene operando. Secundum præſens.
d in ianua domus tuæ, et ſeruiet tibi vſque in æternum.
Infirmiori & indoctiori:
Ancillæ quoque ſimiliter facies. Non † auertas ab eis
3

D & filii eius erũt domini ſui. Seruo empto dat dominus vxorẽ cũ prædicator cũ quẽ domino mancipauit, bonę actioni coniungit. Prædicatores enim domini vocantur. vnde: *Scis quoniam dominus tuus tollatur a te.* Vxor filios & filias parit, cum bona actio fructus fortes vel tenores gignit. Hæc mulier cum filiis domino remanet, ſeruus exit cũ veſte, quia bona actio & eius fructus prædicatori imputantur, ipſe cũ deſiderii intentione ad contemplationem per gratiã liber egreditur. Si dixerit ſeruus: Diligo dominum meũ, &c. Seruus dominum diligit, quando prædicatoris verbo ſollicita mente cuſtodit. Vxorem amat & liberos, vitã ſcilicet actiuam & fructus eius. Dominus offert eum diis, & applicat ad oſtiũ & poſtes & perforabit aurem ſubula, ut ſit ſeruus in ſeculum, quia prædicator antiquorum patrũ dictis imbuit ad oſtiũ, & poſtes tabernaculi, ut de ingreſſu æterni tabernaculi aliquid audiat, & iudicii terrorẽ agnoſcat, de bonis operibus gloriam quærat ab hominib. Auris ſubula perforatur, dum mens illius timoris Dei ſubtilitate percutitur, ut uerbi acumine trãſfixa, ingreſſum regni ſemper attẽdat, quaſi ad oſtiũ & poſtẽ tabernaculi pforata. Seruus erit in ſeculũ, ut liber ſit poſt ſeculum. Nunc ergo non ſolũ actiua in ſeruitute eſt, ſed etiam contemplatio libertatẽ mentis nõ obtinet, quia in ęnigmate ĩtimã quietem videt. Ne hoc ſerui Chriſti anidomin' flagitarent, Apoſtolus iubet ſeruos dominis eſſe ſubditos, ne doctrina Dei blaſphemet. Myſtice enim dictum intelligitur, vbi ſubula recuſantis libertatem, aurem perfodi præcipitur.

4. Rig. † le... diderit † tibi... ue vel... rumv... tur qu... E

b *Sex annis ſeruierit tibi.* ✱ PROC. Ante Seruatoris aduentum legi ſeruitutis Iſrael aſtrictus, atque ſub diſciplina erat. Poſtremis vero temporib. cum humanitatẽ aſciuiſſet, ſeruitutis ſpiritus eſt ſublatus, ſponteque & gratis in filios ſunt adoptati. Non enim legis operum, ſed fidei viatico accepto victimã immaculatã ab ouib. extractam, ouem inquam, ad lanienam noſtri cauſa adductam. Quod ſi vero lege carnalem fratrem libertati donare cõueniebat, quantomagis ſpiritualem nobis conuenit? Ac ſpiritualib. quidem annus ſeptimus, mundi cõſummatio ſemper præſto eſt.

Ad Ti

c *Aſſumes ſubulam, &c.* ✱ PROC. Quicunq; poſt remiſſionẽ peccatorũ ad libertatis dignitatẽ puenire nõ potuerunt neq. ſyncero erga dñm affectu, aurẽ circunciderunt, nihilominus ĩ inferiore additiõe ſub ipſo ad oſtium in limine eſſe uolunt, nunq̃ enim ex præſenti ſeruitute egredi præſumpſerunt, aurem ſubula perforantur. Quo foramine edocti, bñ ſeruire poterunt, donec ſeruitutis ſpatio exacto, inter mercenarios deſcripti, ad filiorum dignitatem ſeipſos intrudant. Chriſtus enim prima figura liberos efficit, fratres & amicos vocitando. *Seruus enim, inquit, neſcit voluntatem domini ſui.*

Ex cat. Gręca.

✱ CYRILLVS. *Perforabit. &c.* Vt intelligat poſt hac nihil de libertate amplius auditurum, cum eam partem quam natura voci peruiam fecit, quodammodo impediri voluerit.

d *Seruiet tibi in æternam.* ✱ ORIG. Solet his verbis qñq; ſcriptura vitam hominis circunſcribere. Paulus: *Si propter eſum carnis frater offenditur, carnem non comedam in æternum, id eſt, dum viuam.*

F

☞ a *De pri-*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Non deerunt. *Non eſt contrariũ ei quod ſupradictũ eſt. Omnino indigens & mendicus non erit inter vos, quia ibi loquitur de mendicante publice, quod non debebant Iudęi permittere, vt dictum eſt. Hic autem loquitur de paupere, qui de ſuis facultatibus non poteſt conuenietẽr ſuſtentari, & ideo indiget per accommodationem ab alys auxiliari.*

2 Cum tibi uendi. *Iſta expoſita fuerunt Exod. 21. hoc excepto.*

3 Non auertas ab eis. *Id eſt non reſpicies eos toruo oculo, quaſi tibi ſit grauis libertas eorum. Vnde in Hebræo habetur:* Non erit graue oculis tuis cum dimiſeris eos liberos.

✱ 1 De pri-

MORALITER.

✱ 1 *Cum tibi ven.* Cuius ſenſus myſticus ſupra poſitus eſt Exod. 21.

✱ 1 *De pri-*

A a *De primogen.* AVG. Primogenita dicit quæ primo vuluã aperiunt, & primo partu exeunt, Græce autem πρωτοτόκα, nec Latine dici niſi primogenita potuerunt, in his tantum intelligẽda ſint quæ naſcuntur ex matribus, ipſa enim proprie patiuntur potius quam gignũtur. Parere quippe eſt τίκτειν quod ex fœmina, vnde πρωτοτόκον dicitur. Gignere autẽ, eſt γεννᾶν, vnde ꝓprie Latine primogenitus dicitur. Ex fœminis autem dabantur primitiua, id eſt quæ prima pariebantur, non quæ prima gignebãtur a viris, &c. Si ergo eſt in his verbis certa diſtinctio, non fruſtra dominus non dicitur a patre μονοτόκος ſed μονογενής, id eſt vnigenitus quod eſt vnicus. Quod autem Latine dicitur a mortuis primogenitus, Græce πρωτοτόκος, non πρωτογενής, dicitur, tanquã pater æqualẽ ſibi genuerit, & creatura peperit. Nam quod dicitur primogenit⁹ omnis creaturæ, quia prim⁹ ita ſurrexit, ut iam nõ moriatur, omnis creaturæ, id eſt πρωτοτόκον, ſm nouam creaturam põt intelligi de qua dicitur. Si qua ergo noua ĩ Chriſto creatura, ex qua ille primitiuus eſt, quia primus ita ſurrexit, vt iam non moriatur, qđ nouæ creaturæ quæ in illo eſt futurum in fine promittitur. Mouet tamen quod in prouerbiis dicitur: *Primogenite tibi dico fili.* Si enim pater ad filium loquitur, eundem dicit primogenitũ, quem vnigenitum, quia & nos filii Dei ſumus, ille autem vnigenitus, quia ſolus de ſubſtantia patris, & æqualis, & coæternus.

Quæſt. 23. Non differre apud Græcos inter prototocos & progeniſca.

B

2. Cor. 5. d

Pro. 6. b.

C b *Sanctificabis domino Deo tuo.* Non tibi, ſed omnium largitori: *Quia omne datum optimum deſurſum eſt.* Quod autem leue in noſtra cogitatione, vel maculoſum in noſtra conuerſatione vel claudum in operũ progreſſione, vel cæcum ignorantia mẽtis aut aliqua parte deforme vel debile, nõ debemus Deo immolare, id eſt imputare, ſed bonis.

Iacob. 1. c

a Solicitudinem. b In contemplatione. c Auguſt. Liberos a ſeruitute vitæ actiuæ. d Vt recipiant mercedem æternam.

oculo^b tuos, quando dimiſeris eos liberos, quoniam † iuxta^d
mercedem mercenarii per ſex annos ſeruiuit tibi, vt † bene-

a Prædicatori. Remunerando. Bonis dictis vel factis.

a dicat tibi dominus Deus tuus cunctis operibus quę agis. De 1

Primordijs bonæ voluntatis & operationis.

primogenitis tuis quæ naſcuntur in armentis et ouibus tuis,

Forte ſcil. & virile. a Attribuendo. b Non tibi.

b quicquid ſexus maſculini eſt ſanctificabis do^b mino Deo tuo. †

a Prædicabis. b Bona operatione primi temporis adhuc infirma ætate. Quaſi neophytum non permittas in eccleſia docere. c Hoc eſt primogenita innocentiæ non nudabis, vt videatur & laudentur ab hominibus. Non ſint in exemplum oſtendenda niſi quæ ſunt firma.

c Non operaberis in primo^b genito bouis, et non tondebis pri- †

a Id eſt de bono opere tuo ſoli Deo placere curabis.

mogenita ouium. In conſpectu domini Dei tui, comedes ea †
per annos ſingulos in loco quem elegerit dominus, tu et do-

Criminis. Greſſu boni operis.

d mus tua. Sin autem habuerit maculam, et vel claudum fuerit 2

Ignorantia.

vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non im-

a Imputabitur. b A quo omne bonum, ſed tibi a quo malum.

molabitur domino Deo tuo, ſed intra portas vrbis tuæ come-
des illud, tam mundus quam immundus ſimiliter veſcentur
eis, quaſi caprea et ceruo. Hoc ſolum obſeruabis, vt ſanguinem 3
eorum non comedas, ſed effundas in terram quaſi aquam. 4

c *Non operaberis.* GREGO. In primogenito bouis arare, eſt bonæ conuerſationis primordia in exercitio actionis publicare. Primogenita ouium tõdere, eſt ab occulto rationis tegmine inchoantia bona nudare. Si quid enim bonum robuſtumque incipimus exercere, non debemus cito oſtendere, ſimplex quoque & innocuum non debet nudari ſuo velamine. Ad ſola diuina ſacrificia iſta proficiant, vt ad honorem intimi iudicis in ara cordis immolentur, ne primordia adhuc carnali vitæ cõmiſſa citius innoteſcãt, & cum laudant bona, deceptus animus nõ deprehẽdat quæ in eis ſunt mala.

Lib. 8. Mora. c. 34.

† vel duplex mercenarius, vel duplex eſt merces mercenarii.

† & benedicet.

E

d *Sin autem habue.* Sunt quædã opera quæ licet minus placeãt Deo, proſunt tñ proximo, & ſi Deo offerri non poſſunt, comedi poſſunt. Cum. n. Deo minus placeãt pro fucata intentione quã Deus intuetur, proximis tñ exemplo opitulantur. Quaſi caprea & ceruo. Caprea ſaltatim incedit, ceruus inimicus eſt ſerpenti, & aſpera & ſpinoſa tranſiliens montana tranſcendit, & ideo in bonam partem accipiuntur.

✱ THE. Quare primogenitũ mutilum prohibet offerre? Ab animalib. rõne carẽtib. inſtruit homines ratione præditos, cõſummatæ debere eſſe ſapiẽtiæ ad omne opus bonũ apparatæ.

Quæſt. 14.

F

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 De primogenitis. *Deſtituta idolatriæ quantum ad occaſionẽ, hic reuertitur ad determinationem latriæ excludendo quandam cupiditatem occaſione latriæ aliqualiter contingentem. Et primo facit propoſitum, ſecundo remouet quoddam dubium, ibi:* Hoc ſolum. *Circa quod ſciendum, quod ex eo tempore quo dominus percuſſit primogenita Aegyptiorum tam in hominibus quam in animalibus, omnia primogenita filiorum Iſrael fuerunt obligata domino & ſanctificata, vt habetur Exod. xiij. & in pluribus alijs locis. Veruntamen aliqui cupiditate ducti volebant inde trahere vtilitatem ſuam, vtpote in primogenito bouis arando, & primogenitum ouis tondendo, antequam offerentur, ideo iſtud probibetur hic, & patet litera. Et dicit hic Rab. Sa. quod idem eſt intelligendum de oue, quæ offerebatur pro primogenito aſini, vt habetur* Exod. xiij. *quia debebat offerri cum lana.*

2 Sin autem. *Id eſt defectum alicuius membri ſeu aliquam aliam deformitatem, propter quam non deberet domino offerri, cui meliora ſunt offerenda, & ne diuinus cultus veniret in contemptum ex oblatione talium defectus habentium, & per conſequens vilium & contemptibilium tale primogenitum licite poterat comedi extra Ieruſalem, in oppidis & ab immundis hominibus ſicut & a mundis.*

3 Quaſi caprea, &c. *Id eſt ſicut de illis comedunt homines abſq; hoc quod faciant inde aliquam oblationem domino, nec redemptionem, ſic et de iſtis. Tamen diſtinguendum eſt, quia ſi talis macula inerat primogenito animali a natiuitate, comedebatur abſque oblatione vel redemptione aliqua, quia nunquã fuerat obligatum domino, ex quo nunquam fuerat immolatitium. Si aũt poſt natiuitatẽ ſuperuenerat, tunc aut erat curabilis, aut non. Si curabilis, debebat poſt curationẽ offerri, ſi incurabilis poterat redimi, quia erat obligatum domino ante euentum maculæ, & hæc diſtinctio accipitur ex ſententia Rab. Sa. hic & xvij. cap.*

4 Hoc ſolum. *Quia carnes talium licite comedebantur in oppidis, abſque redemptione in caſu prædicto, propter hoc aliqui forte poſſent credere, quod eſus ſanguinis ipſorum eſſet licitus, propter quod hoc excluditur hic ſpecialiter, quia nec in vilibus animalibus erat conceſſus, ſed generaliter prohibitus.*

✱ CAP.

## MORALITER.

✱ 1 *De primogenitis tuis quæ naſcuntur in armentis & ouib.* De primogenitis iſtis duplex ſenſus myſticus ponitur a doctoribus. Vnus eſt ꝙ per primogenitã ſignificantur bonorum operum initia. Et de iſtis dicitur.

† *Quicquid ſexus etc.* Quia quicquid eſt ibi perfectionis, debet Deo attribui, ſexus. n. maſculin⁹ perfectus eſt, ideo ſignificat perfectionem Deo attribuendam.

2 *Sin autem habu. ma.* Per quod ſignificatur, quod ſi in operib. noſtris bonis defect⁹ aliqs ſit admiſtus, attribuẽdus eſt noſtro defectui. Oſee xiii. c. *Perditio tua Iſrael, ex me tantũ auxilium tuũ.* Alius ſenſus myſticus eſt, ꝙ ꝑ primitiua ſignificantur hoĩes de nouo cõuerſi incipientes ſeu neophyti, & de iſtis dicitur.

† *Non operaberis.* Quia prædicti incipientes noui non debent operi doctrinę vel ꝓdicationis ſignificato ꝑ opus bouis applicari, nã ad opus doctrinæ ſeu prędicationis requiritur maturitas & firmitas. Quòd aũt per agriculturam, quæ eſt opus bouis, ſignificetur prædicatio & doctrina habetur 1. Cor. 3. b. vbi dicit Apoſtolus: *Dei adiutores ſumus, Dei agricultura eſtis.*

† *Non tondebis.* Per qđ ſignificatur, ꝙ opera bona neophytorum non ſint exterius denudanda, ne ꝑ manẽ gloriã amittantur. Grego. Primogenita ouium tõdere, eſt occultationis tegmine inchoantium bona nudare. Solis autem firmis & perfectis dicitur illud Matth. 5. b *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cælis eſt.*

✱ MORA-

## ADDITIO.

*In cap. xv. ubi dicitur in poſtil. Ad hoc igitur amouendum, ſeptimus annus remiſſionis in lege inſtitutus eſt, &c. Licet communiter teneatur apud Hebræos, quod in anno ſeptimo totaliter remittebantur debita,*

debita, ſic quod etiam poſt tranſitum illius anni ſeptimi non poſſent repetere: et tamen hoc non videtur rationi conſonum, quia ſic, ſi aliquis accommodaret proximo ſuo pecuniam, vel aliquid huiuſmodi in anno ſexto vel prope finem anni ſtatim intrante anno ſeptimo erat remittenda, quod videtur contra æquitatem iuſtitiæ, ſecundum quam homo tenetur reddere mutuum: vnde Pſalm. 36.d. Mutuabitur peccator & non ſoluet. Nec valet dicere quod hæc remiſſio intelligitur quo ad impotentes ſoluere tantum, prout poſtillator videtur dicere, tum quia ſcriptura indiſtincte loquitur dicens: Cui debetur aliquid ab amico vel proximo vel fratre ſuo, repetere non poterit, quia annus remiſſionis eſt domini, non diſtinguens de potente vel impotente, tum quia ab impotente non ſolum anno ſeptimo, ſed etiam in alijs temporibus non erat debitum repetendum. Dicitur enim infra: Si vnus de fratribus tuis, &c. ad paupertatem venerit, non indurabis cor tuum nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere proſpexerit. Vnde circa hoc aliter videtur dicendum. Ad quod ſciendum quod in Hebræo vbi nos habemus: Septimo anno facies remiſſionem: eſt quædam dictio quæ ſonat ſubtractionẽ, & eſt ſenſus quod in toto anno ſeptimo non poterant debita repeti. Cuius ratio eſt, quia ſeptimus annus erat ſabbathum terræ, in quo non licebat ſeminare agros, nec vindemiare nec colligere fructus terræ, ſed omnia quæ ſponte naſcebantur erant communia quibuſlibet hominibus, & etiam beſtijs, vt habetur ſupra Leui. 25. vnde in tali tempore debebat ceſſare exactio debitorum ceſſante collectione fructuum & redituum. Sed ſabbatho terræ, ſcilicet anno ſeptimo tranſacto, cum iam poterant terras colere, & fructus ſuos vnuſquiſque colligere, licitum erat debita repetere, & etiam debitor, ſi eſſet potens, tenebatur reddere, cum reſtitutio debiti pertineat ad veram iuſtitiam. Ad hanc ſententiam facit quod ſequitur in litera de hac materia. Caue ne forte ſurrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat ſeptimus annus remiſſionis, & auertas oculos a paupere fratre tuo, nolens ei quod poſtulat mutuum commodare. Si enim in ſeptimo anno fieret talis remiſſio, vt prædicti intelligunt, quare diceretur impie cogitare ille, a quo per menſem vel aliquod breue tempus ante ſeptimũ annum mutuum poſtularetur, ſi a mutuatione retraheretur, cum hoc iam non eſſet mutuatio, ſed mera donatio, quæ non in tanta quantitate ſolet dari ſicut mutuum? Facit etiã pro prædicta ſententia, quod infra in eodem c. dicitur. Cũ tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, ſex annis ſeruiet tibi, & ſeptimo anno dimittes eũ liberum. non enim dimittebantur in anno ſabbathino terræ, ſed poſtquam ſeruiſſet per ſex annos integros, & ideo reddens rationẽ, quare dominus ſerui non deberet grauiter ſuſtinere hanc dimiſſionem dicit. Quoniam iuxta mercedẽ mercenarii per ſex annos ſeruiuit tibi. Ex quo patet, quod ſi poſt breue tempus ſeruitutis præciperetur liber dimitti, eſſet quid durum & graue, non ergo minus durum eſt totaliter debitum dimittere, quam ſeruum emptum liberare. Quia tamen iſta lex remiſſionis debitorum ſic intellecta, ſicut Hebræi intellexerunt eſt intolerabilis, per quam penitus claudebatur via ad mutuandum, idcirco Thalmudici antiqui quoddam fecerunt ſtatutum, per quod lex prædicta totaliter euacuabatur, & ſic impletur dictum Chriſti Matt. 15. a. Irritum feciſtis man. Dei, &c.

REPLICA. In capit. 15. cum poſtillator remiſſionem debitorum verius dilationem in anno ſeptimo exponeret de impotentibus ſoluere, ſicut & ſupra expoſuit Leuit. 25. Burgen. ibi & hic dicit huiuſmodi expoſitionem non habere fundamentum pro eo, quia vt dicit, ſcriptura indiſtincte loquitur de potentibus & impotentibus. Hic dico ſaluo meliori iudicio, quod fundamentum expoſitionis poſtillatoris ſtat in recta ratione. Recta enim ratio hoc exigit, vt potens ſoluere ſoluat ſine dilatione, non enim ſine fraude ad annum remiſſionis differret, ſi ſoluere poſſet. Quod ſi non poſſet, nã potens non eſſet, & ſic ſequeretur quod potens de hoc caſu non eſſet potens, quæ eſt contradictio. Vnde etſi litera loquatur indiſtincte, oportet tamen & ratione recta de impotentibus ſpecialiter intelligi, alias ſi potens eſſet ad ſoluendum & differret daretur occaſio non mutuandi, imo & potens in anno remiſſionis tenebatur ſoluere, quamuis mutuãs non potuit rem ſuam aggrauantur exigere. Ille igitur annus erat pro impotentibus, a quibus non potuit illo anno quicquam repeti, nec per eos oportuit propter impotentiam aliquid ſolui. Potentes autem & illo anno & quolibet alio ſolutionem ſine fraude differre non potuerunt. Nec valet quod Burgen. dicit, quod ab impotente nec illo nec quocunque alio anno repeti debitum poſſet, quia ſic daretur via pauperibus non mutuandi, ſed ſolum pauperes reciperent per modum donationis, & ſequeretur ſeptimum annum non ſolum dilationis eſſe, ſed totalis remiſſionis, cuius oppoſitum Burgen. nititur oſtendere hic contra Iudæos. Nec textus quem Burgen. allegat, eſt ad ſui propoſitum, quia textus ille dicit omni tempore mutuandum neceſſitatem patienti, non prohibet repetitionem niſi in anno ſeptimo, qui dicebatur remiſſionis pro illo anno, quo completo, repetitio fieri potuit, vt habetur a Scholaſtica hiſtoria ponente differentiam inter annũ iubileum, & remiſſionis. In illo namque remittebantur debita, in iſto differebantur.

## CAP. XVI.

1 OBSERVA menſem † nouarum frugum
et verni primum temporis, vt facias phaſe do-
mino Deo tuo, quoniam in iſto menſe edu-
xit te dominus Deus tuus de Ægypto [a Mundo.] nocte.
2 Immolabiſque phaſe [Agnum.] domino Deo tuo de
ouibus, et de bobus, in loco quẽ elegerit dominus Deus tuus, vt

a Simplicitatis. b Operationis. c In eccleſia.

A CAP. XVI. a Obſerua menſem. Quia in eo manipuli ſpicarum, id eſt primitiæ p ſacerdotẽ offerebãtur dño. Menſem primũ, ſcilicet Hebræorũ, qui apud eos נִיסָן niſan, apud Græcos quoq; ξανθικός, apud Latinos Aprilis dicitur, in quo agnus paſchalis occidebatur. b Eduxit te. Myſticè. Nos quoque de Aegypto huius mundi liberati, nouum hominẽ induti, in nouitate vitæ ambulemus, primitias bonorum operum conſecrantes, & phaſe, id eſt, trãſitum bonum celebrantes, vt relicta Aegypto ad terram promiſſionis veniamus.

c Et de bobus in loco. AVGVSTINVS. Boues addit, cum de oue tantum præceperit, quam iuſſit accipi & ouibus & hædis vel capris, propter Chriſtum, qui ſecundum carnem ex iuſtis fuit & peccatorib. Nõ enim ait ex ouibus vel capris, ſed ex ouibus & capris, licet proprie non intel-

Myſtice.

D † Al. Apri... quo... naſc...

Quæ...

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XVI.

B 1 OBſerua menſem. Hic declarãtur præcepta quæ ordinant hominem ad Deum ex conſideratione temporis. Circa quod ſciendum, quod trib. temporib. in anno celebrabant Iudæi feſta ſolennia, videlicet primo mẽſe feſtũ phaſe, pp beneficium egreſſionis de Aegypto, et tertio menſe feſtum pentecoſtes, propter beneficium legis datæ, & ſeptimo menſe feſtum tabernaculorum, propter beneficium conſeruationis ipſorum in deſerto xl. annis, quibus Deus prouidit habitantib. in tabernaculis. Primo ergo agitur de primo feſto, ſecundo, de ſecũdo, ibi. Septẽ hebdomadas, tertio, de tertio, ibi. Solennitatem quoque tabernaculorum. Sciendum etiã, quod de iſtis tribus feſtis habentur plura Num. 28. & Leui. 23. & aliqua hic adduntur, & aliqua repetuntur. Quantum igitur ad primum feſtum dicitur.

Feſta ſolẽnia Iudæorum.

Diuiſio.

Obſerua menſem. Non quia tunc tempus eſſet meſſium, ſed quia circa 14. diem menſis primi in aliqua parte terræ promiſſionis aliquæ fruges propinquabãt ad maturitatem, & de illis colligebantur ſpicæ, de quibus fiebat manipulus, qui offerebatur in ſolennitate paſchali; & torrebatur, & tunc per confricationem grana excutiebantur, & de illis fiebat ſacrificium.

E

2 Immolabiſque. Non loquitur hic ſcriptura de immolatione agni paſchalis, de quo poſtea agetur, ſed de alijs ſacrificijs quæ offerebantur in illa ſolennitate, quorum aliqua offerebantur a tota communitate, quæ determinantur Num. 28. Aliqua vero offerebantur a perſonis ſingularibus ex deuotione, & talia non cadunt ſub numero determinato, quia in talib. cuilibet permittebatur facere ſuam voluntatem, ſequitur.

### MORALITER.

✻ 1 Obſerua menſem. Hic replicat Moyſes de tribus ſolennitatibus, ſ. paſchæ, pentecoſtes, & tabernaculorum, de quibus actum eſt ſupra, Leui. 23. Primum autem illorum figura fuit reſurrectionis Chriſti paſſi, qui eſt paſcha noſtrum ſicut dicit Apoſtolus 1. Cor. 5. c. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: itaque epulemur, non in fermento veteri neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Igitur per ſeptẽ dies azymorum ſignificatur totum tempus noſtrum, eo quod ſeptem dieb. reuoluitur vt dicit Grego. Homil. 5. & iſte ſeptenarius debet deduci ſine fermento malitiæ & nequitiæ, & in azymis ſynceritatis & veritatis, & tunc reuertemur in tabernacula noſtra, id eſt ad manſiones patriæ cœleſtis, ſicut filii Iſrael celebrantes ſeptem die. phaſe ad loca ſua reuertebantur. De ſecundo feſto, ſcilicet pentecoſtes dicitur.

C

F

✻ 11 Septem

A intelligatur ouis ex capris, ne Iudæi dicerẽt ſubaudiendũ eſſe caprũ. Quare ergo additi ſunt boues, an propter alia ſacrificia, quæ diebus azymorum ſunt immolanda.

a *Panem fermen.* Corruptã doctrinam, vel veterem conuerſationem. vnde: *Epuletur in azymis, non fermento veteri, &c.* Cor. 5. c.

b *Septem.* Toto tempore præſentis uitæ. Sicut illi ſeptem diebus azyma comedebant, ſic nos pure & ſimpliciter ſeptẽ diebus huius vitæ conuerſemur quib. quotidie agnus occiditur, & paſcha celebratur, ſi innouati nihil ex ueteri corruptione retinemus, Quid enim eſt aliud fermentum, quam naturæ corruptio? Fermẽ- B tatum enim recedit a naturali dulcedine, & corrumpitur adulterino rancore.

c *Non ap. Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, &c.* quaſi relinquite veterem hominem, & induite nouum. 1. Cor 5. c. Eph. 4. f.

d *Non remanebit.* In C hac vita omnia ſacramenta dominicæ incarnationis perſcrutanda, & cuncta præcepta eius implenda ſunt, antequam mane, id eſt finis ſeculi adueniat.

festinatione. fermẽtũ. pernoctẽ fermentũ festabis.

a habitet nomen eius ibi: Non comedes in eo panem fermen-
Tota præſenti vita.
b tatum. Septem diebus comedes abſque fermento afflictio-
a Qui in valle lachrymarum.
nis panem, quoniam in † pauore egreſſus es de Ægypto, vt 1
memineris diei egreſſionis tuæ de Ægypto omnibus diebus
c vitæ tuæ. Non apparebit † fermentatum in omnibus terminis
d tuis ſeptem diebus, & non remanebit * de carnibus eius, quod 2
a Vſque in diem ſeculi.
e immolatum eſt veſpere, in die primo vſque mane. Non po- 3
a Congregationum ſcil. Iudæorum, hæreticorum, atque Gentilium.
teris immolare phaſe in qualibet vrbium tuarum, quas domi-
a Subiecturus. b Eccleſia. c Gratia ſua. d Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, &c. Ioan. 5. c.
nus Deus tuus daturus eſt tibi, ſed in loco quem elegerit do- 4
minus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Immolabiſque 5
a Chriſti. b Mortem. Mundo.
f phaſe veſpere ad ſolis occaſum, quando egreſſus es de Ægy- 6
Eccleſia.
pto, & † coques & comedes in loco, quem elegerit dominus 7
g Deus tuus, maneque conſurgens vades in tabernacula tua. 8
In tota laborioſa vita. a Syncceritatis & veritatis. Non in fermento veteri, &c. b Requieuit Deus die ſeptima. Sanctorum.
h Sex diebus comedes azyma, & in die ſeptima, quia collecta 9
a Seruile. b Quibus finitis aduenit ſpiritusſanctus.
i eſt domini Dei tui: Non facies opus. Septem hebdomadas 10
a Hoc Iudæi nec ad literam, nec ad ſpiritum cuſtodiunt. 11
numerabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem miſeris, 12
a In quo ſuſcipietis ſpiritumſanctum.
& celebrabis diem feſtum hebdomadarum domino Deo 13

e *Non poteris.* In vna domo agnus paſchalis editur, & in uno loco phaſe immolatur, i. in catholica eccleſia, extra illam nõ recte paſcha celebratur. Vetat celebrare myſteria Chriſti in conuenticulis hæreticorum.

* PROCOP. Vnicus enim locus eſt & vrbs vnica, vniuerſalis inquã eccleſia, quæ legitimos quoque ſacrificos habet. Qui- D ſane honorẽ non ſibi rapiũt, quemadmodum eccleſiæ detertores facere ſolent, qui taurorum quorundam contumaciũ inſtar ſuis ferunt placitis. Hæc igitur ciuitas ſola ad paſchatis immolationẽ eſt idonea. Hæreticorum enim ſpeluncæ iuxta legem repudiãtur. In Aegypto itaque ſolũ agnum mactare eis eſt præceptum.

Extra eccleſiã oblatum nil valet ſacrificium.

f *Veſpere ad ſolis.* Nouiſſima ætate mundi quando verus ſol in paſſione occubuit, & Aegyptiacam captiuitatem ſoluit, cum paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

g *Vades in tabernacula.* Peracto ſeruitio domini mane reſurrectionis trãſibimus in æterna tabernacula: vt quieſcamus ab oĩ labore, lętantes de pcepta retributione. F

h *Die ſeptima.* Aeterna requie quã ſeptenarius ſignificat, propter ſabbathum ubi nullus labor, nulla operandi ratio.

i *Septem hebd.* In Leuitico plenius. Numerabis ergo ab altero die ſabbathi ſeptem hebdomadas plenas uſque ad alterã diẽ expietionis hebdomadæ ſeptimæ.

AVG. *Septem hebdomadas, &c.* Si ab vniuerſo populo hęc pẽtecoſte iuſſa eſt obſeruari, nũquid oẽs credendũ eſt vno die falcẽ iuſſos mittere in meſſem? Si autẽ ſibi quiſq; obſeruat iſtã quinquageſſimam, dinumerans ab illo die quo falcẽ mittit, non vna eſt vniuerſo populo. Illa vero vna quæ computatẽ ab immolatione paſchæ uſque in diem datæ legis in Sina. Queſt. 25. F

Nos

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Quoniã. *In Hebræo habetur:* Subito *vel* feſtinanter egreſſus es de Aegypto, *& propter hoc tunc comederunt azyma, quia fermentare non poterant Aegyptijs cogentibus eos exire, vt habetur* Exod. xij. 2 Et non re. *Scilicet agni paſchalis, de cuius carnibus nihil debebat remanere vſque mane, vt habetur Exod. xij.* 3 Non poteris immo. *Hoc præcipiebatur ad euitandum occaſionem idolatriæ, quia ſub prætextu huius & occaſione poſſent fieri aliæ immolationes pertinentes ad idolatriam, & ut cũ maiori reuerentia fieret iſta immolatio in ciuitate electa ad diuinum cultum, & hoc eſt quod dicitur.*
4 Sed in. *Et accipitur hic locus pro tota ciuitate Ieruſalem, quæ fuit electa a Deo ad cultum diuinũ, quia in qualibet domo poterat immolari, dum tamen haberetur numerus animarum, quæ ſufficerent ad eſum agni, vt dicitur* Exod. xij. *Debebat etiam poni de ſanguine ſuper utrunq; poſtem, & in ſuperliminaribus domus ubi comedebatur quod nõ põt intelligi de domo tẽpli, quia ibi nihil ponebatur de ſanguine agni.*
5 Ad ſolis. *Id eſt poſt declinationem ſolis.* 6 Quando. *Non quod illa nocte egreſſi fuerint filij Iſrael de Aegypto, ſed quia ipſa immolatio erat quædam præparatio ad exitum, & quia illa nocte ſe præparauerunt ad exitũ, & mane ſequẽti egreſſi ſunt, vt habetur Exo. 12.*
7 Et coques & co. *De modo coquẽdi & comedẽdi habetur Exo. 12.*
8 Maneq;. *Hic accipitur mane ſecundæ diei, prima autem dies incipiebat a veſpera 14. diei primi menſis, & terminabatur in primo ueſpere 15. diei, & tota die illa & nocte ſequenti debebant remanere in Ieruſalem, & mane ſequenti poterant recedere qui vellent.*
9 Sex diebus co. *ſupra eo. ca. dicitur:* Non apparebit fermẽtatũ in omnibus terminis tuis ſeptem diebus. *Ad hoc ſoluẽdũ dixerũt aliqui Hebræi, quod dies ſeptimus non eſt de præcepto, ſed qui volebãt, comedebant azyma. Dicunt etiam quod nec alij ſex dies ſicut nec ſeptimus, ſed ſolũ veſpere primæ diei in qua immolabatur agnus. Sed hoc videtur contra tex. Exod. 12. ca. vbi ſic dicitur:* Quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſrael a primo die vſq; ad ſeptimam diem. *Et ideo dicendum quod per hoc quod dicitur hic: Sex diebus comedes azyma, nõ excluditur ſeptimana ab iſta obſeruatione, quia ſenarius includitur in ſeptenario, & qui obſeruat ſeptenarium obſeruat ſenarium. Diſtinguitur tamen hic dies ſeptima, quia erat celebrior quinque præcedentibus, quia prohibitum erat opus ſeruile in illa ſicut & in prima, vt habetur* Nume. 28. *non autem in intermedijs, & hoc eſt quod ſubditur:* 10 Et in die ſeptima, &c. *Quia dicitur hic collecta, dicunt aliqui quod illa die fiebat collecta pro ſuſtentatione pauperum, ſicut in Septembri fiebat collecta pro neceſſarijs ad vſum ſacrificiorum templi. Sed hoc non videtur bene conſonum ei quod iam prædictum eſt ſcilicet quod ſecunda die habebant licentiam recedendi qui vellent. Si autem illo tempore fieret collecta pro pauperibus, probabilius videtur, quod deberet fieri ante receſſum populi, vnde in Hebræo habetur: In die ſeptimo retentio eſt domini Dei tui, quod exponitur pro retentione ab operibus ſeruilibus ſecundum Hebræos, quæ illo die prohibentur fieri, vt patet in litera. Tranſlator autem noſter accepit pro retentione populi ad collectam faciendam, ſeu pro retentione pecuniæ ſic collectæ, & ideo tranſtulit collecta. Primus tamen modus dicendi communior eſt apud auctores noſtros. Poteſt etiam dici, quod dies ſeptimus erat collectæ dies, eo quod tunc numerabatur pecunia, & reponebatur in theſauro templi, quę tamen pecunia fuerat recepta ab offerentibus a principio feſti.* 11 Septem hebdo. *Hic agitur de ſolennitate pentecoſtes quæ celebrabatur 50. die a ſolẽnitate paſchæ, & hoc eſt quod dicitur:* Septem hebdomadas, *quæ faciunt 49. dies*
12 Ab ea die. *Id eſt a die paſchę, non quia tunc inciperet meſſis frugũ, vt prædictum eſt, ſed quia tunc ſecabantur fruges magis appropinquantes ad maturitatem.*
13 Et celebrabis diem feſt. *Scilicet penteceſtes die immediate ſequenti ſeptem hebdomadas prædictas, & illa erat quinquageſima dies a die paſchę.*

* 1 Et

MORALITER.

* 11 *Septem hebd.* Per quas figurata fuerunt ſeptem dona ſpiritusſancti, quæ datus fuit in pentecoſte noſtra apoſtolis, aliiſq; diſcipulis in ſigno viſibili. De tertio vero feſto dicitur.

* 3 *Solen.*

☞ Nos quoq; celebramus pentecoſten, id eſt aduentum ſpiritusſancti, qui eſt digitus Dei quo ſcripta eſt lex in tabulis.
A

a *Solennitatem.* Qui ut tabernaculo præſenti mundo vtitur, feſtiuitatem agere, & lętari in eo poteſt, propter futuri expectationem. *Quia ſi terrena domus huius habitationis diſſoluatur, habebit domum non manufactam in cælis.* (1.Cor.5.a.)

b *Quando.* Conſummata perfectione omnium bonorum & multarum collectione uirtutum, lætandũ & exultãdum eſſe cũ amicis ſignificat. Cũ exultabit quiſque de percepta retributione, qui hic largus fuerit in munere, tunc vere tabernaculorum ſolennitas agetur, nõ mutabiliũ ſcilicet ſed æternorum. vnde: *Vt recipiant vos in æterna tabernacula.* (Luc.16.c.)
B

c *Maſculinum.* Non fœmineũ, nihil enim molle, fragile, & infirmum in noſtra conuerſatiõe debet eſſe, fortia quæq; a nobis exigit Deus. Si autem in fide trinitatis patris & filij & ſpiritusſancti æternæ mercedis reſpectu tẽpore præſentis vitæ bonis operibus inſudamus, maſculum in conſpectu domini ſtatuimus. (†Exo.23.b & 34.c. Eccl.35.a. De con.d. 1.c. omnis Chriſtianus.)
C

Cui omnia debes. a Hilarem datorem diligit Deus.2.Cor.9.b. b Operationis propriæ.
tuo, oblationem ſpontaneam manus tuæ, quam offeres
Multiplicationem bonorum operum. a In azymis ſynceritatis & veritatis. b Beneplacens.
iuxta benedictionem domini Dei tui, & † epulaberis coram 1
a Non eſt perſonarum acceptio apud Deum, Epheſ.6.b.
domino Deo tuo, & filius tuus & filia tua, & ſeruus tuus & ancilla tua, & Leuites qui eſt intra portas tuas: & aduena, & pupillus, & vidua, qui morantur vobiſcum in loco quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi, & recor- 2
daberis quoniam ſeruus fueris in Ægypto, cuſtodieſque ac-
a Non habemus hic manentem ciuitatem, Heb.13.c.
a facies quæ tibi pręcepta ſunt. Solennitatem quoque taber- 3
a Tu cum tuis.
b naculorum celebrabis per ſeptem dies, quando collegeris de area & torculari fruges tuas, & † epulaberis in feſtiuitate
a Paruulus & magnus ibi ſunt, & ſeruus & liber a domino ſuo. Iob.3.d.
tua, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus & ancila, Leuites
Eccleſiæ.
quoque & aduena & pupillus ac vidua, qui intra portas tuas ſunt. Septem diebus domino Deo tuo feſta celebrabis in loco quem elegerit dominus, benedicetque tibi dominus
Virtutum fructibus.
Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuũ
In fide trinitatis. Placens per bona.
tuarum, eriſque in lætitia. Tribus vicibus per annum appare- 4
c bit omne maſculinum tuum in conſpectu domini Dei tui in loco quem elegerit, in ſolennitate azymorum, & in ſolenni-
d tate hebdomadarum, et in ſolennitate tabernaculorum. † Nõ †
a In iudicio. b In cuius manus incidere eſt horrendum. Fructum laboris.
apparebit ante dominum vacuus, ſed offeret vnuſquiſque ſe-
a Tantum debet quantum poteſt. b Omne datum optimum deſurſum eſt, Iaco.1.c.
cundum quod habuerit iuxta benedictionem domini Dei
Eccleſiæ. Immobiles.
e ſui, quam dederit ei. + Iudices et † magiſtros conſtitues in 5
a Dictis apoſtolorum & prophetarum.
omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per 6
a Diuinæ legis.
ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum iuſto iudicio, † nec
a Vel prece vel pretio.
in alteram partem declinent. † Non accipies perſonam 7

d *Non apparebit.* ✲ GRE. NAZIAN. Non apparebis in cõſpectu meo vacuus, verum ſiquid pulchri ha bes, tecum feres. At nunc diuerſo modo nouus appare, ſic nempe vt totus immuteris. Vetera trãſierunt, ecce noua facta ſunt omnia. Huic feſto muneris loco præclaram mutationem offer, ac ne ſic quidem de te magni fieri ſentias, verum dic cũ Dauide: Hęc mutatio dexteræ excelſi. Nec uero hæc oratio eo pertinet, ut eodẽ ſemper in ſtatu maneas, ſed ut perpetuo ac laudabili motu agiteris, ac noua creatura ſemper ſis, quod quidẽ aſſequeris, ſi vel in peccatũ lapſus, ad bonã frugẽ te referas, uel cũ ex virtute aliquid geris, curſum adaugeas.
D

✲ GREGO. q.d. Qui promerẽdæ vitæ mercedem bene agendo non prouidit, in conſpectu domini vacu⁹ apparebit. vnde: *Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.* Ad examẽ quippe iudicii portãtes manipulos veniunt, qui in ſemetipſis recta opera quibus vitam merentur, oſtendunt.
E

e *In omnibus.* Vt aduenietes vndiq; ſtatim in introitu, paratos ☞ inue

d Non

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et epu. *Et adduntur quatuor titulo hominis facientis illud conuiuium cum dicitur, Filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, & quatuor titulo ipſius Dei curam habentis de pauperibus, ſ. Leuites & aduena, pupillus & vidua, vt patet in litera*

2 Et recorda. *Et per conſequens obligatus es ad ſeruiẽdum Deo, ideo ſubditur:* Cuſtodieſque, &c. *& patet.*

3 Solennitatem. *Hic agitur de feſto tertio quod celebrabatur in ſeptembri collectis frugibus anni, de cuius ſacrificijs & oblationibus determinatur* Num.xxviij. *& Leuit.xxiij. & patet litera, poſtea recolligit de tribus ſolennitatibus prædictis dicens.*

4 Tribus. *Scilicet in tribus feſtiuitatibus prædictis, veruntamen illis qui erant longe a Ieruſalem, parcebatur de duobus feſtis ſcilicet tabernaculorum & pente. & patet litera.*

5 Iudices. *Poſtquam poſita ſunt præcepta quę ſunt quaſi concluſiones præceptorũ decalogi ordinantes ad Deum, hic conſequenter ponuntur illa quæ ſunt quaſi concluſiones ordinantes ad proximum. Ordo autem inter homines conſiſtit in diuerſis gradibus hominum bene inſtitutis, & ſeruatis. Primo ergo agitur de his quæ pertinent ad diuerſos ſtatus perſonarum ſublimiũ, ſecundo de his quæ pertinent ad ſtatus etiam vulgarium xix. cap. Circa primum agitur primo de iudicibus inferioribus, ſecundo de ſuperioribus 17. cap. ibi: Si difficile & ambigium, &c. tertio de regis inſtitutione ibi: Cum ingreßus fueris, quarto de ſacerdotum & Leuitarum ſuſtentatione 17. cap. in principio, quinto de prophetica reuelatione, ibi: Quando ingreſſus fueris. Circa primum deſcribitur iudicum inſtitutum, ſecundo officij executio, ibi:* Non plantabis. *Circa primum ſciendum, quod nulla ſocietas poteſt permanere abſque iuſtitia, etiam illorum qui oderunt iuſtitiam, vtpote latronum, quia niſi iuſte inter ſe furta diuidernnt, oriretur inter eos ſeditio, & ſic eorum ſocietas deperiret, propter quod in conſeruatione reipublicæ iuſtitia eſt maxime neceſſaria, ad quam faciendam hic per legem iudices ordinantur, cum dicitur:* Iudices. *& exponitur ly, et pro id eſt, cum dicitur.* Iudices & Magiſtros, *id eſt magiſtros peritos, quia iudices tales debent inſtitui, qui ſint in legib. & inſtructi, ſecũdum quas debent iudicare, aliter eßet ſimile acſi mitteretur artifex ad executionem operis abſque regula ſuæ artis. In Hebræo habetur; Iudices & exactores, ut uocentur iudices qui habent inquirere veritatem induſtria mentis & cautela uerborum, & dare ſententiam ſecundum inuẽta. Exactores vero qui caritatem inquirunt verberib. & afflictionibus, moderatis tamen, & exequuntur iudicum ſententent iam quia fruſtra daretur ſententia, niſi eßet qui eam exequeretur.*

Diuiſio.

6 In omnibus. *Id eſt in portis cuiuſlibet ciuitatis, non tamen in qualibet porta ipſius, hoc tamen fuit inſtitutũ, quia porta ciuitatis eſt locus communis ad quem poßunt accedere pauper ſicut diuites, & extranei ſicut ciues.*

7 Non accipies. *Loquitur iudicibus, ut non plus deferant in iudicio diuitibus & propinquis, quam pauperibus & extraneis.*

✲ 1 Nec

*MORALITER.*

✲ 3 *Solennitatem quoq; tabernaculorũ, &c.* Fiebat.n. iſtud feſtũ ĩ memoriam q dñs filios Iſrael habitare fecerat in tabernaculis procedendo p deſertum ad terrã promiſſionis, propter qđ figura fuit noſtræ peregrinationis in hac vita, q̃ tota decurrit per ſeptem dierum reuolutionem, vt prędictum eſt.

4 Tri-

4 *Tribus vicibus.* Per ſexũ maſculinũ, qui perfectus eſt, ſignificantur opera perfectionis, & per tres vices ſignificatur fides trinitatis. Per hoc igit̃ ſignificatur, q opera bona in cõſpectu dñi fieri debent in fide trinitatis. Per iſtum autem ternarium poteſt etiam intelligi deuotio cordis, oris, & operis.

† *Non apparebit, &c.* Scilicet a ſanctis meditationibus.

✲ 5 Non

inueniant, a quibus iuſta iudicia accipiant.

A a *Oculos ſapientum.* Apud homines, non apud Deũ, quibus dicitur: *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris.*

Eſa 5.c.

b *Iuſte.* GRE. Iniuſte quod iuſtum eſt exequitur, qui ad defenſionẽ iuſtitiæ non virtutis æmulatione, ſed amore præmii tẽporalis excitatur, & iuſtitiam quã prætendit, vendere non veretur. Iuſte ergo iuſtũ exeq. eſt in aſſertione iuſtitiæ ipſã iuſtitiã quærere. *Sunt viæ quæ videntur hominibus iuſtæ, &c.* Et: *Væ qui iuſtificatis vos corã hominibus.*

Li.10. Moral.ca. 19.

b peruertunt vel deſtruunt

Prou.14.b

Luc.16.d.

Quæſt.16 * THEODO. Quid eſt: iuſte perſequeris quod iuſtũ eſt? Iuxta viri iuſti intentionem, inquit, non ob bonam gloriã neq; propter humanũ aliquod emolumentũ, ſed ipſius boni gratia. Sunt enim quidam qui animo quidẽ nihil faciunt quod iuſtum eſt, tamen propter eos qui re vera complectuntur, ſimulant honore ſe proſequi quod iuſtum eſt.

c *Non.* Occaſionem idololatriæ amputat. Solebant enim gẽtes in lucis immolare, & in delubris ſtatuas adorare.

D d *Lucum.* ISID. Nemus, frondentes arbores infructuoſæ, ſola delectatione viſus plantatæ, Gentiles ſunt, qui rationem ſuam verborum decore componunt, vt non auertant a vitiis ſed delectẽt. Nos autem circa altare Dei id eſt dominicam fidem, nihil in verbis infructuoſum, nihil illecebroſum cõponimus, ſed purã veritatis ſciẽtiã prędicamus. vnde: *Non in doctis humanæ ſapientię verbis, ſed in doctrina ſpiritus & veritate.*

e *Iuxta.* Myſti. Iuxta altare fidei prohibet infructuoſitatem otioſi ſermonis vel prauorum operum, & obſcuritatem ignorantiæ, nec permittit fictionẽ falſitatis vel erroris veritati catholicæ ſociare.

a nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & 1
(a Non durius æquo nec remiſſius. — Alias exequeris.)
b † mutant verba iuſtorum. Iuſtè quod iuſtum eſt perſequeris, vt viuas, & poſſideas terram, quam dominus Deus tuus 2 3
(In æternum. — Viuentium.)
(a In futuro. — Gratis. Vnde: Gratia autem Dei vita æterna eſt, Rom.6.d. — b Pulchram philoſophorum facundiam, ſed inanem.)
c dederit tibi. Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta 4 5
d (a Myſterium paſſionis vel incarnationis Chriſti. Quaſi, non diſputabis de myſterijs Chriſti ſecundum argumenta ſapientiæ ſecularis.)
e altare domini Dei tui, nec facies tibi atque conſtitues † ſtatuas, 6
quæ odit dominus Deus tuus. Non immolabis domino Deo 7
(a Fortiter operantem. — b Simplicem. — c Quodlibet peccatum quod fœdat cætera bona.)
tuo bouem & ouem, in quo eſt macula, aut quippiã vitii, quia abominatio eſt domino Deo tuo.

† ſtatuam.

B
## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Nec. *Quia cupiditas ratione accepti muneris trahit extra limites ſuos iudicium rationis.*

2 Et mu. *Quia os conformatur cordi, eo quod voces ſunt notæ, id eſt ſigna earum paſſionũ quæ ſunt in anima, vt dicit Phil.1. Petri her. & ſaluator Lucæ 7.g.* Ex abundantia cordis os loquitur.

3 Iuſtè quod iuſtũ eſt perſe. *Quia modus pcedẽdi debet eſſe iuſtus.*

4 Vt uiuas & poſſideas terram. *Hoc non ſolum refertur ad iudices ſed etiam cum hoc ad communitatem populi quæ per exercitium iuſtitiæ in bono ſtatu diu conſeruatur.*

5 Non plan. *Hic ponitur officij executio. & primo ponitur caſus, ſecundo iudicij effectus xvij. cap. Circa primum ſciendum quod ponitur hic caſus pro exemplo, vt ſic fiat in aliis, & quia intentio legiſlatoris principaliter tendit ad deſtructionem idololatriæ, & latriæ inſtitutionem, vt patet ex proceſſu libri, & ideo pro exemplo ponitur caſus pertinens ad deſtructionem idololatriæ. Et etiam quia quicquid ad idololatriam pertinet eſt contra primum legis præceptum, ideo de hoc ponitur exemplum, cum dicitur:* Non plantabis. *Supra enim dictum eſt frequenter, quod in locis idolatriæ luci & arbores plantabantur, & ideo a loco cultus diuini talia prohibentur, ne ex aſſimilatione loci traherentur ad aſſimulationem facti, ideo ſubditur.* E

6 Nec facies. *Id eſt idolũ adorãdũ, ac ſi dicat, primũ ptrahit ad iſtud ſecundũ. Conſequenter ponitur caſus de latriæ inſtitutione, cũ dicitur.*

7 Non. *Quia in cultu latriæ debent offerri meliora.*

## MORALITER.

* 5 *Non plantabis.* Hoc fuit præceptum ad excludendum luxuriæ vitium, qđ exercebatur prope altaria idolorum, & per hoc ſignificatur ꝙ ſacerdotes noui teſtamenti, qui accedunt ad altare Chriſti & eorum miniſtri mũdi debent eſſe & caſti.

## ADDITIO.

In cap. 16. *vbi dicitur in poſtil. Et in die vij.* quia collecta eſt domini Dei tui. *Quod intelligatur feſtum cœtus vel collectæ dictum fuit in additione ſupra Leuit.23. uide ibi.*

*REPLICA. Et quicquid Burgen. tangit 16. cap. de feſto collectę, vide correctorium ſupra Leuit.23.*

## CAP. XVII.

a *Vmq; reperti ue.* lex errorẽ & idololatriam maxime deteſtãt: Maximũ .n. ſcelus eſt honorẽ creatoris impẽdere creaturę, qđ faciunt Gẽtiles vel mali catholici, qui licet ab eccleſia non recedãt, tamen magis inueniũtur per diuerſa vitia ſeruire diabolo, quã per bona opera militare Deo. Hos lapidib. iubet obrui, quos irreuocabilis ſententia damnãdos eſſe præuidit.

Mat.18.b Ioan.8.a. 2.Co.13.a. Heb.10.e. 1.Tim.5.d 2.Reg.3.5.1. 3.Reg.6.5.ſi

C

b *In ore duorum aut trium teſtium.* Atteſtatione ſcilicet legis, prophetarum & euangelii, ſecundum illud. Sermo quem locutus ſum, ipſe iudicabit eum in nouiſſimo die. In titulo quoque crucis tres linguæ teſtantur Chriſtum eſſe regem Iudæorum, Hebraica, Græca, & Latina.

Ioan.12.g

Ioan.19.d

## CAP. XVII.

a CVMQVE reperti fuerint apud te intra vnam 1
(a Eccleſiarum, quę ducunt ad cęlum.)
portarum tuarum, quas dominus Deus tuus
dabit tibi, vir aut mulier, qui faciunt malum 2
(a Etſi homines lateat.)
in conſpectu domini Dei tui, & tranſgre-
(Legem. — Recedentes a Deo.)
diuntur pactum illius, vt vadant & ſeruiant
diis alienis, & adorent eos, ſolem & lunam & omnem mili-
(Quæ militant creatori.)
tiam cæli, quæ non præcepit, & hoc tibi fuerit nuntiatum,
(a Nihil indiſcrete agens.)
audienſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris, et 3
abominatio facta eſt in Iſrael, educes virum ac mulierem, qui 4
(a Vbi celebrantur iudicia, ne ſine iudicio quis damnetur.)
rem ſceleratiſſimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ,
(a Diſtricta ſententia.)
b et lapidibus obruentur. † In ore duorum aut trium te- 5 6

a *Nemo* F

## NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVIII.

1 Vmque reperti fuerint. *Hic conſequẽter ponitur effectus iudicij, cum dicitur.*

Cumque reper. *Quia homines iudicant ea quæ patẽt, Deus aũt intuetur cor 1.Re.6. Et ideo omnino occulta diuino iudicio reſeruantur, quę autem aliquo modo patent, hominum iudicio committuntur.*

2 Vir. *Ita quod pro fragilitate ſexus non eſt mulieri parcendum in diuini mandati tranſgreſſione.*

3 Audienſque. *Quia non eſt procedendum ad ſententiam ſine diligenti examinatione pręuia, ſeu etiam ad infamiam denuntiatorum.*

7 Educes virum. *Vt in loco iudicij detur eis audientia antequam inferatur contra eos ſententia.*

5 Et lapidibus. *Poſt ſententiam data.*

6 In ore duorum aut. *Iſtud debet precedere prolationẽ ſententię.*

2 Vir. * 1 Si

A a *Nemo occi.* Tanta concordia eſt veteris ac no. teſta. vt neu-trum ſine altero ſit.
In humano iudicio primum diuinæ ſcripture auctoritas requirenda eſt.
b *Si difficile.* Sacerdotes eccleſiæ Dei inſtruit, ut iudicia eccleſiaſtica ſecundum poteſtatem ſibi a Deo datam reuerenter agant, & iuſte decernant, non ad libitum ſuum, ſed ſecundum legis decretũ, ne ſuſcipiendo perſonam mutent ſententiam. ✠ PROCOP. Hæc ad iudices in urbe pertinent. Cæterum illud, inter ſanguinem & ſanguinem, de pugna eſt accipiendum, qua ventũ eſt ad ſanguinem, ſeu vulnera, ſeu cæde a iudicibus relicta in controuerſia, quod ſignificat inter iudicium & iudicium. Atq; id cum per genus inferius enunciaſſet, & ad ſupremũ genus recurriſſet, per gen⁹ adhuc inferius id edicit, ac inquit, inter plagam & plagam. Veluti ſi quis in pugna familiarem ſuum attrectauerit, primoque plagam incuſſerit. Item inter litem & litem, veluti ſi rixæ fiant, quæ in quæſtionem aliquam forte legis, aut ad contumeliam tendant. Veniat, inquit, ad ſacerdotes Leuitas & iudicẽ, ſummus.n. Iudex Moſis figurã geſſit. Sacerdotes vero Leuitæ ſeptuaginta ſeniorũ, ad quos cauſas difficiliores referebãt. Conſonũ vero pręſenti loco illud quoq; eſt: Interroga patrem tuũ, & denũtiabit tibi ſeniores tuos & dicent tibi.

Queſt. 17. ✠ THEO. Si iudicando non poſſis inueſtigare verũ, aut probare ſit ne corpus leproſum, ne dãnaueris, neq; iudices ex cõiectura, ſed ad locum diuinũ confuge, & ſacerdoti rem expone, aut ei cui tunc deducendi populi cura cõmiſſa ſit, & quod ille iuſſerit, exequere. Quod ſi quis reſponſis pontificis obtẽperare noluerit, morte multetur.

B

C

[Left margin: † Qui filii ſint legi. c. per venerabilem. † plagã & plagam. † & cuſtodies facie da iuxta oĩa quæ docebunt te iuxta legem. Pſal. 5. d. † inf. 16. a.]

a Vnius teſtimonium nec legibus nec canonibus ſuſcipitur.
a ſtium peribit qui interficietur. Nemo occidatur vno con-
Non teſtis.
tra ſe dicente teſtimonium. Manus teſtium prima interficiet
Vt ſcilicet terreantur cæteri.
eum, & manus reliqui populi extrema mittetur, vt auferas
Hoc quoque in eccleſia ſeruandum eſt.
b malum de medio tui. † Si difficile & ambiguum apud te iu- 1
dicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cau- 2
a In ciuitate tua.
ſam & cauſam, † lepram & non lepram, et † iudicum intra 3
a Nota appellandi tribuit facultatem. Eccleſiam.
portas tuas videris verba variari, ſurge et aſcende ad locum 4
Gratia ſua. a Qui cuſtodiunt ſcientiam.
quem elegerit dominus Deus tuus, venieſque ad ſacerdotes 5
a Legitimos ſcilicet. Pontificem.
Leuitici generis, et ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæ- †
a In partem non declinantes. Obediendo.
reſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, et facies 6
Obedite prepoſitis veſtris. Hebr. 13. c.
c quodcunque dixerint, qui præſunt loco quem elegerit do-
d minus, † et docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſen- 7
e tentiam eorum, † nec declinabis ad dexteram vel ad ſini- 8
ſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis im-
perio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, † ex de-
Exemplum mali.
creto iudicis morietur homo ille, et auferes malum de Iſrael
a Sententiam. b Initium ſapientie timor domini. Pſal. 110. b. Illo punito.
† cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps in- 9
Promiſſionis.
f tumeſcat ſuperbia. Cum ingreſſus fueris terram, quam domi- 10
nus Deus tuus dabit tibi, et poſſederis eam, habitaueriſque in
Tu non ego. Non Deum, ſed hominem.
g illa et dixeris: Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent oẽs

D c *Iuxta.* Nota nõ dicit tibi, vt obedias, niſi iuxta legem docuerint. vnde: *Supra cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi.* Matt. 23.
d *Sequeriſque ſent. tiam eorum, &c.* ✠ PRO. Omnis enim qui ad iudicandum populum aggreſſus eſt, locum ſupremi legiſlatoris ac iudicis obtinet, quapropter inobedientię cõtumelia in Deũ redundat. Moritur uero, inquit, qſquis domini miniſtro rebellauerit. Dei enim aſſiſtentia ſeu approbatio honorifica eſt. Et ſi uitã agat ſe indignã, ſępe enim homo mente ſua excidit, tres tamen diuinas exequitur. Nec uero diuina aſpernãda propter humana ſunt, ſiquidem ſeruator nobis dicit, ſuper cathedra Moſis ſederũt ſcribæ & Phariſæi, cuncta igitur quæcunque vobis dixerint, facite, opera autem eorum æmulari nolite.

E e *Sacerdotis imperio.* Chriſti qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech, qui uicarios ſibi ſubſtituit, quibus ait: *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, &c.* Iure ergo damnationis ſuſtinet ſentẽtiam, qui contemnit diuinitatis potentiã.
f *Cum ingreſſus fueris, &c.* AVG. Quæri poteſt cur diſplicuit populus Deo, cum regẽ deſideraui, cũ hic inueniatur eſſe permiſſus. Sed intelligẽdum eſt merito non fuiſſe ſecundũ volũtatem Dei, quia hoc fieri non pręcepit, ſed deſiderantib. permiſit. Veruntamen præcepit, ne fieret alienus, ſed frater ex eodem populo indigena, non alienigena. Quod autem ait: Non poteris, intelligendum eſt non debebis.

[Right margin: Impr... ſacerd... vita... nõ au... † & qu... quid c... tentio... cauſę... a vo... quod... nun... bunt... Luc. 1... † vel i... ci. Quæſ... Regẽ... ſtitue...]

g *Conſtituam ſuper.* Vt habitatoribus terræ. Habitatores terræ conſtituunt ſibi regem contra Dei voluntatem.
✠ PROC. *Conſtituam, &c.* Nos.n. omni idololatria repulſa, impetuque ad fidem tanquam ad promiſſionis quandam terrã facto, unicum ducem eligere oportet, Chriſtum, iuxta illud quod F

c *Iuxta.*

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si difficile. *Hic agitur de ſuperioribus iudicibus, ad quos debet eſſe recurſus in dubijs & difficilibus, & ponuntur aliqua pro exemplo, cum dicitur.*
2 Inter ſanguinem, &c. *Hoc eſt quando vna pars iudicum dicit, ꝙ effuſio ſanguinis alicuius hominis eſt morte plectenda, quia reducitur ad homicidium voluntarium. Alia pars dicit õn, quoniam reducenda eſt ad homicidium caſuale.*
3 Cauſam & cauſam. *Scilicet quando vna pars iudicum dicit cauſam actoris eſſe iuſtam, alia autem cauſam rei.*
4 Lepram & non lepram. *Scilicet quando una pars dicit infirmitatem alicuius, alia non.*
Summus ſacerdos & iudex. 5 Surge. *In his caſibus & conſimilibus recurrendum eſt ad ſuperiores iudices ſcilicet ad ſummum ſacerdotem & iudicem populi Iſrael. Et aliquando contingebat, quod vtrunque officium in vnam concurrebat perſonam, ſicut patet de Heli qui fuit iudex & ſummus ſacerdos populi 1. Reg. iiij. ſed vt communius erant perſonæ diſtinctæ, ſicut & officia. Poteſt ergo intelligi iſte recurſus ad vtrunque coniunctim, & hoc erat in cauſis quæ non poterant terminari ab vno ſine alio, vt pote in ædificatione templi, qui non poterat fieri ſine poteſtate regia, nec diſponi abſque ſacerdotali ordinatione, uel diuiſim, vt in cauſis ſpiritualibus eſſet recurſus ad ſummum ſacerdotem, & in temporalibus ad iudicem. Et ex hoc inoleuit conſuetudo, quod ab inferioribus iudicibus eccleſiaſticis appellatur ad ſummum pontificem, & ab inferioribus principibus & iudicibus ſecularibus ad regem ſeu imperatorem.*
6 Qui indica. *Debent.n. eſſe magis inſtructi alijs, ita quod poſſint dirigere in dubijs.*
7 Sequeriſque. *Quia eſt ultima quantum ad omnes.*
8 Nec decli. *Id eſt motus commodo vel damno temporali. Hic dicit gl. Hebraica, Si dixerit tibi, quod dextera ſit ſiniſtra, uel ſiniſtra dextera, talis ſententia eſt tenenda, quod patet manifeſte falſum, quia ſententia nullius hominis cuiuſcunq. ſit auctoritatis eſt tenenda, ſi cõtineat manifeſte falſitatem uel errorem, & hoc patet per hoc quod pmittitur ĩ textu,* Indicabunt tibi iudicij veritatem, *poſtea ſubditur:* Et docuerint te iuxta legẽ eius. *Ex quo patet, quod ſi dicãt falſum, vel declinent a lege Deo manifeſte, non ſunt audiendi. Cætera patent uſq; ibi.*
9 Cunctuſque populus. *Pœna.n. mortis non infligitur ad correctionem illius qui ſuſtinet, ſed aliorum.*
10 Cum ingreſ. *Hic conſequenter agitur de regis inſtitutione. Circa quod ſciendum, quod illud quod dicitur hic.*

✠ 1 Eum

*MORALITER.*

✠ † *Venieſque ad ſacer. Leui. &c.* Per quod oſtenditur, quod Chriſtiani debent in dubiis, ad pontifices recurrere quãtum ad ſpiritualia, & ad principes quantũ ad temporalia, & eorum firmiter tenere ſententiã, niſi errorem contineat manifeſtũ.

✠ 1 Cumq;

A quod ab eo dictum eſt, Dauid enim inquit: Ego vero conſtitutus ſum rex ab ipſo ſupra Sion montem ſanctum eius. Quem cum Iudæi abdicaſſent, principem ſuũ creauerunt antichriſtũ, alienigenã alienũ q; a ſanguine Iſraelis.

a *Non multiplicabit ſibi equos.* ✻ THEODOR. Quare hoc? Vult eos ſoli Deo fidere. Quapropter beatus Dauid clamat. *Non ſaluatur rex per multam virtutem, &c. gygas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ, fallax equus ad ſalutem, in multitudine virtutis ſuæ non ſaluabitur.*

b *Non habebit, &c.* AVGVST. Manifeſtũ eſt Salomonem hoc præceptum tranſiſſe, Dauid autem plures habuit, nec præceptũ præterit. permiſſum eſt enim plures habere, non plurimas quæ

C alliciant animã multipli-

a In circuitum impij ambulant. Pſal. 11. b. b Gentes quæ tantum natæ, non renatæ. c Permittit non committit. d Magiſtrum vel ſacerdotem.

1 per circuitum nationes, eum conſtitues quem dominus Deus

a Aliquo iudicio ſicut Saulem. Canonica electione. b Non de aliena ſecta.

2 c Id eſt non debebis.

tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alte-

Alienigenam. Cognatione.

rius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus.

a Pompam & ambitionem ſeculi. Fallax equus ad ſalutem. Pſal. 32. d.

† a Cumque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec

3 a Exemplo dominatione, perſuaſione.

b Varium & mutabilem. c Mundi appetitum. d Multiplici ſuperbia & humana potentia vel mundana.

4 e Sicut puluis quem proijcit ventus, a facie terræ. Pſal. 1. b.

reducet populũ in Ægyptum equitatus numero ſubleuatus,

præſertim cum dominus præceperit vobis, vt nequaquam

a Sed per aliam viam, ſubaudi, reuertimini in regionem veſtram. b Solicitudines ſuperfluas.

b amplius per eandeam viam reuertamini. Non habebit vxores

5 a Etſi plures. b Alienigenas videtur tangere. c Auaritiam ſuggillat.

c plurimas, † quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri

6 a Vltra menſuram neceſſitatis. b Non adiumenta.

Portantem in infernum mergentia. c Qui es, grauitas, maturitas regum eſt.

7 immenſa pondera. Poſtquam autem ſederit in ſolio regni

a Ne ad voluntatem ſuam faciat, ſed ſecundum diuina præcepta. Ne alienæ.

ſui, deſcribet ſibi † deuteronomium legis huius in volumi-

8 a Vt nihil fucatum, nihil corruptum.

ne, accipiens exemplar a ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & ha-

9 Vſus reddit magiſtrum.

d bebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt di-

a Legendo. b Caſto timore. Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Pſal. 18. c.

ſcat timere dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & † cæ

a Ne corde intumeſcat.

remonias eius, quæ i lege præcepta ſunt. Nec eleuetur cor eius

10 Quæ ſequitur poteſtatem. a Amicitia vel odio vel qualibet occaſione, ſed regat in virga ferrea.

† e in ſuperbiã ſuper fratres ſuos, neq; declinet *in partem dexte-

† a Corporaliter, & ſpiritualiter.

f ram vel ſiniſtrã, vt longo tpe regnet ipſe & filii eius ſup Iſrael.

11

D plicare. Cum tamen additur, vt non eleuatur cor eius alienigenas habere prohibitũ eſſe vr̃ veruntamẽ multiplicatio uxorum generaliter prohibita eſt permiſſum eſt regi plures habere ſed nõ multiplicare, ne multiplicãdo perueniat ad alienigenas.

c *Neque argenti. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.* Matt. 6. c.

d *Legetque.* Nota quãta aſſiduitate legere debẽt ſacerdotes, cũ aſſidue legant reges. Lectio ipſa lux eſt & vita. vnde. *Verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt.* E

e *Superb.* Quaſi, ſciat ſe eſſe fratrẽ. Vnum patrem Deũ omnes habemꝰ, cui dicimꝰ, Pater noſter qui es in cælis, &c. Ioan. 6. g. Luc. 11. a.

f *Super.* Benedictio eſt regnare ſuper Iſrael, ſcilicet regnando facere Iſrael, ſcilicet Deum videntes. † ſtatura.

CAP. *a præcepto.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Eum conſti. *ſ. in regem, & non eſt præceptum, nec ſimplex conceſſio, quia ſic non peccaſſet populus Iſrael petendo regem, cuius cõtrarium dicitur 1. Regum xij. ſed eſt permiſſio quæ eſt de malo. Bonum enim populi conſiſtebat in hoc quod ſolus Deus regnaret ſuper eum eo quod erat populus pecularis Dei, veruntamen ſi importune regem habere vellent, permittebatur eis ſub conditionibus tamen. Prima erat quod eſſet de filijs Iſrael, quod notatur cum dicitur de numero fratrum tuorum. Secunda, quod non eſſet ſimpliciter ad uoluntatem populi, ſed per electionem Dei quod notatur cum dicitur.*

2 Quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum. *Et ſic factũ fuit de Saule primo rege, & de Dauid ſecundo, vt habetur 1. Regum x. & 16 Conſequenter deſcribitur conditio regis conſtituti cũ dicitur.*

3 Non multiplicabit ſibi equos. *Scilicet ad iactantiam, ſed ſolum ad decentiam ſui ſtatus & regni defenſionem.*

4 Nec reducet populum in Aegyptum equitatus. *præſumens acquirere terram illam.*

5 Non habe. *Non inhibetur regi ſimpliciter pluralitas vxorum, cum Dauid qui fuit ſanctus, ſex vxores habuerit, ſed quod non habeat in numero exceſſiuo, & potiſſime alienigenas. & hoc eſt quod notatur cum dicitur.*

6 Quæ alliciat *ſcilicet ad nimiam carnalitatem, & inde ad idolatriam, ſaltem aliqualiter, ſicut de Salomone accidit, licet eſſet ſapientiſſimus, de quo ſcribitur 3. Reg. xi. a.* Cumque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, ut ſequeretur Deos alienos. &c.

7 Neque argenti. *Id eſt, ad ſuperfluitatem, ſed ſolum ad neceſſitatem ſui ſtatus & regni defenſionem.*

7 Deſcribet ſibi *i. faciet deſcribi.*

9 Et habebit ſecum. *Dicunt* Hebræi, *quod debebat habere volumẽ duplicatum, vnum ad portandum ſecum. ut poſſet ibi frequenter legere, aliud ad reſeruandum in domo theſauri ſui tanquam quid pretioſum.*

10 Nec eleuetur. *Sicut accidit de Saule, propter quod fuit a domino reprobatus, & regnum ablatum a filijs eius 1. Reg. xiij.*

11 Vt longo. *Sicut patet de Dauid, propter cuius iuſtitiam regnum fuit ſibi & filijs eius a domino confirmatum, vt habetur 2. Reg. vij. & in pluribus alijs locis.*

✻ CAP.

MORALITER.

✻ † *Cumque fu. &c.* ſcilicet rex de quo loquitur.

3 *Non multiplicabit.* Ex hoc oſtenditur, qđ reges catholici non debent eſſe ſuperbi, nec lubrici, ne cupidi aut ignaui ſed humiles. Eccle. 3. c. *Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam,* Debent etiã eſſe continentes, liberales, & diuine legis zelatores, & iuſtitiã omnibus conſeruantes. Ideo ſubditur in fine.

† *Neque.* Propter fauorẽ vel vtilitatẽ tplẽ a iuſtitia declinãdo.

† *Vel ſini.* Ex afflictione peruerſa vel odio iuſtitiã ſubuertẽdo.

✻ MORA-

ADDITIO.

*In ca. xvij. vbi dicitur in po. Circa quod ſciendũ, ꝙ illud quod dicitur hic:* Eum conſtitues, *ſ. in regem, non eſt præceptum nec ſimplex conceſſio. Præceptum iſtud de conſtitutione regis non eſt permiſſiue intelligendũ, prout in poſt ſed eſt ſimplex conceſſio cũ conditionib. in litera ſcriptis. Nec ſequitur, quod ſi ſit conceſſio ſimplex, tunc non peccaſſet populus Iſrael petendo regẽ. Nam petierunt regem aliter quàm fuit ſibi conceſſum. Nec hoc quod ille populus erat pecularis Dei, ſequitur quod nõ deberat habere regem ſupra ſe, prout iſta amplius domino concedente tractabuntur in additione ſupra 1. Reg. 8. vbi poſtilla mouet quæſtionem, vtrum filij Iſrael peccauerunt petendo ſupra ſe regem.*

REPLICA. *In cap. xvij. vbi poſtillator literam de conſtitutione regis dicit nec ſonare præceptum, nec ſimplicem conceſſionem, ſed permiſſionem. Burg. dicit eſſe præceptum & ſimplicem conceſſionem cum conditionibus in litera poſitis. Et videtur Burg. duplicem intrare contradictionem. cum enim ſecundum eum ſit conceſſio, non erit præceptum: ipſe tamen dicit eſſe præceptum, cum tamen nullum uerbum præceptorium nec præcepto æquipollens in litera ponatur. Et cum dicit eſſe conceſſionem ſimplicem, videtur contradicere ei quod dicit conceſſionem ſub conditionibus, conditionata enim conceſſio ſimplex dici non poteſt. unde intuendo literam & poſtillatoris intentionẽ, occurrit quod locus iſte de regis conſtitutione ſit prænoſticus, & huic prænoſtico additur præceptum negatiuum de non conſtituendo extraneo, & cæteræ negatiuæ in litera poſitæ de nouo multiplicandis vxoribus & equis, &c. Illa enim ſola ſonat præcepta, ſed non ad intentionem Burg. Et quia Burg. hanc materiam remittit ad primi Reg. viij. vide ibi latum correctorium.*

A a CAP. XVIII.

Non habebunt. Et in veteri & in nouo teſta. miniſtris altaris pceptũ eſt de oblationib.& decimis viuere, nec terrenis poſſeſſionib. acquirendis ꝓceſſum eſt inhiare. vnde: *Nolite poſſidere aurum neque argentum, &c.* & poſt pauca. *Dignus eſt enim operarius cibo ſuo.* Et alibi: *Qui altario ſeruiunt cum altario participant.* Nõ enim oportet, vt qui ſemper altare debet officio diuino, inhiet terreno lucro cui Deus hæreditas eſt. Quid ergo deeſſe poteſt illi, qui omnia habentem habet.

Matt.10.a.
1 Cor.9.b.
†Nu.18.c
12 qō 1. c. clericus.

B b *Hæreditas.* Pro operatione bona, ut quod mente cõceperit, opere probet. unde: *Cœpit Ieſus facere & docere.*

Act.1.a.

c *Dabunt.* Quia in corporalibus ſolatiis & ſpiritualibus emolumentis deuote doctoribus noſtris communicare debemus. vnde: *Communicetis qui catechizatur verbo ei qui ſe catechizat ĩ omni opere bono.*

Gal.6.b.

d *Ventriculum.* Venter receptaculum ciborum, omnes hominum labores, & momentanea gulæ blandimenta ſunt, quorũ finem condemnat, & mentati

†habet de vedito bono patrũ.

C

mentibus Deo ſacratis oſtendit totũ qđ voramus in ſeceſſum proiici. vnde: *Eſca ventris, & venter eſcis: Deus autem & hunc & hanc deſtruet.* D

e *Primitias.* Primitias frugum laborantem agricolã oportet primum de fructibus accipere.

f *Si exierit.* Quaſi vrbem & domum deſerit, qui gratis Deo ſeruit, & ſine ſumptu Euangelium ponit.

g *Excepto.* AVGVST. quod Lxx. preter venditionem quæ ſecundum familiam eſt. Quam dicat venditionem, obſcurũ eſt, niſi forte quia decimationes & primogenita præcepit vendi ab eis qui in longinquo habitarent, ne multa cogerentur portare E ad locum inuocationis domini, vel pecora ducere ut illic denuo emerentur ex eodem pretio. Et iuſſerat habere ibi partẽ Leuitã qui maneret in ea ciuitate, inde illi decimationes et primogenita debebantur. Et ideo dixit ſecũdum familiã hoc deberi Leuitę quoniã ex ſucceſſiõe qua ſucceditur parẽtib. hoc circa cũ ſeruari oportet quod parentibus F exhibitum eſt.

h *Quando ingreſſus.* AVGV.

# CAP. XVIII.

Nemo militans Deo impli.ſe nego.ſecu.2.Tim.2.a.
a †Non habebunt ſacerdotes & Leuitæ, 1
& omnes qui de eadem tribu ſunt, par 2
tem & hæreditatem cũ Iſrael, quia ſa- 3
Non de victu vel veſtitu ſint curioſi.
Quaſi quis quærat, vnde ergo viuent.
crificia domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipiant de poſſeſ-
a Qui omnia poſſidet.
b ſione fratrum ſuorum. Dominus enim ipſe eſt hæreditas eo- 4
a Vt tanto ſponſore ſint ſecuri.
rum ſicut locutus eſt illis: Hoc erit iudicium ſacerdotum a po 5
pulo, & ab his qui offerunt victimas, ſiue bouem ſiue ouẽ im-
c molauerint, dabunt ſacerdoti armum * ac † ventriculum, pri- 6
d mitias frumenti, vini & olei, & lanarum partem ex ouiũ ton- 7
e ſione. Ipſum enim elegit dominus Deus tuus de cũctis tribub. 8
a Firmus in domo domini in atrijs domus Dei noſtri. Pſal.121.a.
tuis, vt ſtet, & miniſtret nomini domini, ipſe & filij eius ĩ ſem
piternum. Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni 9
f Iſrael in qua habitat, & voluerit venire deſiderans locũ quem
elegerit dñs, miniſtrabit in nomine dñi Dei ſui, ſicut omnes
Conſanguinei. Firmiter.
fratres eius Leuitæ, qui ſtabunt eo tempore coram domino.
Beneplacentes a Qui altario ſeruiunt cum altario participant.1.Cor.9.a.
Partem ciborum eandem accipiet quam & cæteri, excepto eo 10
quod † in vrbe ſua ex paterna ei ſucceſſione debetur. Quan- 11
do ingreſſus fueris terram quam dominus Deus tuus dabit

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XVIII.

Diuiſio

Non habebunt. *Hic conſequenter agitur de ſacerdotum & Leuitarum ſuſtentatione. Et primo in generali ſecũdo in ſpeciali ibi:* Si exierit Leuites. *Secundum quod dictũ fuit Nu.xviij. tribus* Leui *non habuit partem in terra ſicut aliæ trib. niſi ſolũ vrbes & ſuburbana ad habitandũ & ideo debebant de bonis aliorum ſuſtentari. & hoc eſt quod dicitur.*

2 Non habebunt ſacerdotes. *& ſubditur modus ſuſtentandi eos, cum dicitur.*

3 Sacrificia. *Si accipiantur ſtricte ſacrificia & oblationes quæ fiebant in templo, & ex illis ſuſtentabantur tantum ſacerdotes & Leuitæ, qui miniſtrabant in templo in Ieruſalem. Si autem accipiantur large oblationes prout ſe extendunt ad decimas, ſic ex eis ſuſtentabantur Leuitæ qui morabantur in alijs vrbibus & oppidis.*

4 Dominus enim ipſe. *Hoc dicitur, quia de oblatis domino modo prædicto ſuſtentabantur ſicut de hæreditate propria, ſicut locutus eſt illis.* Num.xviij. *Conſequenter deſcenditur ad id quod pertinebat ad ius ſacerdotum, cum dicitur.*

5 Hoc erit. *Hoc iuſte traditum vel conceſſum.*

6 Armum. *Scilicet dextrum. Hoc autem fiebant ad deſignandum, qđ ſacerdos debet habere fortitudinẽ & conſtantiã ad ſuſtentandum & onus populi, quod eſt armum dextrum, deſignatur, ubi eſt fortitudo corporis. Itẽ ad remouendũ quandã idololatriæ ſpeciem quæ ſpatulomantia dicitur. Idololatræ enim os de ſacrificijs reſeruant, & in eo diuinationẽ exercebant.*

6 Ac ventriculum. *Dicunt aliqui quod hic accipitur ventriculus pro pectuſculo, quod de iure ſacerdotis determinatur,* Exo.xxix. *& hoc eiſdem rationibus quibus & de armo dextro dictum eſt, quia per ipſum fortitudo deſignatur. Et quia in oſſe pectoris reſeruatio, ab idololatris diuinatio exercebatur, in Hebræo habetur:* Armum & genas & muletam, *et quod per duo vltima intelliguntur quædam ſuperadddita armo, & pectuſculo danda ſacerdoti.*

7 Primitias. *Iſta ſimiliter pertinebant ad ſacerdotes. quantitas autem talium non determinatum per ſcripturam, ſed determinata fuit per ſapientes Hebræorum, videlicet quod pro primitijs daretur pars lx. ad minus xl. ad plus l. mediocriter, ita quod minus deuoti dabant ſexageſimam, magis deuoti quadrageſimam, intermedij quoque quinquageſimã, & hoc idem habetur in libro de collationibus patrum, collatione prima. Theo. abbatis, & ſic quãtitas iſta quantum ad aliquid, erat determinata & quantum ad aliquid deuotioni dantium derelicta.*

8 Ipſum enim elegit. *Iuſtum eſt autem quod qui ſeruiũt Deo, ſuſtententur a populo.*

9 Si exierit. *Hic agitur de ſuſtentatione* Leuitarum *in ſpeciali, ſcilicet quando aliquis* Leuites *extra* Ieruſalem *habitans deuotione ductus veniebat ad manendum in Ieruſalem, vt ſeruiret domino in templo, & in iſto caſu determinatur hic quod accipiat partem de oblationibus, ſicut etiam alij* Leuitæ *ibidem miniſtrantes, & patet litera vſque ibi.*

10 Excepto eo quod in vrbe ſua. *In vrbibus enim in quibus manebant extra Ieruſalem, habebant domos ad habitandum pro ſe & pro pecoribus ſuis, & talia ſuccedebant eis a patribus, & de talibus poterant viuere qui veniebant in Ieruſalem modo prædicto cum illis quæ accipiebant de oblationibus. In Hebræo habetur. Exceptis venditionib. ſuis, & in eandem ſententiã reuertitur, quia quando veniebant in Ieruſalem ad manendum, vendebant talia, & de pretio ſe iuuabant.*

11 Quando ingreſſus fue. &c. *Hic conſequenter agitur de prophetica reuelatione, & primo a quibuſdam abominationibus populorum inhabitantium terram promiſſionis filios Iſrael dehortatur. in ſecundo oſtenditur neceſſitas prophetiæ, & miſſio prophetæ, ibi:* Gentes iſtæ.

*Circa primum ſciendum, quod homo ordinatur ad finem ſupernaturalem, vim rationis naturalis tranſcendentem, ſecũdum illud 1.Corin.2.c.* Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit &c. *Tendenti autem ad finem, neceſſarium eſt præcognoſcere aliqualiter finem, & ea quæ in finem dirigunt. Cum igitur ſe ad hoc non extendat reſpectu vltimi finis ſimpliciter cognitio naturalis, requiritur diuina reuelatio hanc autem cognitionem ſupernaturalem, nõ tamen reſpectu vltimi finis & dirigentium in eam ſecundũ veritatem, ſed ſecundum falſam æſtimationem ſeu deceptionẽ, quærebant Gentiles a dæmonibus per ſacrificia, & quædam alia ſuperſtitioſa, quæ omnia prohibentur filijs Iſrael, cum dicitur.*

* 1 Caue

### MORALITER.

* 1 *Non habebunt ſacerdotes & Leuitæ & omnes qui de eadem tribu ſunt partem.* Iſta ſunt frequenter ſuperius expoſita, propter quod pertranſeo.

* Nec

tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium,
nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum aut filiam ducẽs
a per ignem, † aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia
b atque auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, neque qui
c pythones conſulat, nec diuinos, & quærat a mortuis verita-
d tem. Omnia enim hæc abominatur dominus: & propter

a Caue ne & te ſimiliter deleat.
b Humano modo. Perfecti eſtote ſicut & pater veſter celeſtis. Matth. 5. g.

iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo: Perfectus eris

a Criminali.
b Cum ſancto ſanctus eris. Pſal. 17. d.

et abſque macula cum domino Deo tuo. Gentes iſtę, quarũ

Vel poſſidebitis.

poſſidebis terram, augures diuinos audiunt: tu autem a do-

Ioſue vel alios ſequentes.

e mino Deo tuo aliter inſtitutus es: † Prophetam † de gente tua

Verum hominem.

& de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi dominus Deus
tuus, & ipſum audies, vt petiſti a domino Deo tuo in Horeb,
quando concio congregata eſt, atque dixiſti: † Vltra non au-
diam vocẽ domini Dei mei, & ignẽ hunc maximũ amplius

AVG. Quoniam portentorum inſpectores interdicuntur, A quærendũ eſt quõ portenta quæ inſpici prohibentur, diſcernuntur ab eis quæ diuinitus dantur, vt quid ſignificent dici debeant, ſicut miracula q̃ in ſcripturis reperiuntur ſignificantia ꝙ ad regulam fidei pertineat, velut vellus in area complũta ſiccum, aut in ſicca area complutum, aut virga Aaron quæ floruit & nuces protulit, & huiuſmodi. Sicut autem diſcernuntur diuinationes quas inſe quentibus prohibet a prædicationibus vel annuntiationibus pro- B phetarum, ſic illæ inſpectiones prodigiorum a ſignificationibus miraculorum diſcernendæ ſunt.

a *Ariolos.* Qui circumeunt aras nefandis precibus, & diuinationem in extis animalium quærunt.

b *Auguria.* Quaſi auigeria, quæ in voci- C bus auium gerantur. Vel auigaria ab auiũ garritu.

c *Pythones* Ventriloquos, de quorum vẽtre dęmones loquuntur, a pythone ſic dictos i. Apolline, quẽ deum diuinationes credebant eſſe.

d *Nec diuinos.* ✻ PROC. Omne genus diuinationis dæmoniacæ interdicit. Dei enim ſolius quemadmodũ mũdi opificiũ, quemadmodum viuificatio, omniumque rerum potẽtia, rerum futurarũ cognitio propria eſt. Ac ſane impius eſt, q ſatanæ eam attribuit, de quo Chriſtus inquit, quando mendaciũ loquitur, ex ſuo peculio loquitur, quoniam mendax eſt quẽadmo- D dum pater ipſius. Quapropter cũ veritatem diuinationi per Chriſtum editæ lex aſtruere vellet, illud intulit, prophetam ex fratrib. mei ſimilem excitabit tibi dominus.

e *Prophetam de.* Licet hiſtorialiter de ꝓphetis accipi poſſit, q poſt Moyſen in populo Iſrael repleti ſunt ſpiritu dei, melius tamen de domino ꝓphetarum accipitur, de quo turbæ ab ipſo ſatiatę dixerunt: *Hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundũ.* Et alibi: *Propheta magnus ſurrexit in nobis.*

✻ PROCOPIVS. Quod propheta ille Chriſtus fuerit, non Ioſue filius Naue, manifeſtum eſt ex eo E quod circa finẽ Deuteronomii dicitur: Non ſurrexit amplius propheta in Ieruſalẽ talis qualis Moyſes extitit. Et alibi, Et iã ſuſcitauit eum, & conſtituit corã toto cętu, vt in Numer. Verum nõ fuit legiſlator Moſi ſimilis, neque parẽ F adeptus eſt gratiam, partẽ duntaxat ipſius accepit. Quod vero nullũ prophetarũ alium innuat, ex eo quod multi prophetæ fuerunt, clarum eſt, vt de uno quodam per excellentiam dicatur. Quem ſane ſibi ſimilem fore Moſes indicat. Quẽ quidẽ Iudæi quoq; expectantes, poſt tot prophetarum vitam, Ioannẽ interrogarũt, Nũ tu propheta ille es? Sed & Chriſtus Moſi non tantũ ſimilis, ſed maior eſt. Ille quidẽ ex Aegypto aſſeruit populum vnicum, Chriſtus ex diaboli imperio terrã vniuerſã. Ille populũ ꝑ mare traduxit, Aegyptioſq; maris fluctib. inuoluit:

uſt 25. d.6.g. u.7.c. e.20.d. R.28.a. & bſq; acia. Ioan.6. Luc.7.c. veritatem † Act.7.e. † e medio. † Ex.20.c. Qũo Chriſtus Moſe maior.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Caue ne imitari. *ſuperſtitioſas inquiſitiones occultorum idolorum.*

2 Nec inueniatur. *Erat enim quidam ſuperſtitionis modus, quo adhuc dicuntur vti Tartari, qui credunt omnia per ignem purificari. & ideo homines extranei ad principem accedentes, ante tranſeunt inter ignes, & talis tranſitus vocatur hic luſtratio.*

3 Aut qui. *Quærendo ab eis futura vel alia occulta. Dicuntur autem arioli, qui in uiſceribus animalium ſuper aras idolis immolatorum diuinant.*

4 Et obſer. *Qualiter autem ſit licitum, & qualiter ſuperſtitioſum diuinare per ſomnia, dictum fuit Gene. xl. c. in fine.*

5 Atque augu. *Diuinationes fiunt per garritum ſeu volatum auium.*

6 Nec ſit. *Qui per inuocationes quaſdam ſeu incantationes facit apparere dæmonem in aliqua effigie viſibili ad dandam reſonſa.*

7 Nec incan. *Qui deludit ſenſus humanos, ut videatur quod non eſt.*

8 Neq; q pytho. *Dicuntur autem pythones ventriloqui, qui habent in uentre dæmonem uerba exterius proferentem, tamen 1. Reg. 28. dicitur illa mulier pythoniſſa, quæ faciebat apparere mortuos quaſi ſuſcitatos.*

9 Nec

9 Nec diuinos. *Qui fingunt ſe loqui ex reuelatione dei, cum tamen loquantur ex reuelatione dæmonum ſicut Balaam.*

10 Et quærat a mortuis. *Stando ſuper tumulos, & eos inuocando, ſeu per aliquem alium modum ſuperſtitioſum.*

11 Perfectus. *Deo fideliter ſeruiendo.*

12 Et abſque. *A prædictis cauendo.*

13 Gentes. *Hic conſequenter deſcribitur miſſio prophetę, & primo agitur de propheta vero ſecundo de propheta falſo ibi, Propheta autem.* Diuiſio.

*Circa primum primo continuat ſententiam prædictis, cum dicitur. Gentes iſtæ, &c. ſecundo exequitur propoſitum, cum dicitur.*

14 Tu autem a domino. *Populus dei ſcilicet per legem diuinitus datam, & vbi non ſufficit legis determinatio, dabitur tibi prophetica reuelatio, & hoc eſt quod ſubditur.*

15 Prophetam de gente tua. *id eſt, de Iudęis.*

16 Sicut me. *Verba ſunt Moyſi.*

17 Ipſum au. *ſ. prophetam a deo tibi dandum.*

18 Vt petiſti a do. *Vt habetur Exod. 20. quia non poterant vltra ſuſtinere verba dei loquentis, petierunt quod loqueretur eis per Moyſen, quod fuit eis conceſſum, & non ſolum per Moyſen, ſed etiam per alios prophetas in diuerſis generationibus ſuccedentes. vt patet de Ioſue, Samuele, Eſaia, Hieremia, & alijs. & hoc eſt quod ſubditur: Et ait dominus. & ſequitur.*

✻ 1 Pro

## MROALITER.

✻ 2 *Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum.* Hoc faciunt illi qui filios ſuos aut filias in carnalib. delitiis & laſciuiis aut cupiditatib. nutriunt indecenter, ſic enim faciunt eos ſtipulam ad incendium gehennæ præparatam.

3 *Aut qui ariolos.* Arioli dicebantur, qui in aris idolorũ miniſtrando diuinabant. & ideo per illos ſignificantur ſacerdotes in altari male miniſtrantes, & ſic ariolos ſciſcitatur, qui recurrit ad malos ſacerdotes, pro Chriſmate, eucharistia vel alio ſacramento, vt eis in maleficiis abutatur, ſimiliter ille ſciſcitat ariolos, qui pro confeſſione vel abſolutione ſcienter recurrit ad ſacerdotes ignaros.

4 *Et obſeruet ſomnia.* Illi uero ſomnia obſeruant, qui viſiones certas eſſe reputant.

5 *Atque auguria.* Quod faciunt illi qui ex volatu auiũ, vel garritu, pręnoſticant ſuperſtitioſe futura.

6 *Ne ſit maleficus.* Per quem ſignificatur quicunque malum ſcienter operatur.

7 *Nec incantator.* Per quem ſignificatur quicunq; verbis, vel factis, eſt ſimplicium deceptor.

8 *Neq; pythones conſulat.* Pythones poſſunt dici hypocritæ & hæretici, quorum fictionib. decipiuntur incauti.

9 *Nec diuinos.* Qui fingunt ſe a Deo inſpiratos, ſicut faciebãt falſi prophetæ.

10 *Et quęrat a mortuis veritatem.* Moraliter veritatem quærit a mortuis, qui per mortem aliquorum fraudes ſuas colorat, apparentia veritatis dicens quod debita quæ repetuntur ab eo, perſoluit defunctis, uel quod ſi viuerent ſibi teſtimonium perhiberent cum tamen falſum dicat.

ieuoluit. Hic vero omnes gentes baptiſmo tingēs, dęmones
A cū diabolo ſubmerſit. Ille māna ſēſile dedit, Xp̄s ſeipſum pa
nē q̄ è cęlo deſcendit. Internuntius erat Moyſes Iſraelitarum

tia, q̄ nemo alius fecit, teſtimonium perhibent uerbis meis, D
quod non ea de corde proprio confinxerim, quēadmodum
prophetę mendaces.

atq; Dei populorum ve
ro omnium & Dei chri
ſtus. Legiſlator erat il-
le ac Dei miniſter.
Hic vero Deus cum ſit
leges nobis fert, ac in
quit, Audiſtis q̄ dictum
eſt antiquis, &c. Ne ve-
ro ſermo ille Moſis tan
tum eſſe videat̄ confir-
mat eum pater dicēs p-
phetam excitabo tui ſi-
B milem, & ponā verbum
meum in ore ei⁹. Alii e-
nim pphetæ dicebant.
Hæc dicit Dominus.
Ille vero pro natura
ſua diuina, leproſo qui-
dem dicit. Volo, mund⁹
eſto. Iuueni item mor-
tuo, tibi dico ſurge.

Libr. 1. in Deut c.4.

a Quod in. RVPER.
Hoc de ſemetipſo ſcri-
ptum eſſe ſciēs iſte pro-
pheta, dicit in euange-
lio ſuo contra calumnia

nō videbo, ne moriar. Et ait dominus mihi: Bene oīa ſunt
Chriſtum. a De ſemine Dauid.
locuti: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrū ſuorū ſi- 1
a Qui non venit ſoluere legem, ſed adimplere. Matth. 5. b.
milem tui, & ponā verba mea in ore eius, loqueturq́. ad 2
omnia quæ pręcepero illi. Qui autem verba † eius quæ lo- 3
a Perpetua pęna vindicans.
quetur in nomine meo audire noluerit, ego † vltor exiſtā.
Pſeudo. Vanæ gloriæ.
Propheta aūt qui arrogantia deprauatus, voluerit loqui in 4
a Vt ſic ſibi credatur. b In cuius nomine loquitur.
nomine meo quę ego nō pręcepi illi, vt diceret, aut ex no- 5
Alias aliorum.
mine alienorum deorum, interficietur. Quod ſi † tacita co 9
a Vt diſcernam.
gitatione reſpōderis, quomodo poſſum intelligere verbū
Per illum.
a quod dominus non eſt locutus, hoc habebis ſignum. Qđ 7
in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euene
rit, hoc dominus non eſt locutus, ſed per timorem animi
ſui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.

* PROCOPIVS.
Quid igitur dicemus de Iona, qui prædixit quod non euenit? de Iſaia item qui EZECHIÆ mortem præ foribus eſſe prædixit, ipſaque non fuit, atque alia huiuſmodi multa īuenias, verum ipſum verbum nō eſt mendax, quin ipſæ res de quibus verbum conſtat, mutationem ſuſcipiunt. Niniuitæ enī cum EZECHIA mēte mutata in fletum eruperunt. Quin etiā medicus ægroto periturum dicit, niſi venā illi ſecuerit, ſępenumero vero ſpontanea euacuatione facta, eſt ſeruat⁹. Nec ſanè ars ipſum fefellit, verſio vero ſubiectū ē. Ac illis E

tores Iudęos. Opera q̄ dedit mihi pater vt pficiā, ea ipſa teſtim̄
perhibet de me quia pater miſit me q. d. opera ſub ſequen-
tia,

quidē neceſſario q̄ pdictum erat, eueniſſet, ſi mentē nō mu-
taſſent. Imo vero eius mutationis gratia facta, eſt prædictio.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

Propheta magnus.

* 1 Prophetam, &c. *Et intelligitur hoc non ſolum de Ioſue, qui immediate ſucceſſit Moyſi, ſed etiam de aliis prophetis ſequentibus.*

C 2 Similem tui. *Omnes enim prophetæ ſimiles fuerunt Moyſi in hoc quod ſubditur.* 3 Et ponam. *Quia Deus loquebatur per prophetarum ora. iſta tamen autoritas principaliter intelligitur de domino noſtro Ieſu Chriſto, ut habetur Act. 7. quia fuit propheta magnus ad quem prophetiæ aliorum prophetarum fuerunt ordinatæ.*

4 Propheta autem. *Hic conſequenter agitur de propheta falſo, qui non eſt audiendus ſed magis interficiendus. Et huius prophetę ponitur duplex modus. Vnus eſt, quando aliquis ad ſui iactantiam vel propter quęſtum accipit prophetiam a uero propheta dictam, & eam denunciat nomine ſuo, quaſi ſibi reuelatam, & hoc notatur cum dicitur.*

5 Voluerit loqui. *Non pręcepi illi vt diceret, ſed magis alteri. Secundus modus eſt quando aliquis eſt propheta dæmonum, & per modum quemcunque ſuperſtitioſum. & hoc notatur cum dicitur.*

6 Aut ex nomine. *Et quia ſtatim poſſent dicere quomodo diſtinguetur falſus propheta a vero, ideo ad hoc reſpondetur cum ſubditur.*

7 Hoc habebis ſignum, &c. *Hoc dominus non eſt locutus, et per cōſequens talis eſt propheta falſus, Sed quia ſupra dictum eſt 13. cap. quod ſignum prædictum a falſo propheta aliquando ſic euenit, quomodo tunc cognoſcetur falſitas eius? Dicendum quod ibi docetur ſcilicet ſi ex hoc procedat ad auertendum homines a Deo per idolatriam vel aliam nequitiam. Et ſic patet, quod falſitas prophetiæ duobus modis deprehenditur. Vno modo ex euentu ſcilicet quando non euenit quod prædixit. Alio modo ex fine intento, vt ſi quod prædixit euenit, vel quocunq; alio modo videatur eſſe propheta, & poſtea nititur homines auertere a Deo, quia nullus talis propheta poteſt eſſe a Deo. Sed contra vtrumque modum arguitur. contra primum ſic, Eſaias prędixit Ezec. moriturū de propinquo Eſa. 38. Et Ionas Niniuen ſubuertendam, Ionę 3. & tamen non ſic euenit. & tamen non dicuntur propter hoc falſi prophetę ſed veri. Cōtra ſecundum ſimiliter arguitur, quia immolatio in excelſis fuit illicita poſt ædificationē tēpli, & tamen Helias tunc induxit populū Iſrael, ut fieret immolatio in monte Carmeli, vt habetur 3. Reg. 18. Nec tamen reputatus eſt falſus propheta propter hoc. Ad primum reſpondent aliqui dicentes, quia licet illæ prophetiæ non fuerint adimpletæ ſecundum ſenſum literalem, fuerunt tamen impletæ ſecundum ſenſum ſpiritualem. verbi gratia, de prophetia Niniue, fuit enim ibi ſubuerſio ſpiritualis ſcilicet a culpa per pœnitentiā ſecundū illud* Prouer. 12. a. Verte impios & non erunt *ſcilicet impii. Sed iſta reſponſio nō uidetur ſufficere, quia de quacunq; prophetia ab homine cōficta ſi nō eueniret ad literā, poſſet fingi aliquis ſenſus myſticus, in quo diceretur completa. & ideo aliter dicendum. ad cuius intellectū ſciendū q̄ prophetica reuelatio eſt quadā impreſſio cognitionis diuinæ facta in mente prophetæ. Futurū aūt cōtingens dupliciter cognoſcitur a Deo. Vno modo prout intuitus diuinæ cognitionis fertur ſuper præſentiā ipſius licet futurā, eo quod intuitus diuinæ cognitionis menſuratur æternitate, quæ cōplectitur omne tēpus, & q̄ ſic pręcognoſcitur futurū, infallibiliter euenit. Alio modo ſecūdū ordinē*

Prophetica reuelatio

*cauſæ ad effectum ſcilicet prout contingēs futurū eſt in cauſa variabili & contingente, et q̄ ſic pręcognoſcitur non ſemper euenit, quia aliquando mutatur cā, & per conſequens effectus. Impreſſio aūt diuinæ cognitionis fit in mente prophetę ſecundū formā volūtatis diuinę. Quando igitur in mente prophetæ imprimitur cognitio alicuius futuri contingentis primo modo ſcilicet prout intuitus Dei fertur ſup illud, & q̄ ſic a propheta denuntiatur futurū, infallibiliter euenit, & vocatur talis prophetia a doctorib. prophetia prędeſtinationis. Aliquando autē in mēte prophetæ imprimitur cognitio futuri ſecundo modo, vide licet ſecundum ordinem cauſæ variabilis ad effectum. et quod ſic denuntiatur per prophetā, non ſemper euenit propter mutationē cauſæ. & hoc modo fuit de prophetiis prædictis. Infirmitas enim Ezechię erat diſpoſitio ad mortem, & malitia Niniuitarum meruerat ciuitatis ſubuerſionē tamē propter preces Ezechię & pœnitentiam Niniuitarū facta eſt mutatio cauſarū, & per cōſequēs effectuū, & talis prophetia uocatur a doctorib. prophetia cōminationis, quia ſubintelligitur conditio ut pote q̄ Niniue ſubuerteretur,* F *niſi Niniuitæ pœniterent, & q̄ Ezechias moreretur niſi per preces deuotas prolōgationē vitę impetraret et ſic factū eſt. ex quib. patet q̄ Eſaias & Ionas falsū nō prędixerūt. Licet aūt prędicta ſint vera, tñ nō uidētur ad plenū ſoluere quęſitum. ſ. quomodo a populo diſtinguatur verus propheta a falſo quando propheta verus conditionem prędictā non exprimit, ſicut Eſaias dixit abſolute ipſi Ezechiæ diſpone domui tuę, morieris enim tu & nō uiues. Et Ionas dixit abſolute:* Adhuc xl. dies & Niniue ſubuertetur. *Ad quod dicendum, quod adhuc diſtinguetur verus propheta a falſo, quia quando prænuntiatum a vero propheta nō eſt venturū propter mutationē cauſę, hoc cōſequēter reuelatur ipſi prophetę ſicut Eſaię poſt denuntiationē mortis Ezechiæ dictum fuit a domino. Vade & dic Ezechię:* Hæc dicit dn̄s De⁹, audiui orationē tuā, & vidi lachrymas tuas, ecce ego adiiciā ſup dies tuos 15. annos. *Et eodē mō ipſi Ionę fuit reuelata miſeratio dn̄i ſup Niniuitas pp eorū pęnitētiam, quod nō fit falſis pphetis. Alio etiā mō diſtinguitur p mutationē cauſæ effectus futuri, ſicut pęnitentia Niniuitarū fuit omnibus nota. Ex quo poterat conueniens videri ſubuerſio ciuitatis pro tunc reuocata, & ſimiliter de fletu & pcibus Ezechiæ q̄ nō eſt in falſitate prophetiæ.* Ad *ſecundū dicēdū, q̄ immolatio in excelſis nō fuit illicita ſimpliciter, aliter peccaſſet* Abrahā *immolās arietē p Iſaac ī mōte, Ge. 26. & Salomō immolās victimas in Gabaō 3. Re. 3. quod patet falſum quia in vtra immolatione facta eſt reuelatio domini, ſed immolatio in excelſis ſolum fuit illicita, quia prohibita. Ratio autem prohibitionis fuit, q̄a ſi extra templum immolaſſent pro libito ſuę uoluntatis poſſet eſſe occaſio idolatrię ſequenti, & ideo immolatio in excelſis erat diſpenſabilis in caſu oppoſito, ſ. ad deſtructionem idololatriæ & latrię confirmationem. & hoc mō Helias inſpiratus a Deo in monte Carmeli, immolauit domino ad deſtructionē cultus idololatrię ipſi⁹ Baal, & confirmādū populū Iſrael ī cultu unius veri Dei. & ī talib. credēdū ē pphetę. Si aūt vellet īducere ad aliqd q̄ eſſet ſimpliciter malū,* & pp *hoc phibitū, ſicut furari, occidere innocentē, & adulterari, & conſimilia, nullo mō eſſet credendū ei, ſed eſſet occidendus ſicut falſus propheta, ut dictum eſt ſupra 13. cap.*

* CAP.

*ADDITIO I*

*In ca3.17. vbi dicitur in poſtill. Iſta tamen autoritas principaliter intelligitur de domino noſtro Ieſu Chriſto. Hoc quod dicitur hic. Prophetam ſuſcita. eis. ſingulariter de Chriſto intelligendum eſt, & non de alio propheta, ſi ſeries literę bene inſpiciatur. Ad quod ſciendum, quod in hoc loco aliter eſt intelligendum illud quod dicitur primo:* Prophetam de gente tua. &c. *Et aliter intelligendum eſt quod ſecundo loco dicitur.* Prophetam ſuſcitabo eis, &c. *Quod enim dicitur primo.* Prophetam de gente tua, *intelligitur de Ioſue & alijs ſequentib. prophetis, prout in gl. interlineari. Quod autem dicitur ſecundo.* Prophetam ſuſci. eis, &c. *intelligitur de Chriſto tantum, prout etiam in gl. interlineari habetur. Rō autem huius diuerſitatis patet ex continuatione vtriuſque verbi prędicti, ad ea quę ſtatim ante dicuntur, nam ſecundum Hilari. intelligentia dictorum ex cauſis eſt ſumenda dicendi. In primo enim loco intendebat Moyſes inducere populum ad hoc quod futura contingentia, & alia huiuſmodi quorum notitiam habere conueniret populo, non quęrerent ſcire ab ariolis ſeu pythonib. & huiuſmodi, ſicut alię gentes quęrebant. Promittebat enim eis quod talia quando oportuiſſet, potuiſſent ſcire per reuelationem diuinam, ſ. prophetam de propria gente, cui Deus ea reuelaret, & ſic ſine peccato ſcirent illa. & hoc eſt quod dicitur in primo loco:* Perfectus eris & abſque macula cum domino Deo tuo, *hoc eſt dicere perfectionem, ſ. ſciendi abſcōdita abſque macu. i. ſine peccato, habebis cū domino Deo tuo.* Et *ſtatim declarat de quibus hic loquitur dicens,* Gentes *iſtæ quarum poſſidebis terram augures & diuinos audiunt, tu autem a domino Deo tuo aliter inſtitutus es. ſ. ad habendam notitiam de talibus abſconditis, & hoc, quia prophetā de gente tua & fratribus tuis ſuſci. tibi dominus Deus tuus. ſ. per quem poteris ſcire prædicta cum tibi oporteat. & conſequenter addit aliud quodāmodo ſimile dicēs. Vt petiſti a domino Deo tuo in Horeb, &c. in quo loco inducit alīū caſum a primo, in quo requiritur propheta in populo, ſ. ad habendā notitiam de lege diuina, & præceptis eius, ad hoc ut vita populi ordinaretur ſecundū legem diuinam, & de hoc dicit: Vt petiſti a domino Deo tuo in Horeb. i. non ſolum prouidebit tibi Deus de propheta reuelante tibi contingentia, & huiuſmodi abſcondita, q̄ alię gētes per diuinos et augures conātur ſcire, ſed ēt quod amplius eſt prouidebit tibi de propheta, qui abſque terrore conturbante docebit te diuinam legem, quod ad nullum prophetam ve. teſt. pertinuit, niſi ad ſolum Moyſen qui fuit legiſlator ve. teſt. & hoc eſt quod dicitur.* Vt petiſti a domino Deo tuo in Horeb, &c. *Ibi enim quia populus non poterat ſuſtinere auditum terribilis vocis domini, nec videre ignem maximum ibidem concurrentē, ideo ad notitiam legis habendam petierunt mediatorem, per quem legem diuinam tranquillius & familiarius perciperent, prout ſupra. Deu. 18. quod fuit ſibi conceſſum, vt ibi dicitur hic in litera: Et ait dominus mihi. Bene omnia ſunt locuti, prophetam ſuſcitabo eis, & cæt. quod non intelligitur de ipſo Moyſe, quia iam ſuſcitatus erat, nec etiam de alio prophetarum ve. teſt. cum nullus eorum ſuit ſuſcitatus ad dandam legem. vnde oportet quod intelligatur de Chriſto, quē ſuſcitauit dominus de medio fratrum ſuorum. ſ. de ſemine Dauid. prout in gl. de quo dicit:* Similem tui, &c. *ſ. uerum hominem, de quo vlterius dicit:* Qui autem verba eius quę loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor exiſtā. *iuxta illud Mar. vl. d.* Qui autem non crediderit, cōdemnabitur, &c. *vnde ad illam autoritatē Moſaicam referenda ſunt iſta verba. Ioan. 5. g.* Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. de me enim ille ſcripſit. *ſ. mihi crederetur, non tamen legitur in toto pentateucho, quod Moyſes præciperet, ut crederetur Chriſto, niſi in hoc loco tantum.* D

*ADDITIO* II.

*In eo. cap. 18. vbi dicitur in poſtil. Et ideo immolatio in excelſis erat diſpenſabilis. Quidam expoſitores Hebræorum dicunt, quod vero prophetæ credendum eſt, quandoq. vt fiat aliquid quod eſt prohibitum quia malum, dum tamen non aſſerit hoc eſſe licitum ſimpliciter, ſed pro tunc ex cauſa emergente. & hoc modo dicunt quod Helias in monte Carmeli immolauit aſſerens ex parte Dei, quod tunc illa immolatio erat fienda ſed non alias. Si autem propheta aſſereret, quod aliquid in lege prohibitum eſſet licitum ſimpliciter, etiam ſi eſſet de his quæ ſunt mala, quia prohibita, tunc eſſet occidendus, prout ſupra in cap. 15. Facit pro hac opinione, quod Oſeas accepit mulierem adulteram iuſſu domini: Oſeę 3. & tamē manifeſtum eſt, quod adulterari eſt de his quę ſunt prohibita, quia mala.* E

REPLICA. *In cap. 18. vbi poſtillat. pertractans illud,* Prophetam ſuſcitabo, &c. *dicit principaliter dici de domino noſtro Ieſu Chriſto. Bur. di. debere dici tantum de Chriſto, non de alijs. allegat ad id glo. ſed Bur. ad dictum ſuum falſum falſe allegat gl. nā gl. interlinearis exponit de Chriſto ſine excluſione. Gl. autem marginalis exponit de alijs, principaliter tamen de Chriſto. Nec rationes Bur. valent. Nam prima quæ ratione verbi futuri temporis. ſ. ſuſcitabo de Moyſe iam ſuſcitato dicit intelligi non poſſe. Ita dico quod verbum futuri tēporis. ſ. ſuſcitabit, de Ioſue iam ſuſcitato non poſſit intelligi, de quo tamen Bur. exponit. Reſpondeo igitur quod talia verba ſignificant, quod vltra propheticas illuſtrationes iam factas alias ſuperaddat. Sic igitur de Moyſe & alijs ſucceſſorib. intelliguntur recte ad literam, quamuis principaliter de Chriſto. Nec ſecunda ratio Bur. valet, cum dicit, quod nullus prophetarum aliorum a Chriſto ſuſcitatus fuit ad dandam legem, quia litera non dicit, ſuſcitabo legiſlatorem prophetam qui audiri debuit, non dicitur, vt legiſlator, ſed ut uerborum Dei annuntiator.*

CAP. XIX.

A a Tres. Fidē, ſpē, & charitatem, ad quas omnes pœnitentes debent confugere.

Alleg. or. De ciuitatibus refugii.

† ſu. 12. a Nu. 35. b. Ioſ. 20. a.

Tres ciuitates refugii vltra Iordanē conſtituit Moyſes homicidis, qui non ſponte homicidium commiſerunt, B alias tres circa Iordanem iubet ſeparari, myſtice inſinuās quod ante perceptionē baptiſmi, qui vult a peccato ſaluari, & ab hoſtibus ſpiritualibus liberari ſanctæ trinitatis fidem debet ſyncera mente confi- C teri, & poſt baptiſmū ī fide, ſpe, & charitate viriliter operari. Sic

† & hęc eſt cauſa vt o confugit homicida & viuit.

† 19. 1. c. illa 2 c. fi.

CAP. XIX.

†Vm diſperdiderit dominus Deus tuus gē- 1
tes, quarum tibi traditurus eſt terram, &
poſſederis eā, habitaueriſq́. in vrbibus ea-
Vt emineas.
a rum et in ædibus tres ciuitates ſeparabis
Exemplum aliis.
tibi in medio terræ, quam dn̄s Deus tuus
a Verbo & exemplo. b Fidem trinitatis prædicando æqualiter omnibus.
b dabit tibi in poſſeſſionem, ſternēns diligenter viam in tres
æqualiter partes totā terræ tuę prouinciā diuides: vt habeat
è vicino qui pp homicidiū profugus eſt quo poſſit euade-
re. †Hæc erit lex homicidę fugientis, cuius vita ſeruāda eſt.
†Qui percuſſerit proximū ſuū neſciens, et qui heri et nudiu-
c ſtertius nullū contra eū odiū habuiſſe cōprobatur, ſed ab- †

ſicque religioſe conuerſatis in mundo cui ſenario conditus eſt numero, poſt perfectionē bonorum operum requiē æternā expectat ī ſabbathiſmo. b In tres. Vt q ſaluādus eſt facilius euadat. Prædicatores quoq; verbo & exēplo debent peccatorib. conſulere, & æqualiter ī tota terra Eccleſiæ fidem trinitatis oībus inſinuare, vt viā ueritatis & portā fidei agnoſcant patere ſibi, & ſe merito damnandos ſi intrare noluerint.

c *Sed ab.* Exēplo enim oſtendit qualis homicida ſaluādus ſit.

GREG.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIX.

Diuiſio. 1 CVm diſperdi. *Explicatis illis quæ pertinent ad ſtatus perſonarum ſublimium, hæc conſequenter ponuntur quę pertinent ad bonum ſtatum inferiorum & vulgarium. Circa quod ſic proceditur, quia primo ponuntur ea quæ ordinant hominem quantum ad partem iraſcibilem. ſecundo quantum ad concupiſcibilem ca. 22. ibi.* Si duxerit vir vxorē &c. *Tertio quantum ad rationalem c. 23. ibi:* Ammonites & Moabites, *Circa primum ſciendum, quod deordinatio partis iraſcibilis maxime appareret in homicidio, ſecundo in quibuſdam alijs quę procedunt ex rācore & odio. Primo ergo agitur de homicidio, ſecundo de quibuſdā alijs quę procedunt ex odio 22. cap.* Adhuc *primo agitur de homicidio cuius actor cognoſcitur, ſecundo de illo cuius actor ignoratur. c. 21. Item adhuc circa primum agitur primo de homicidio in particulari facto, ſecundo de homicidio in bello cap. 20.* Adhuc *circa primum agitur primo de facto a propoſito, ibi:* Si quis autem odio. *Circa primum ordinat lex, quod occidens a caſu totaliter poſſit refugere ad aliquam ciuitatem*

*MORALITER.*

✠ 1 *Cum diſper.* In huius capituli principio agitur de ciuitatib. refugii, de quib. dictum eſt ſupr. Nu. 35. Et conſequenter agitur hic de homicidio caſuali, cum dicitur.

† *Sed ab.* Per ſyluam quæ eſt latibulū ferarum, ſignificantur peccata uel peccatores in qb. eſt habitatio dæmonum. Apo. 2. d. *Scio vbi habitas vbi ſedes eſt ſathanæ.* Hic igit̄ ſimpliciter cum amico ad abſcindēda ligna in ſyluā vadit, qui pia intentione

GREGO. Ad ſylvam cũ amico imus, quoties cũ proximo ad diſcutienda delicta cõuertimur. Simpliciter ligna ſuccidimus, cũ delinquentium vitia, pia intentione reſecamus. Securis manũ fugit, cum correctio in aſperitatẽ ſeſe pertrahit. Ferrũ de manubrio proſilit, cũ de correctione ſermo durior excedit. Amicum percutiens occidit, qui auditorem ſuum prolata contumelia, a ſpiritu dilectionis interficit: correcti enĩ mens ad odium protinus proruit. Sed qui incaute lignum percutit & proximum extinguit, ad tres vrbes fugiat vt viuat, quia ſi ad pœnitentiam cõuerſus ſub ſpe, fide, & charitate abſconditur, reus homicidii non tenetur. Cumque extincti proximus eum inuenerit non occidit, quia cũ Christus venerit qui ſeſe nobis per naturæ noſtræ conſortium iunxit, ab eo vindictam non exiget, quem ſub eius venia fides, ſpes, & charitas abſcõdet. Citius ergo culpa dimittitur, quæ non malitioſe perpetratur.

A 2 par. cu. paſtor. cap. 10.

ſimpliciter.

†proximo

b

†ab heri & nudiuſtertius.

a Peccatorum. b Vitia tortuoſi & infructuoſa. c Securi correctionis.

iiſſe cũ eo ſimpliciter in ſyluam ad ligna cædenda, & in ſuc-

a Increpatio. b Poteſtatem vel operationem cædentis. c Durior ſermo. d Moderatione.

ciſione lignorum ſecuris fugerit manũ, ferrũque de manubrio †amicum eius percuſſerit & occiderit, hic ad vnam ſu-

a Prolati contumelia. b In deſperationem a ſpiritu charitatis mittit. c In vnitate ſacramenti.

a Fidei, ſpei, & charitatis. b Pœnitendo. Vel forte. c Cito poteſt contingere. d Chriſtus.

pradictarum vrbiũ confugiet, & viuet, ne forſitan proximus eius cuius effuſus eſt ſanguis, † dolore ſtimulatus perſequatur & apprehendat eum, ſi longior via fuerit, & percutiat a-

a In die iudicii vel in præſenti.

a Quaſi non induſtria, ſed caſu interficit. Quia non malitioſe occidit.

nimam eius, qui non eſt reus mortis, quia nullũ contra eum qui occiſus eſt odiũ† prius habuiſſe monſtratur. Idcirco præ-

a Fidem, ſpem, & charitatem.
Quantum credit quiſque tantum ſperat, & quantum ſperat tantum amat.

cipio tibi, vt tres ciuitates æqualis inter ſe ſpatii diuidas. † Cum autem dilatauerit dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctã terrã quam eis pollicitus eſt, ſi tamen cuſtodieris mãdata eius, et feceris quæ ego præcipio tibi, vt diligas dominum Deum tuum, et ambules in viis eius omni tempore: addes tibi tres alias ciuitates, et ſupradictarum triũ vrbium numerum duplicabis,

a

1

Inſcienter peccantis.

vt nõ effundatur ſanguis innoxius in medio terræ, quã domi

propter ſermonem quem dixi vobis. Et alibi: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ.* Hæc ciuitas velut metropolis eſt, cui adiacent aliæ quinq; ciuitates Leuitarũ, vt quo numero mundus formatus eſt eodẽ numero aduerſus mũdana vitia, & ſeculi huius naufragia remediũ prouideatur. Secũda ciuitas & ſecundum remedium eſt, vt qui non poteſt cognitionem boni illius prælibare, & tardior eſt vel ingenio, vel fidei cõprehenſione (quoniam in veloci mentis vigore atque ingenii acumine ad cognitionis ſummam contenditur) ſaltem opera domini cõſideret, atq; ex his quæ facta ſunt tanti contempletur operis autorem: quoniam ex his bonis quæ ſunt in conſtitutione iſtius creaturæ (bona enim ſunt valde, ſicut dominus dixit) bonũ illud ſummum atque æternum comprehẽdatur. Qui ordo rerum, quæ diſciplina, quæ gloria? Nonne his (quamuis tardum ingenium) diligere factorem ſuũ prouocatur? Etenim

D Ioan. 17.

† cu... leſe... cor...

E

† ſu...

Ioan...

AMBROSIVS.
Congrue prouiſum liquet, quia Leuitæ fugitantes ſunt mũdi huius, vt placeat Deo. Hinc Abrahæ dictum eſt, Exi de terra, &c. quod habebat in lũbis ſuis Leuitas. Et dominus Leuitis, hoc eſt apoſtolis, dicit: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Hæc vera eſt fuga ſacerdotis, abdicatio domeſticorũ vt ſe ſuis abneget qui ſe Deo ſeruire geſtit. Recte ergo fugaces fugacib. commendat æternæ legis ſanctio, vt qui hunc mundũ obliti ſunt, eos recipiãt qui peccata ſua condemnãtes atq. opera, obliuionem vitæ ſuperioris expectant, & ſecularia quæ geſſerant, abolere deſiderant. Eſt etiam alia cã, quia miniſtri Dei ſunt Leuitæ, & ideo ipſorum ciuitates fugientib. homicidis per leges deputantur, quia ipſis ius eſt diuina mãdata exeq. circa eos qui crimẽ mortale admiſerũt. Hinc Apoſtolus quaſi Leuita: *Tradidi, inquit, huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit.* Percuſſus Leuitico gladio moriatur ſenſus carnis, vt viuat anima veſtra.

Li. de fuga ſeculi. Gen. 12. a. Luc. 13. c. C Sacerdotis fuga.

1. Cor. 5. b

Ioſ. 20. c.

a *Addes tibi.* In libro Ieſu Naue, ſex ciuitates refugij decernunt talib. homicidis. Cades in Galilæa montis Nephtali. Sichẽ in monte Ephraim, & Cariatharbe quæ eſt Hebron, in monte Iuda. Et trãs Iordanẽ Boſor de tribu Rubẽ, & Ramoth ĩ Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Baſan, de tribu Manaſſe.

Vbi ſupra

Item AMB. in eodem. Sex autem ciuitatũ refugia ſunt, vt prima ſit ciuitas cognitio verbi, & ad imaginem eius forma viuendi. Quicunq. enim eam cognitionem fuerit ingreſſus, tutus eſt a pœna, ſecũdum quod dominus ait: *Iã vos mũdi eſtis,*

Ioan. 15. a

ſi parentes, qui nos genuerunt, amamus, quãto magis diligere debemus creatorẽ, parentẽ, factoremq. noſtrum. Ergo operatoria virtus Dei etſi non uidetur, tñ ex operib. ſuis æſtimatur, operatoremq; ſua opera produnt, ut intelligatur qui non cõprehenditur. vnde & dominus: *Si mihi non creditis vel operibus credite, &c.* Bona igitur etiam hæc ad refugium quæ ædificatoris teſtificantur gratiam, & affectum noſtrũ excitant, ut eius ſimus cupidiores, qui tantam nobis fabricæ huius videtur cõtuliſſe pulchritudinem.

Tertius ordo eſt tertiæ ciuitatis, regalis poteſtatis cõtẽplatio, ut ſubiiciamur regi, ſi non deferimus metu tanquam parenti. Metu. n. præſentis plerunque fit obediens poteſtati, qui eſt ſaluti ingratus, ut neceſſitatem ſobrietatis agnoſcat, qui noluit ac nequiuit gratiam pietatis agnoſcere. Corrigit ergo neceſſitas, quem pietas prouocare debuerat.

F

Hæ tres ciuitates trans Iordanẽ perfectiori prudentiæ ad refugiũ datæ, vt primũ effugiamus culpam inductione animi cõformes ad imaginẽ Dei. ita enĩ creati ſumus dicẽte Deo, *Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã.* Hæc ergo prima lex iſtius ciuitatis eſt, deinde ſi per fragilitatẽ carnis & mũdi illecebras ita formare mentẽ noſtrã non poſſumus, reuerẽtia paternæ generationis, & ſedulitate prolis peccatũ leuemus. Charitas multitudinẽ operit peccatorũ. Qui ergo ad imaginẽ Dei eſſe non potuerit, ſit ad plenitudinem charitatis. Illa ciuitas culpam excludit, hæc ſoluit, hæc deniq. lex ſecundæ ciuitatis

1. Pet.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *tate refugij, & ibi ſaluari. & patet litera ex his quæ dicta fuerunt Num. 35. vbi hæc materia plenius tangitur. Additur tamen hic aliquid* quid cum dicitur.

1 Addes tibi. *Ex quo patet, quod tantum debebant eſſe 6. ciuitates refugij ſed ix. quando tota terra patrib. promiſſa, foret acquiſita.*

✻ 1 Si

MORALITER.

✻ proximũ corripere ſatagit, ſed ferum ſecuris manum eius fugit, quñ ad correctionẽ indiſcretam prorumpit, & tunc ferrum proximum occidit, quñ ex tali indiſcreta correptione proximus nouum peccatum incurrit, quod põt contingere dupliciter. Vno modo ſi proximus corripiẽdus ad ſuſcipiẽdum correptionẽ non ſit diſpoſitus, vt quia adhuc eſt in paſſione vel aliqua alia rõne, & tunc correptionẽ non recipit, ſed magis peccatum defendit quod eſt grauius, 1. Reg. 15. Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Alio modo contingit ex parte corripientis, qui zelo indiſcreto nimis aſpere corripit peccatum nimis aggrauãdo, & ſic peccator labit in deſperationem, ſicut dicit in collationibus patrum de quodam ſene, qui quendam iuuenem quærẽtem ab eo conſilium ſup tentatione grauiter ranis, quam patiebatur, ita iuuenis paſſionem aggrauauit, quod iuuenis deſperans ad ſeculum redire voluit. ſed alius ſenex manſuete corripiens & confortãs eum, reduxit, ſm illud Pſa. lxxxix. c. *Quoniã ſuperuenit manſuetudo & corripiemur.* Igit ille, qui ex indiſcreta correptione proximum occidit, ad ciuitatẽ refugij dẽt recurrere id eſt, ad Eccleſiã pro ſacramento pœnitentiæ, & tunc proximus occiſi non percutiet eum. Per hunc proximum intelligitur chriſtus, qui ſe amicum oſtendit peccatorib. Lu. 15. a. *Hic peccatores recipit & manducat cum illis.* Dicitur de chriſto. Ipſe vero illum non percutit, quem ſub vera pœnitentia protectum eſſe cognoſcit.

✻ MO-

tatis. Diliges dn̄m Deū tuū ex tota anima tua. Sed ſi rurſus an
A guſtiamini, imminuti ſunt qui abundātiā charitatis & gratiā
Luc 6.a. recipere nō poſſunt, habes tertiā ciuitatē, vt diuinæ poteſtatis
formido te ſobriū faciat, & inflectat metus, & hæc eſt lex ter-
tia, Dn̄m Deū tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies. Hę igitꝰ pcipuæ
virtutes & ideo paucorum nō pluriū ſupra Iordanem poſitę ſunt, vt exprimas qua ſi imago, archetypū diligas, quaſi filius patrē adores, quaſi ſubditus regē. Qui autē Iordanē tranſierint. Iordanis autē eorum deſcēſio dicitur. Qui deſcenderint ergo ex illis ſuperioribus uirtutibus ad hæc inferiora.i. in quibus integritas, charitas, & humilitas vacillauerit, habēt propria hominis refugia quę petant. Vt qui obnoxii delictis & inflexi uitiis non uoluntariis, ſperent dn̄m ſibi reconciliari poſſe, ueniam petant, ſperent poſſe corrigi, ſi præ-
B cepta ſequantur cæleſtiū mandatorū, quibus aut informamur ad innocentiā, aut reuocamur a culpa. Hæ igitur intra Iordanē ciuitates ſequenter ſunt, vt propitiemus nobis deū, ſequamur quæ iubet, uitemus q̄ prohibet. Si ergo propitiandę diuinitatis

†2 q.4.c. eſt in ſta... in ſin. 9. q.2.1.& 2. in ... gi. 7. q. .c. quis pi. ſcopus

Si prębueris refugium.
a nus Deus tuus dabit tibi poſſidendā, ne ſis ſanguinis reus. Si 1
Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.1.Io.3.c. Malitioſe.
quis autem odio habens proximū ſuū, inſidiatus fuerit vitæ
In corpore vel in anima.
eius, ſurgensq́; percuſſerit illū & mortuus fuerit, fugeritq́; ad
vnam de ſupra dictis vrbibus, mittent ſeniores ciuitatis illius,
a Participatione altaris. Chriſti.
& arrpient eum de loco effugii † tradentq́ue in manus proxi-
Aeterna morte.
mi, cuius ſanguis effuſius eſt, & morietur, †nec miſereberis e-
a Culpam innoxij ſanguinis.
ius, & auferes innoxium ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi.
b Nō aſſumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt 2
priores in poſſeſſione tua, quam dn̄s Deus tuus dabit tibi, in 3
c terra quam acceperis poſſidendā.† Non ſtabit teſtis vnus con 4
tra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: ſed in o-
re duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum. Si ſteterit
teſtis mendax contra hominem, accuſans eū pręuaricationis,
ſtabunt ambo quorū cauſa eſt ante dn̄m in conſpectu ſacer-
dotum, & iudicum qui fuerint in diebus illis.† Cumq́ue dili-
gentiſſime perſcrutātes inuenerint falſum teſtē dixiſſe contra
a Falſus teſtis non erit impunitus. Prou.19.a.
fratrē ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere co-
gitauit, & auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri ti-
morem habeant, & nequaquam talia audeant facere. † Non 5
a Scientiam, quia fratri ſcientiam abſtulit.
d miſereberis eius, ſed animam pro anima, oculum pro oculo, 6
a Greſſum vel voluntatem.
e dentem pro dēte, manum pro manu, pedem pro pede exiges.
f

ambitio, ſequendę pceptionis obedito, interdictæ præuaricationis cautio, quib. propitiationē Dei miſericordiā, & nomotheridem eius prouidentiā, vel inſtauratorum obſequio, uel interdictorum declinatione veneremur.

a *Si quis autem odio habens proximum.* Qui malitia aliquem percutit, & in mortem animę ducit, reus eſt ęternę mortis, vnde.
Mat 18.a *Si quis ſcādalizauerit unū de puſillis, qui in me credunt, &c.* Et alibi.
1.Io.c. *Qui odit fratrem homicida eſt, & non habebit vitam æternam.* Hic ab altari diuellitur, tanquā ſacramentis dominicis indignus, nec veniā niſi per condignam penitentiam promeretur. Qui autē non ſponte occidit habet vrbes refugii, eccleſiā ſ. catholicā, vbi ſe anguſtia pęnitentiæ coercens, p omne tēpus pſentis vitæ bonis operib. ſtudeat, & ſi ſpē in morte ſummi pontificis, ſ. redēptoris ſui poſuerit, tandem merebitur ſaluari.
C Qui fraternum odiū retinet ī corde, nō poteſt fructuoſam poeni

pœnitentiam agere: nec Deum ſibi placare. D
b *Non aſſumes & transferes terminos, &c.* Vnde: *ne tranſgrediaris terminos quos poſuerunt patres tui*, id eſt, pręcedentium patrū regulas & definitiones viuendi. Allegor. Pro.22.d.
c *Non ſtabis teſtis unus.* Hoc etiam hiſtorialiter ſeruare debemus. Et cōtra impios vel heretico, ſi cū teſtimoniis ſcripturarū indigemus, duos teſtes, .i. vetus & nouū teſtamētum adhibemus, uel tres, id eſt euangelium, prophetas, apoſtolum, & ſic ſtat verbum.
✲ Procop. Quemcunque hominū proximū vocat. Non n. vtique cōtra eos qui loco remoti ſunt, fas erat. Nec vero aliis in rebus quam viſis. In rebus enim occultis, teſtis Deus eſt & conſcientia. Necnon teſtes ſunt tres, ſancta Trinitas, qua uidente & audiente, Abel etiā mortuus adhuc loquitur. Teſtis enī fidelis Deus eſt, qui dicit: Nihil quicquā me celabitur.
†16.q.3.c. inter memoratos. †Mat.18.b. Ioan.8.c. 1.Cor.3.a. E
d *Animam pro anima.* Qui enim animā errare fecit, venia dignus non eſt.
e *Dentem pro dente.* Verborum virtutem Dentes enim uerba ſignificant ſecūdum illud: *Filij hominum, dentes eorum arma.* Et alibi: *Dentes eius lacte*, id eſt lege, *candidiores.*
†3.q.5.c. hęc im... †Exo.21.c. Leui.24.c. Mat.5.f.
✲ Proc. Eam legem correxit Chriſtus tanquam ſtultam, cū dixit: Ego vero dico vobis non reſiſtere malo, verum ſi quis tibi alapā impegerit in dextram maxillam, obuerte illi & alterā. Cæterū huius legis ſcopum Ieremias quoque oſtendit dicens, Bonū eſt viro ſi tulerit iugum ſuū ab adoleſcentia ſua, ponet os ſuū in puluerem, an forte ſeſe offerat ſpes, pbebit p cutienti ſe maxillam, ſatiabitur opprobrio. Huiuſmodi etiam hoc eſt. Diliges proximum tuū & oderis inimicū tuū. Dauid enim cū exceſſiſſet ex ephebis, hoſtemque Saulem haberet, nullo erga eum laborauit odio. Quapropter euāgelice admodum inquit: *Si rependi mihi mala inferentibus, cadam vique ab hoſtibus meis vacuus.*
Pſal 56.a. Gen.29 b.
f *Manum, &c.* Operationē, vt ea, ſ. ſint ei vtilia aut nociua quæ in alio peruertit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Si quis autem. *Hic agitur de homicidio voluntario, & primo ponitur condemnationis actus, ſecundo modus, ibi,* Non ſtabit teſtis unus. *Prima in duas, in partem principalem & incidentalē, ibi:* Non aſſumes & transferes terminos proximi tui, &c.

*Circa primum dicitur, quod homicida a propoſito, cum hoc declaratū fuerit, debet ad mortem condemnari per ſenes ſeu iudices ciuitatis illius in cuius terminis factum fuit homicidium, & patet litera ex his quæ dicta ſunt Num xxxv.*

2 Non aſſumes. *Hic ponitur incidens, ſcilicet quod metæ terrarum & camporum non mutentur ab aliquo in augmentum ſuæ poſſeſſionis, & diminutionem hæreditatis proximi, & ponitur in iſto capitulo, quia talia ſolent fieri maxime tempore quo aliquis eſt exul a ſua terra & ciuitate, quia tunc non poteſt damno ſuæ hæreditatis precauere. In hoc autem ca. facta eſt mentio de homicida a caſu, qui debebat eſſe exul a ſua ciuitate & patria vſque ad mortem ſummi pontificis, Num. xxxv. & inhibitio de trāſlatione terminorum hic ponitur, cum dicitur:* Non aſſumes lapidem. *eradicando.*

3 Et transferes. *Alibi ponendo, ad augmentum tuæ portionis, & diminutionem alterius. Dicit autem Rab. Sal. quod hoc ponitur hic ad deſignandum quod talis transferens terminos intra terram promiſſionis, tranſgreditur duo præcepta negatiua, ſ. illud,* Non furtum facies. *& illud quod hic dicitur.* Non transferes. *Si autem hoc fieret extra terram promiſſionis, eſſet ſolum contra illud:* Non furtum facies, *non autē cōtra illud quod hic dicitur, quod probat per hoc quod ſubditur: In poſſeſſione tua quam dominus* Deus *tuus dabit tibi in terra, quam acceperis poſſidendam. Sequitur.*

4 Non ſtabit, &c. *Hic agitur de modo puniendi homicidium voluntarium, quia non debet condemnari per vnum teſtem, ſed per duos uel tres diligenter examinatos, & ſi per talem examinationem apparuerit aliquis teſtis mendax vel falſus, præcipitur puniri ſecundum legem talionis, ſ. ex lege pœna qua puniretur ille contra quem depoſuit, ſi fuiſſet conuictus, & patet litera.*

5 Non miſereberis eius. *Non prohibet compaſſionē naturalem, ſed compaſſionem pœnam debitam diminuentem vel differentem contra iuſtitiam.*

6 Oculum pro, &c. *Dicit autem Rab. Sal. quod talis mutilatio non eſt infligenda, ſed pretium ſecundum taxationem iudicum, ſicut etiam dictum fuit Exod. 21. Sed hoc non uidetur rationabiliter dictum, quia in litera dicitur:* Non miſereberis eius. *quia aliqua miſericordia eſſet, ſi pro membro mutilando poſſet dari pecunia.*

CAP. XX.

A a Quia do. Myſticè. AVGVST. Quæſt.30. LXX. Quoniā dominus Deus veſter qui præcedet vobiſcū, ſimul debellabit vobiſcū inimicos veſtros, & ſaluos faciet vos. Ecce quēadmodum & in ſpiritualibus conflictib. ſperandum & petendum eſt adiutorium Dei, non vt nihil faciamus, ſed vt adiuti cooperemur. Ait enim, debellabit vobiſcum, ut etiā ipſos acturos oſtenderet.
B ·3.g.
b Quis eſt ho. AVGVST. Quæſt.31. Non eſt meliori bello qui iam ædificia dedicauit, vel de nouella bibit, aut ſpōſā
C du-

# CAP. XX.

a Gentilium vel hęreticorum errorem.
SI exieris ad bellum contra hoſtes tuos,& videris equi- 1
tatus & currus, & maiorem quam tu habeas aduerſa
a rii exercitus multitudinem, non timebis eos quia do
minus Deus tuus tecū eſt,qui eduxit te de terra Ægy
a Spirituali vel corporali. b Firmus,interritus, qui debet confortare in ſpirituali bello.
pti. Appropinquante autem iam prelio, ſtabit ſacer- 2
a Primus bellaturus pro ſe & pro alijs. Probandum. b In præſenti vita.
dos ante faciem, & ſic loquetur ad populum: Audi Iſrael: Vos hodie
Viſibiles vel inuiſibiles.
contra inimicos veſtros pugnā cōmittis, non pertimeſcat cor veſtrū. 3
Nolite timere eos,qui occidunt corpus:animam autem non poſſunt occidere.Matt.10.c. Fortior illis.
Nolite metuere, nolite cedere, nec formideris eos,quia dominus Deus 4
a Communis omnibus. b Liberandis. Dæmones vel vitia. 5
c Virtutem & voluntatem dominandi dabit.
veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra aduerſarios dimicabit, 6
a Animæ. b Maiores doctores. Subditorum.
vt eruat vos de periculo. Duces quoque per ſingulas turmas audiente
Virtutibus. a Corpus.
b exercitu proclamabunt. † Quis eſt homo qui ædificauit domum no-
a Id eſt virtutes ad perfectionem non duxit.
uam,& non dedicauit eam? vadat & reuertatur in domū ſuam, ne for
te moriatur in bello,et alius dedicet illam. Quis eſt homo qui plātauit
a Feruorem nouę conuerſationis. b Alijs in exemplum producendo.
vineā,et necdum fecit eam eſſe cōmunem,et de qua veſci oībus liceat? 7
vadat et reuertatur ī domū ſuā ne forte moriatur in bello,et alius hō †
a Adhuc ſcil.detentus lec li ſolitudinibus.
eius fungat̃ officio. Quis eſt hō qui deſpondit vxorē,& nō accepit eā? 8

D duxit. Sed quia his reb. humanus tenet affect*,ideo hęc d. cuntur ad bellū procedentibus,vt qui afficitur his, appareat cum reuertat, ne propter hæc minus fortiter agat timēs ne ante moriat̃ q̃ illā expleat. Quantū enim ad fœminā pertinet,meliusnubit alteri intacta q̃ vidua, ſed hæc inſtituta ſunt ꝓpter virorum animos explorandos.
E * PROC. Nemo domū terreſtrē aſpernatur. Nō ita vero qui terrę incola cū ſit, ſedes ſupernas mēte cōcepit, qualis Abrahā fuit q cū habitaret in terrenis, locum † in
☞ loco
F

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XX.

Diuiſio. 1 SI exieris ad bellum,&c. *Hic cōſequenter agitur de homicidio facto in communi,ſ.in bello. Et primo oſtenditur, quid ſit agendum in congreſſu belli. ſecundo in obſidione aduerſarij, ibi:* Si quando acceſſeris. *Circa primum tria deſcribuntur. Primum pertinet ad communem populum exeuntem ad bellum iuſtum,ſ. quod non timeant ſi videant maiorem multitudinem aduerſariorum quam ſuam, memores illius magnæ multitudinis Aegyptiorum, quam ſubmerſit dominus in mari rubro pugnans pro Hebræis,vt habetur Exodi 14. Secundum pertinebat ad ſacerdotes,quia ſacerdos debebat ſtare ante aciem,& animare populum bonis exhortationibus ad ſecure certandum pro iuſtitia. & hoc eſt quod dicitur.*

2 Appropinquante autem,&c. *Et ſubditur.*

3 Non pertimeſcat,&c *Quia deficiente corde per timorem, deſtituuntur membra exteriora ab actibus ſ is.*

4 Nolite metuere. *Pigre & pauide contra aduerſarios procedēdo.*

5 Nolite cedere. *Fugiendo.*

6 Quia dominus. *Quod exponunt aliqui Hebręi de arca domini,quæ portabatur ad prælium,ſed quia raro portabat,melius exponitur de pręſentia Dei,qui licet ſit vbique,tñ in iuſto bello ſolet adeſſe certantibus pro iuſtitia per ſpecialem conuerſationem ipſorum & potectionē. Tertium pertinet ad duces exercitus, qui primo debent remouere ineptos ad bellandum de acie,de qua remouenda erant quatuor genera hominū Primo illi qui ædificauerant domos novas,& non dedicauerant eas, & accipitur hic dedicare pro ſtrenare, id eſt, facere ſolenne conuiuium de inhabitatione ipſius.& hoc notatur cum dicitur,*Et non dedicauit,*&c. Secundo illi qui plantauerant vineas,& nondum comederant de fructibus earum.& hoc notatur cum dicitur.*

7 Et

7 Et necdum fe. *Id eſt,de qua ſit licitum veſci communiter, & hoc erat in quinto anno,quia fructus qui naſcebantur tribus primis annis reputabantur immundi,tum quia contra communem curſum naturæ nati,tum quia talibus fructibus quaſi quibuſdam inſolitis & nouis in ſacrificijs idolorum vtebantur & ideo tales fructus nec offerebantur, nec comedebantur a Iudæis. Quod autem naſcebatur quarto anno totum offerebatur Deo. De fructibus autem anni quinti poterat dominus vineę. & etiam alij uti,& tunc dicebatur uinea facta communis. Quod autem prędicti ædificatores domorum & plantatores vinearum amouebantur de prælio,hoc erat,quia in prędictis operibus magnus labor eſt, & per conſequens ad talia homo qui laborauit multum afficitur,et ideo ex hoc magis timet mori antequam aliquem fructum tanti laboris conſecutus fuerit,& hoc per conſequens eſt minus conſtans,& minus aptus ad bellandum. ex quo poteſt alijs eſſe in impedimentum, ſicut infr.dicitur de pauidis & formidoloſis. Item quia 2. Phyſicorum dicitur, infortunium eſſe quando aliquis eſt prope magnum bonū, & non aſſequitur, & propter hoc prædicti ſequeſtrabantur a periculo prælij, ne ſi morerentur,alij magis terrerentur,& abhorrerent præliari propter tale infortunium quod prędictis accidiſſet. Tertio remouendi erant illi a prælio qui deſpenſauerat vxores,nondum tamen adhuc eas cognouerant per matrimonij conſummationem.& hoc notatur cum dicitur.*

8 Et non. *Quia tales ſolent multum deſiderare amplexus ſponſę. & ideo magis timent mori ante complexionem ſui deſiderij, propter quod ſunt minus apti ad prælium. Item ſi ante conſummationem matrimonij ſic incboati morerentur in prælio,reputaretur ab aliis infortunium magnum,& ſic magis abhorrerent prælium. Quarto remouendi erant pauidi & formidoloſi,quia pauci pauidi faciūt alios timere,& ex fuga ſua diſſipant & deordinant aciem,& ſic præbent hoſtibus aditum, & per conſequens ſunt in magnum nocumentum, & hoc notatur cum dicitur.*

Phil

1* 1 Ne

## MORALITER.

*1 *Si exieris ad bellum contra hoſtes tuos,&c.* Secūdum quod dicit Apoſtolus Eph.6 ſi. *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem,*id eſt,aduerſus homines tantum,*ſed aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitię.* Et licet ſint multi & fortes,tñ non debemus pauore diſſolui, quia plures & fortiores ſunt ī adiutoriū noſtri.ideo ſequitur.
6 *Quia dominus,&c.* Cuius fortitudo eſt infinita. Item in adiutorium nr̃i ſunt angeli ſancti,& omnes beati,qui ſunt in maiori multitudine quā ſpiritus maligni, omnes etiam boni catholici nobiſcum ſunt charitate coniuncti,propter,quod cū Heliſeo poſſumus dicere illud 4.Reg.6.d. *Plures nobiſcum ſunt quam cum illis.* Ad iſtud autem bellū inepti reputantur illi qui de nouo duxerunt vxores, per quos ſignificantur molles & effœminati. Item illi qui de nouo domos ędificauerūt ad ſui magnificentiam, per quos deſignantur homines elati in ſuperbiam. Item illi qui denouo plantauerunt vineas,per quos deſignantur homines nimis occupati circa cupiditatem terrenam. Item homines pauidi per quos intelliguntur illi qui tentationib non reſiſtunt,ſed ſtatim per conſenſum dæmonibus ſe tradunt.

* Non

loco ſubinde permutauit. Item Dauid qui dicit, Quam amabilia ſunt tabernacula tua &c. De quib. Seruator: Ibo & parabo vobis locũ, quo ubi ego ſum, ibidẽ & vos mecum ſitis. Quę q non inueſtigat, domũ hic extruit ſummamque in ea induſtriam collocat. Quo circa, ſacræ militiæ eis qui pietatis gratia res terreſtres deſpicere nolunt, interdicitur.

Iudic. 7. a

a *Quis eſt homo.* ISIDORVS. Docet non poſſe quẽquam profeſſionem contemplationis vel militiæ ſpiritalis arripere, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimeſcit, ne infirmitate mentis reuertatur, ſuoque exemplo alios reuocet, & terrore ſuo infirmet. Reuertãtur in domum ſuam qui duplici corde ſunt, quia prælia domini præliari non poſſunt. Vir enim duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. Tales nec initium renuntiationis accipiant, quibus melius eſt ut in actiua uita conſiſtant, quam tepide cõtemplationem exequentes, maiori ſe diſcrimine inuoluant. Idẽ illi dicitur, qui uxorem duxit, qui uineã plantauit, id eſt, propagines filiorũ, non enim poteſt ſeruire con-

ſi noluerit
& cęperit.
b

a Si, tenetur eius effectu. b A propoſito contemplationis.
c Ne procedat ad ſpirituale bellum ne minus fortiter agat.

Vadat & reuertatur in domum ſuam, ne forte moriatur in bel-
lo, & alius homo accipiat eam. His dictis, addentur reliqua, &
Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.
a loquentur ad populum: † Quis eſt homo formidoloſus & cor-
a A propoſito contemplationis. b Conſuetudinem vitæ prioris. Si deſecerit.
de pauido? vadat & reuertatur in domum ſuam, ne pauere fa- 1
Qui idem volunt incipere.
ciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt. Cũ
que ſiluerint exercitus duces, & finem loquendi fecerint, vnuſ-
a Subditum populum. b Hortando.
quiſque ſuos ad bellandum cuneos præparabit. Si quando ac- 2
a Conuenticula hæreticorum, vel mundum, vel exteriorem hominem qui aduerſatur ſpiritui. b Prædicando. c Pax huic domui. 3
Chriſtum qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.
ceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. 4
a Verbum pacis in ſocietatem fidei veniens. b Sponte.
c Cordis vt recipiat hoſpitem Chriſtum. d Senſus & affectus.
b Si receperit & aperuerit tibi portas cunctus populus qui in ea
a A morte. b Obediendo. Prædicandi c Bonorum operum, & impletione præceptorum.
d Pacis, fidei.
eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: Sin autem fœdus inire
a Diſceptationis. Scripturæ teſtimonijs.
† noluerint, & cœperint contra te bellum, oppugnabis eam.
Quo adiuuante ſuperas. Victam. Poteſtate. In errore fortes fidei reſiſtentes.
Cumq; tradiderit dominus Deus tuus illam in manu tua, per- 5
a Vigore repugnandi. b Quod eſt verbum Dei.
cuties omne quod in ea generis maſculini eſt, in ore gladii, abſ
a His ſcil. qui facile conuertuntur, prædicationi acquieſcant, nec veritati reſiſtunt.
b Qui cito Chriſti onus ſuſcipiunt.
que mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris quæ in ciuita
a Omne bonum quod agimus in vtilitatem fratrum redigere debemus.
b Militibus Chriſti. c Satiabor cum apparuerit gloria tua. Pſal. 16.
te ſunt. Omnem prędam exercitui diuides & comedes de ſpo-
a Quos Deo ſubiugaſti. b Non tuæ vires.
liis hoſtium tuorum, quę dominus Deus tuus dederit tibi. Sic 6
Religione diuerſa.
facies cunctis ciuitatibus, quę a te procul valde ſunt, & non
ſunt de his vrbibus, quas in poſſeſſionem accepturus es. De his 7
a Catholicis eccleſijs.
c aũt ciuitatibus quæ dabuntur tibi, nullum oĩno permittes vi- 8
uere, ſed interficies in ore gladii: Hethæum videlicet & Chana
nęũ, Pherezęũ & Heuęum & Iebuſęum, ſicut pręcepit tibi dñs
Deꝰ tuꝰ, ne forte doceãt vos facere cũctas abominationes quas
ipſi operati ſunt diis ſuis, & pecceris in dñm Deũ veſtrũ. Quan 9
a Falſam philoſophorum munitionem. Scripturarum.
do obſederis ciuitatẽ multo tẽpore, & munitionibus circumde-
a In lacte te nutricando, vnde: Inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Gal. 6. a. b Homines ſcientiæ & virtutum fructibus nobiles.
Phyſicam, ethicam, logicam, de quibus multa vtilitas.
d deris vt expugnes eã, non ſuccides arbores de quibus veſci po- 10

contemplationi ſeruus vxoris, nec aſſequi ſtudium contemplationis, qui hæret in delectatione carnis. *Nemo enim militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus, ut es placeat cui ſe probauit.*

2. Tim. 2. a

Melius eſt profeſſionem uel perſecutionẽ deuitare, quam ĩ ea ſuccumbere. Ad diſputationem quoque contra hęreticos venire non debet, niſi doctus & perfectus, ne ſcandalizet alios ſuperatus.

b *Si receperit, &c.* ✻ PROCOPIVS. Huiuſmodi etiã ſunt quæ Chriſtus mandauit ſuis diſcipulis, ut uidelicet ſint pacifici cum omnibus qui pacem ipſorum recipiant. ab his vero qui non receperint, puluere e pedibus excuſſo ſeſe abducant.

c *Nullum omnino permittes.* Nulli uitio in noſtra conuerſatione parcendum, ne coram oculis domini uoluptatibus corrupti & abominabiles appareamus, & exultantes inimici de ruina noſtra dicant: *Euge euge animæ noſtræ, deuorabimus eum.*

Pſal. 34 d.

d *Non ſuccides. &c.* ✻ PROCOPIVS. Ne hoſti cum victoribus fiat inutile. Neque vero arbor hoſtilis eſt, inquit, ut urbem expugnantibus

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ne pauere. *Et quia ad duces non ſolum pertinet remouere ineptos, ſed etiam ordinare & excitare aptos ad fortiter bellandum. Ideo ſubditur.*

2 Vnuſquiſque. *ſ. de principibus, & capitaneis exercitus.*

3 Suos ad. *Dicitur autem cuneus acies ordinata ad modum trianguli ſeu cunei, quaſi diſpoſita ad ſubintrandum & diuidendum aciem aduerſariorum.*

4 Si quando acceſſeris. *Hic conſequenter oſtenditur quid ſit agendum in obſidione aduerſariorum, & primo quantum ad homines, ſecundo quantum ad arbores, ibi: Quando obſederis. Circa primum dicitur,* Si quando acceſſuris ad expugnandum ciuitatem offeres ei. *Loquitur de ciuitatibus quæ erant extra terram promiſſionis, quia de illis quæ erant intra, erat eis prohibitum, ne aliquo modo facerent cum eis pacẽ. Sequitur.*

5 Percuties omne quod, &c. *Et hoc in pœna illius peccati, quod noluerunt recipere pacem, & propter hoc excipiuntur mulieres quib. non competit bellare, & pueri qui nondum venerant ad ętatem & robur bellandi.*

6 Sic facies cunctis ciuitatibus, etc. *Ex quo patet quod ſupra dictũ eſt ſcil. quod ſcriptura loquitur hic de ciuitatibus exiſtentibus extra terrã promiſſionis, contra quas filij Iſrael habebant iuſtum bellum ex aliqua iniuria eis illata, ſeu alia ratione iuſta.*

7 De his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi. *Scilicet in terra promiſſionis.*

8 Nullum omnino permittes. *Quia ex iuſto Dei iudicio propter ſuas iniquitates erant omnes omnino delendi & interficiendi & ad hoc filij Iſrael mittebantur, ut dictum eſt ſupra, vij. c. Additur etiam alia ratio, ſ. ne ſi remanarent aliqui eorum cum filijs Iſrael, pertraherent eos ad idololatriam, & hoc notatur cum dicitur:* Ne forte doceant uos &c. *ſubditur.*

9 Quando obſederis. *Hic oſtenditur quid ſit agendum in obſidione aduerſariorum quantum ad arbores, & ſub hoc intelliguntur vineæ & conſimilia, de quibus dicitur.*

10 Non ſuccides, &c. *Et hoc qui poterant eis proficere tempore obſidionis edendo de fructibus, & etiam tempore captionis, quia terra ex reſeruatione talium erat melior & aptior ad inhabitandum, & per conſequens ſi talis ciuitas erat intra terram promiſſionis, erat melior pro habitatione ipſorum. Si autem extra, redderet eis melius tributum & hoc notatur cum dicitur.*

✻ 1 Quoniam

MORALITER.

✻ 10 *Non ſuccides, &c.* Homo dicitur arbor conuerſa. vnde 2. de Anima dicitur, quod radices ſunt ori ſimiles, nam per illas trahũt arbores alimẽtũ ſicut homines per os, qđ eſt in parte ſuperiori. Per hoc igitur ꝙ hic dicitur de arboribus fructiferis, quod non debeant ſuccidi, ſignificatur quod etiã in bello iuſto nõ ſunt hoĩes occidendi, de quibus eſt ſpes quod fructificent in eccleſia Dei, ſed illi tantũ de quibus talis ſpes non habetur, & de quorũ reſeruatione timetur periculũ euenire.

A tibi reſiſtat. Intelliget arbores illas de quib. Iſaias ad Babylonẽ inquit, *Omnis terra ſub ſe leta voce, & ligna Libani lætata ſunt de te, &c.* Conducere ad expugnationes vrbium ſteriles arbores inquit. Huiuſmodi Athenienſes fuerunt. Nulli enim rei vacarunt, præterquã inanibus uerborum iactationibus auditionibuſque. Quocirca Paul⁹ Athenas expugnans, & euertens eorum impietatem, Viri Athenienſes, inquit, pomnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video, inueni item aram, quæ ignoto Deo inſcripta eſt. Eum igitur Deum quem per ignorantiam colitis, vobis denuntio. Vides quantum ipſis per ipſos vallum ſit demolitus. Per quod vrbem eorum, quamuis non totam ſimul cœpit. Quidam enim crediderunt, quorum è numero Dionyſius quoque Areopagita erat. D

* ſed agreſtia & in cæteros apta v'us.
*aduerſus ciuitatem

a Acumine acrioris iudicij.
teſt nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem, quo 1
Fructiſetum.
niam lignum eſt & non homo, nec poteſt bellantium contra
a Figmenta & voluptuoſi carmina.
te augere numerum. Si qua autem ligna non ſunt pomifera,
a Agreſtis ſenſus & inordinati. b Anephando ſtudio euelles. Vnde: Nec cum huiuſmodi cibum ſume re, donec in meliorem vſum conuertantur. c Gentiles ex libris ſuis ſunt ſuperandi.
ſed agreſtia & in cæteros apta vſus, ſuccides, & inſtrue machi
nas * donec capias ciuitatem, quę contra te dimicat.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quoniam lignum, &c. *Quaſi diceret non poteſt fugere, nec contra te bellare, nec fructus ſuos tibi denegare. Et ex hoc patet, quod ſi ciuitas expugnanda eſſet ita fortis, quod filij Iſrael deſperarent de eius captione & recederent de obſidione, poterant talia excidere, quia ſi remanerent, deſeruirent utilitati aduerſariorum, & per conſequens eſſent eis in nocumentũ, & hoc modo filij Iſrael receſſerunt de obſidione vrbis regiæ filiorũ Moab, ſuccisis arboribus fructiferis regionis. 4. Reg. 3.*

*ADDITIO* II.

*In cap. 20. vbi dicitur in paſtilla:* Quoniam lignum eſt, & non homo. *In Hebræo non eſt aliqua hic dictio negatiua expreſſa, ſed hic dictio: Lignum eſt homo, quod varie exponitur ab expoſitoribus Heb: ſed tranſlatio noſtra poſuit illa verba interrogatiue, ut intelligerentur ſic:* Nunquid lignum eſt homo. *ſcilicet ut fugiat a te. q. d. lignũ nõ eſt homo. & ſententia tranſlationis noſtræ conſonat verbis, quæ hic ponuntur in Hebraico, ſi intelligantur admiratiue, vt dicendo,* Nunquid lignum eſt homo? *quod ſatis literæ Hebraicę conſonare poteſt.*

B E

CAP. XXI.

a Qvando inuentum, &c. Cadauer corpus ſine anima, & anima ſine Deo, qui eſt eius vita. In terra quam dominus Deus tuus da. eſt tibi. hoc eſt in eccleſia. Cædis reus, actor ſeditionis. Maiores natu, vita & ſapientia maiores. Iudices, id eſt ſacerdotes, quorum officium eſt de ſingulis iudicare, id eſt diſcernere. Metiẽtur a loco cadaueris. id eſt cum ſumma diſcretiõe inueſtigabũt actorem ſeditionis. Tollent vitulam de armento. id eſt carnẽ Chriſti, quam de patribus ſumpſit. Quæ non traxit iugũ, quia *peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Nec terram ſcidit vomere, nullam ſcilicet ſeditionis maculam admiſit. Libr. 1. Deute. 1. Pe. 2. d.

✠ Procopivs. Vulneratus qui propter peccata noſtra Chriſtus eſt. A patre quidem traditus, a Iudæis vero afflictus. qui eum interemiſſent nunquam, niſi Deo ita fuiſſet viſum. Vulneratus in Iudæa eſt. Apud gentes vero myſterium eius perficitur. Ducitur in vallem aſperam & incultam. Vulneratus enim in cruce, ad gentium conceſſit ſolum quod ante aridum & incultum iacuit. Ad quod Iſaias inquit, *Lętare terra deſerta, &c.*

C

✠ Rap. Huius loci myſterium maiores noſtri, iudices noſtri Apoſtoli ſcilicet hoc modo impleuerunt. In terra qñ Deus dedit illis, id eſt, in ſancta ſcriptura, cadauer hominis occiſi inuenerunt, id eſt, ſacrilegium eorum qui occiderunt, & eius Chriſti qui occiſus eſt, innocentiam, cauſam quoq; intellexerũt. Sed quodammodo ignorabatur cędis reus, tum quia Iudæi nõ ipſi manibus ſuis occiderent, ſed gentilibus occidẽdum tradiderunt, tum quia non ſe regem Chriſtum ſed magum occidiſſe pertinaciter defendunt. Exierunt igitur a loco cadaueris in illa terra quam dominus dedit, id eſt, ĩ ſancta ſcriptura, quæ manifeſte paſſionem exprimit redemptoris. Verbi gratia, *Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur, &c.* Iſa. 53.

b *Et ignorabitur.* Diabolus qui inuiſibilis, & ideo ignorari dicitur. Scitur enim, quia miſit in cor, ut traderet eum Iudas. Io. 13. a

c *Maiores natu. &c.* Apoſtoli & doctores qui ſcripturæ atteſtatione perceperunt nullam nationem ſic promptã ad cędẽ vt Iudæorum gentem, qui & prophetarum, & domini ſanguinem fuderunt.

F

CAP. XXI.

a Qvando inuentũ fuerit in terra quam dñs 1
Corpus Chriſti.
Deus tuus daturus eſt tibi hois cadauer
b occiſi, & ignorabitur cędis reus, egrediẽ
c tur maieres natu & iudices tui, & metiẽ
tur a loco cadaueris ſingularũ pcircuitũ
ſpatia ciuitatũ, & q̃ vicinorẽ cæteris eſſe †
a Apoſtoli & apoſtolici viri, per quos pro peccatorum noſtrorum expiatione crucifixa prædicatur. b Chriſti carnem. c Patriarcharum, & prophetarum.
perſpexerint, ſeniores ciuitatis eius tollẽt vitulã de armento, q̃ 2 3

☞ a Et du-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXI.

1 Qvando inuentũ. *Poſtquã actum eſt de homicidio cuius actor cognoſcitur, hic cõſequẽter agitur de illo cuius actor ignoratur, ad cuius inueſtigationẽ ſciẽdum q dicit Rab. Moyſes de ciuitate propinquiori loco in quo fuerat factũ homicidiũ, uitula accipiebatur & occidebatur & carnes eius in loco occiſionis relinquebantur in putredinem conuertendæ. Locus etiam ille remanebat incultus, & in his duob. damnificabatur illa ciuitas Senes etiam ciuitatis iurabant, quod non fuerant negligentes de cuſtodia viarum, ita quod per negligentiam eorum non contigerat illud homicidium. Hoc autem iuramentum non libenter facerent, ſi ſcirent aliquid de perpetratione dicti homicidij, nec ciues prędicta damna ſuſtinerent, & ideo ad euitandum prædicta frequenter pro ſe batur homicida, qui ut communius eſt de ciuitate propinquiori loco facti homicidij, quia difficile erat, quin verba aliqua et ſuſpiciones cucurriſſent inter ciues de actore illius homicidij. His dictis pro magna parte patet litera.*

2 Tollent vitulam de armento. *Ita quod ſit ſufficiens ætatis.*

3 Quæ non tradit iugum. *Quia debebat eſſe fortis & non fracta labore, & hoc erat ad inferendum maius damnum ciuibus, niſi proderent homicidium.*

✠ 1 Et pu-

*MORALITER.*

✠ 1 *Quando inuentum fuerit, &c.* Homo primus a die tranſgreſſionis fuit occiſus, Gen. 2. c. *In quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.* Cuius homicida fuit diabolus, qui dicitur hic Myſtice occultus, eo quod eſt inuiſibilis hominibus.

† *Seniores ciuitatis, &c.* Per iſtos ſeniores intelliguntur prophetæ veteris teſtamenti. Per vitulam autem humanitas Chriſti. hanc autem vitulam tulerunt prophetę, id eſt tolli prędixerunt in eius paſſione.

3 *Quæ non traxit iugum.* id eſt nullum contraxit peccatum.

✠ Nec ter-

a Peccati. b Sine femine viri edita, de virgine nata.
a non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & ducent eā ad †
a Ierusalem quam Esaias vocat vallem visionis Esa. 22. a. b Duram & in lomitam a spinis vitiorum asperrimam. c Quia sanctis doctoribus non perfecte cessit. vnde: Ierusalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. Matt. 23. d.
vallem asperam atq; saxosam, quæ nunquam arata est, nec se 1 †
a Euangelij, sed pro fructu spinas, & pro vuis attulit labruscas. Esa. 5. a.
b Vbi Christi carnem crucifixerunt.
mentem recepit, & cædent in eā ceruices vitulæ. Accedentq; 2
a Apostoli & eorum sequaces, quibus ordinem ecclesiasticum regere & prædicare commissum est.
b Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Io. 15 c.
sacerdotes filii Leui † quos elegerit dominus Deus tuus, vt mi 3
Prædicando. Non ipsorum.
nistrent ei, & † benedicant in nomine eius, & ad verbū eorum
omne negotium pendet, & quicquid mūdum vel immundū
Discernatur.
est, iudicetur: Et venient maiores natu ciuitatis illius ad inter 4
b fectum, † lauabuntq. manus suas super vitulam quæ in valle 5
Christi.
percussa est, & dicēt: Manus nostrę non effuderunt sanguinē 6
Nec consensimus. Vt scil. facias Israel.
c hūc, nec oculi viderūt. † Propitius esto populo tuo Israel quē 7
Pœnam scil. innocentis sanguinis.
redemisti domine, & non reputes sanguinē innocentē in me-
Sic. Christi.
dio populi tui Israel, & auferetur ab eis reatus sanguinis. Tu †
aūt alienus eris ab innocentis cruore, qui effusus est, cum fece
Supradictam expiationem. Spiritualem.
a Dæmones vel Gentiles.
d ris quod præcepit dn̄s. Si egressus fueris ad pugnam cōtra ini 8
micos tuos, & tradiderit eos dn̄s Deus tuus in manu tua, capti †
a Ad iugum Christi. vnde: In captiuitatem redigentes omnem intellectum, 2. Cor. 10. b.
b Superata falsitate. c Vtilem sententiam. Animam in Gentili conuersatione.
d A Deo creatam.
e uosq. duxeris, & videris ī numero captiuorū mulierē pulchrā 9
a Vera charitate. b Id est corpori ecclesiæ sociare.
c In adiutorium Christi.
d Ecclesiam.
et adamaueris eā, voluerisq. habere vxorē, ītroduces eā in dō 10 11

A a *Et ducent eam, &c.* Mortem scilicet despectā & turpissimā. unde: *Morte turpissima condemnemus eum.* Quæ nunquam arata est, quia mors Christi absq; culpa fuit. Nec sementem recepit id est zizania peccati, quæ inimicus homo superseminauit. Possumus per uallem asperam Gētilitatem accipere, quæ aspera erat. Saxosa, quia saxa adorabat. In qua cęsa est ceruix vitulę, quia pro salute gentium mors Christi celebrata est. Ceruix robur carnis qđ in morte deposuit. Lauabūt manus super uitulam, id est, purgabunt opera per passionis Christi confidentiam.

B b *Lauabuntque manus suas, &c.* Id est opera sua in passione Christi demonstrabunt esse munda. Licet enim eiusdem passionis sacramenta quotidie iterentur ab omni tamen fraude Iudæorum corda

C & opera habent mundissima.

D c *Propitius esto.* Pro officio suo benedicunt populo, vt non reddatur uindicta pro scelere, sed salus pro redemptione.

d *Si egreßus fueris ad pugnam.* ISIDORVS. Dicant Iudæi, quomodo hæc seruent? quid causę sit mulierem decaluari & vngues circuncidi? quid si sine capillis & unguibus inuenta fuerit.

E e *Mulierem pulchram.* Sicut Paulus qui de Menandro sumpsit: *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Et de Arato: *In ipso viuimus, mouemur, & sumus, ipsius enim & genus sumus.*

Alii putant hanc mulierem specie decoram significare rationabilem disciplinam apud Gentiles inuentam, ab ea enim oportet recidi omnem superstitionis immunditiam, ut ad studium ueritatis F

Iustice. ... ap. 2. d.
Matt. 13. d
† quia eos elegit.
† laudent nomen eius.
† lauabūt &c.
† expia populū tuū.
Menādar poeta. 1. Cor. 15. d
Aratus poeta.
Act. 17. f.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et ducent eam ad vallem asperam atque saxosam. *Per quod designatur horror homicidij perpetrati.*
2 Et cædent in ea ceruices uitulæ. *Ad designandum quod homicida & celantes homicidium eßent digni dolorosa morte.*
3 Accedentque sacerdotes. *Qui erant cæteris certiores in iudicijs, & perspicatores in factis inquirendis, ad uidendum si de auctoribus homicidij appareret aliquod signum.*
4 Lauabuntque manus suas super uitulam quæ in &c. *Ad designandum innocentiam suam.*
5 Et diceut. *cum iuramento.*
6 Manus nostræ non effuderunt sanguinem. &c. *Dicit Ra. Sa. hic, quod nulli debebat esse dubium, quod senes illi qui erant meliores in toto populo ciuitatis, non fecerant homicidum illud manibus proprijs, & ideo non erat de hoc ipsorum iuramentum, sed iurabant quod hoc nō esset factum per eorum negligentiam uel consensum.*
7 Nec oculi uiderunt. *Per hoc intelligitur, quod nihil omnino scirent, quia per visionem omnis alia cognitio designatur.*
8 Si egressus fueris ad pugnam. *Postquam egit de homicidio, hic consequenter agitur de his quæ solent procedere ex odio, licet enim odium sit paßio partis concupiscibilis sicut & amor, tamen paßiones irascibilis omnes oriuntur ex paßionibus concupiscibilis, & in ipsis terminantur, quia oriuntur ex amore & odio, & terminantur in delectationem & tristitiam, ita quod paßiones irascibilis, quæ malum respiciunt oriuntur ex odio. Igitur de talibus agit. Et primo respectu personæ coniunctæ. secūdo respectu extraneæ, ibi:* Quando peccauerit. *Prima in duas, quia primo excluditur effectus odij respectu uxoris, secundo respectu prolis, ibi:* Si habuerit homo. *Circa primum sciendum, quod licet eßet probibitum filijs Israel, ne acciperent mulieres alienigenas de terra promißionis, vt dictum est supra vij. cap. tamen propter suam concupiscentiam permißum erat eis accipere vxores de alijs gentibus, dimisso prius Gentilitatis ritu, & quia frequenter contingebat quod talis mulier fiebat odiosa marito, ideo lex prohibet hic iniuriam fiendam illi mulieri, & hoc est quod dicitur:* Si egressus fueris, &c. *& sequitur.* Diuisio.
9 Et videris in numero captiuorum mulierem pulchram. *Quæ frequēter plus allicit hominem ad se, quā aurum & argentum.*
10 Voluerisque habere vxorem. *Pretius concupiscentia illius, licet esset melius abstinere ab alienigenis mulieribus.*
11 Introduces eam in domum tuam. *Istud est permißio, vt dictum est.*

✻ 1 Quæ ra-

MORALITER.

✻ † *Nec terram scidit vo.* i. nullam seditionem commouit.
1 *Et ducent eam ad vallem asperam & saxosam.* i. eam duci prædicent ad Ierusalem, quæ dr̄ vallis, propter eius lapsum in malis, aspera & saxosa, propter eius duritiam & rebellionem cōtra prophetas, & etiam Christi uerba Matt. xiii. g. *Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt &c.* ideo subditur.
† *Quæ nunquam arata est.* s. aratro timoris domini.
† *Nec sementem recepit.* id est verbum Dei, quod dicitur semē Lucæ viii.
2 *Et cedent, in ea ceruices uitulę.* i. cædi prædicent. Nam prophetæ prædixerunt Christū hominem passurum in Ierusalē, ubi ceruix eius cæsa fuit corona spinea.
† *Et auferetur ab eis reatus, &c.* s. homicidii, qui auferebāt a ciuibus, non tn̄ ab homicidis, per quod significatum fuit, quod mors Christi profutura erat sanctis patribus & prophetis in limbo detentis, non autem diabolo & angelis eius, quorum peccatum est inexpiabile & pœna interminabilis.
8 *Si egressus fueris, &c.* Sequitur.
† *Captiuosque duxeris, &c.* Per hanc mulierem significatur peccatrix anima, q̄ pulchra dr̄ ratione imaginis, sed captiua rōne criminis, Ioan. viii. Qui fecit peccatū, seruus est peccati. Hanc mulierē adamat Christus aliq̄n, sicut patet de Magdalena. Luc. 7 g. Et vult eam spōsam habere per fidē formatam charitate, sed oportet qđ deponat vestes in quibus capta fuit, omnia vitia & peccata præterita per veram contritionem & cōfessionem, & quod radat cesariem & circūcidat vngues, per quod designatur quod debet peccatorum circumstantias aggrauantes per confessionem deponere & occasiones peccandi cauere, & qđ fleat patrē suū & matrem, i. dolere debet & plangere, quod habuit diabolum patrem, sicut dicitur Ioan. 8. f. *Vos ex patre diabolo estis, &c.* quod matrem habuit malorum congregationem, sicut ecclesia, quę est congregatio fidelium, mater est iustorum.

✻ 6 Siba-

A ritatis aſſumatur. Nihil. n. mundum habent diſciplinæ Gentiliũ, quia nulla apud eos diſciplina eſt, cui non ſit aliquid immunditia vel ſuperſtitionis admixtum.

✱ Rvp. Mulier pulchra in numero captiuorum ſine inimicorum, ſancta ſcriptura eſt, in tractatibus hæreticorum. Nam plerique hæretici in cathedra Moſis, imo in culmine Apoſtoli co ſederunt, & quanquam de diuinitate male ſẽtiẽtes, demo ribus tamẽ & allegorica ſubtilitate multa dixerunt.

Libr. 1. in Deut. c. 9.

✱ Proc. Radere caput & ſupercilia, domeſticos item ſuos lugere triginta dieb. iubet, quo aſpectus ĩ ſui tanta turpitudine deſyderium ſedet, ac lamentationis tempore amor depellat. Non enim mente effræna ad concupiſcentias eſt accedendum. Ita quoq; Deus Aegyptios cũ oppugnaſſet, Iudaicam a patribus oriundam ſynagogam uenuſtã uidit, atque ad cultũ ſuũ accommodauit. Ac priuſquam taber nacul̃ ſuum fixiſſet † ea mq; introduxiſſet, ac per vmbram ad veritatem deduxiſſet, caput quoque eius animo ab idololatriæ cogitationib. repurgato, denudauit dicens: Non erunt tibi Dii alii pręter me.

B

† fortitudinis.

a *Vno menſe.* id eſt xxx. diebus, vt poſt fidem trinitatis & op⁹ legis, mereatur eccle ſię ſociari. ter enĩ decem triginta efficiũt.

Curam & prouidentiam. a Nouacula verbi Dei. b Superfluas cogitationes. Superfluitates, & peccatorum figmenta. Quicquid mortuum in operibus. Omne peccatum & infidelitatis quod emortuum eſt, & ſuperfluum eſt. c Crudelitatem vel rapacitatem.

mum tuam. Quę radet cęſariem, & circuncidet vngues, & de 1

a Infidelium errorem. Cultum idololatriæ. Circunſtantias falſitatis vel vanitatis. b Humiliata. c Errorem. Damnabilem & fletu dignum demonſtrabit.

ponet veſtem in qua capta eſt: ſedenſq; in domo tua flebit pa

a Id eſt diabolum, qui eſt pater imitatione, non natura. b Omnem memoriam mundanam & carnales illecebras. Humanam curioſitatem.

a trem & matrem ſuam vno menſe, & poſtea intrabis ad eam,

a Vt ſpiritalem prolem gignas. In ſocietatem recepta.

b dormieſque cum illa, & erit vxor tua. Si autem poſtea non ſe 2
derit in animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere pote- 3
ris pecunia, nec opprimere per potentiam, quia humiliaſti 4

a Deus. b Populum Iudæorum & Gentilium. c Eccleſiam de gentibus quę fide & deuotione diligi meruit. d Synagogam quę infidelis & ingrata.

5
c eam. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alterã 6

Fideles.

d odioſam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ pri-

a Sanctus tanquam ſanctæ matris primitiuus. vnde: Alienati ſunt peccatores a vulua errauerunt ab vtero, &c. Pſal. 57. a. b Dona ſpiritualia.

e
f mogenitus, volueritque ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere,

Voluptuoſe & remiſſe.

non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præfer- †

a Auſtere, & ſeuere. Id eſt habebit.

g re filio odioſæ, ſed filium odioſę agnoſcet primogenitum, da-

Vt abundet.

h bitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. Iſte eſt enim
principium † liberorum eius, & huic debentur primogenita. 7

In fide. a Prædicator.

i Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui nõ

a Dei vel prædicatoris. b Eccleſiæ vel legis. Sæpe admonitus.

audiat patris ac matris imperium, & coercitus obedire cõtem-

Vt corrigant. Quorum auctoritati acquieſcendum.

pſerit apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis il-

a Eccleſiam qua itur in cælum. b Diſcretionis. c Sic in eccleſia faciunt minores epiſcopi ad maiores maiorem cauſam referentes.

lius, & ad portam iudicii, dicentque ad eos. Filius noſter iſte
proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit:

a Duris increpationibus.

comeſſationibus vacat & luxuriæ atque conuiuiis, lapidibus

a Vt publice correctus erubeſcat citius. b Peccato vt viuat Deo. Sic. c Peccatum.

eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis ma-

b *Et poſtea.* Cum nec in in capite, id eſt ſenſibus, nec in manibus. i. operibus, aliquid ſuperfluum aut immundum erit.

c *Si habuerit homo uxores duas, &c.* Chriſtus ſibi duas vxores, populum. ſ. Iudæorum, & gentiũ coniugii copulauit nomine, odioſa eſt ſynagoga, ſemper contentioſa, dura ceruice, incircõciſa corde,

C

D corde, dilecta Gentilis eccleſia, ſed nõ põt filium dilectæ præferre filio odioſæ, id eſt eccleſiam de gentibus, & filios eius pferre apoſtolis & aliis primitiuis, q ſũt filii ſynagogę. Agnoſcit odioſę primogenitũ, dat ei duplicia, qa primitiuis ſynagogæ filiis dedit legem & prophetas, & notitiã nominis ſui, & primo eis euangeliũ prædicauit. Hic enim eſt primogenit⁹ liberorum eius.

d *Vnã dilectam.* Animalitatẽ, quę dulcis uidetur & delectabilis, omnia voluptuoſa cupit, & nullo mœrore afficit.

e *Alteram odio.* Rationalitatem, quę nõ ĩdulget corpori, nec ſeruit voluptati, ſed abdicat occulta de cordis.

f *Primogeni.* Apoſtoli, & Apoſtolici viri, qui locum primogeniti obtinent, quorũ eccleſia ſequitur auctoritatem.

E

g *Sed filium.* Hoc ad literam faciẽdum eſt, ne ſequatur quis animi ſui motum, uel amorem, vel odium, ſed naturam.

h *Cuncta du.* Apoſtoli cuncta duplicia ſuſceperunt, qui doctrina & operatione præditi ſunt.

Alii dabit ut uiuat, non vt abundet, ſicut Abrahã filium ancillæ ſupernationes pręfecit filio Saræ, non ſolũ temporalia, ſed ſpiritualia accumulauit. Gen. 1

i *Si genuerit.* Melior eſt obedientia quam victimæ, & auſcultare magis quam offerre adipẽ arietum, quoniam quaſi peccatum ariolãdi eſt repugnare, &c. Inobedientẽ ergo filium & vitioſum Moyſes iubet obtui lapidib. euangeliũ quoque duris increpationib. quaſi lapidibus ales arguit: *Genimina viperarum quis docebit vos fugere a ventura ira.* 1. Reg. Lucę 3 2. Tim

F ☞ a *Apperſus*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quæ radet cæſariem & circuncidet vngues, &c. *Per iſta deſignatur dimiſſio Gentilitatis, & conuerſio ad Iudaiſmum.*

2 Si autem poſtea non ſederit in animo tuo. *Sicut frequenter contingit de alienigenis mulieribus, quia habent mores diſſimiles & odibiles viris ſuis.*

3 Dimittes eam liberam. *Abſque precio ab ea vel eius amicis pro dimiſſione accipiendo.*

4 Nec uendere poteris. *Quia ex quo facta eſt vxor, non debet redire ad conditionem ancillarum.*

5 Nec opprimere per potentiam. *Imponendo ei in domo tua opera ſeruilia & dura.*

6 Si habuerit homo. *Hic conſequẽter excluditur effectus odij reſpectu prolis. Et primo ponitur propoſitum, ſecundo ex dictis concluditur corollarium, ibi: Si genuerit. Circa primum dicitur. Quod ſi filius odioſæ eſſet primogenitus, pater non poterat propter odium priuare iure primogenituræ, quod conſiſtebat in duobus, quia primogenitus erat alijs in honore præponendus & tantum debebat accipere de bonis paternis quantum duo alij. vnde & Ioſeph qui ſucceſſit patri ſuo Iacob in iure primogenituræ, quantum ad hæreditatem accepit duplicem partem, vt dictũ fuit Geneſ. xlix. Ex dictis patet litera.*

7 Si genuerit homo filium contumacem. *Quia dictum eſt, ꝙ ex odio non debet filius a bono ſibi debito impediri. Ex hoc corollario concluditur, quòd ex amore inordinato non debet in malis foueri, ſed magis iudicibus tradi, vt moriatur antequam ad peiora per inſolentias deducatur, & ſic mors talis ei proficiebat, in quantum ei præcludebatur augmẽtatio malorum & alijs, quia per hoc dabatur eis correctionis exẽplum, tamen per hoc non debebat fieri niſi de illis, de quibus non apparebat probabilitas correctionis, & patet litera.*

✱ 1 Quando

*MRO ALITER.*

✱ 6 *Si habuerit homo uxores &c.* Hominis Chriſti duæ ſunt vxores. ſ. Iudæa & Gentilitas. Iudæa facta eſt odioſa, quia pro maiori parte remanſit in infidelitate. Gentilitas vero facta eſt dilecta, quia fidem Chriſti recepit deuote.

† *Non poterit filium dilectę facere, &c.* Per quod ſignificatur, ꝙ nullus de Gentilitate renatus in Chriſto præpoſitus eſt apoſtolis in donis gratiæ & gloriæ, ſed magis e conuerſo qui renati ſunt de Iudæa.

7 *Si genuerit homo.* Prælatus vel prędicator bonus, pater ſpiritualis eſt illius, q per eius exhortationem vel miniſterium ſuſcepit baptiſmum, & ſi talis renatus in malis fuerit obſtinatus, dẽt per prelatum excommunicari, & vlterius ſi in cõtumacia perſeuerauerit, in caſibus aliquibus tradi iuſtitiæ ſeculari.

✱ 1 *Quando*

A a *Appenſus.* Cruciatū eius vidente populo. vnde: *Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri metum habeant.* 1.Tim.5.c

✲ PROC. Atque qui in parentem delinquit & in Deū, punitur. At qui diuinum prӕceptum ſpreuit, ibſque venia non cōdemnatur. At qui in parentes deliquit lapidibus obruitur. Memēto enim, īquit, quod ab ipſis viuendi initium acceperis. Iacob quoque inquit, Si enim metus patris mei Iſaac fuit in me. Inſuper quoque prouerbiorum autor execratur oculum ſubſānantem patrem, contumeliamque matris ſeruo parantem, corui torrentiū eruant.

a Ne alios exemplo corrumpat. Peſtillente flagellato ſapiens aſtutior fiat. Prouer. 19.d.

lum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat

a Ceriſtianus. b Mortale crimen. c Tormentorum vel excommunicationis.

Quando peccauerit homo quod[b] morte[c] plectendum eſt, & ad- 1

Reatui.

a iudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo, non permanebit

b cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur quia ma- 2

a Pro peccato, punitus. b Qui dixit: Quacunque die tetigeritis morte moriemini, quia peccatum & mortem odit. c Perſeuerando. Fixus non vt Iudas, ſicut quidam voluerunt. d Peccato, quia primum peccatum in ligno. Sordibus peccatorum.

c d le[a]dictus a De[b]o eſt qui pēdet in ligno[d]: & nequaquam conta-

a Carnem.

minabis terram[a] tuam, quam dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem.

Cæſt.20. ✲ THEO. Quare parentū accuſationē aduerſus filium inſtitutam vult eſſe communem? Quia veritatem accuſationis comprobat accuſantium concordia. Contingit. n. plerunque patre ſine cauſa filiū deferente, matrem contradicere, & contra conquerente matre patrem reluctari. Vbi vero rem eandem ambo deferunt, perſpicua eſt accuſationis veritas, propter quam interfici iubet eum qui ſic delatus eſt.

B

Vi ſupra ca.11. ✲ RVP. Grauis & matura ſententia ſanctӕ legis, teneros falſæ pietatis affectus, a cordibus patrum erga filios ne habeantur, excludit. Nam in cauſa Dei nec filium pater ſapiens agnoſcit. Quā legis autoritatē, quia ſenex Heli neglexit idcirco in pauendum vitæ periculum incidit. Nunquid. n. tā molliter dixiſſe cōtentus eſſe debuit, *quare facitis res eiuſmodi? nolite filij mei.* Recte igitur arguitur non corripuiſſe filios ſuos, Domino dicente, *magis honoraſti filios tuos quam me.* 1.Reg. 2.

b *Non permanebit.* Hoc eſt non dēt relinqui in eadem damnatione. ſed reuocari doctorum exhortatione, vt nulli dum uiuit, reconciliatio negetur.

*Non permanebit.* Non eſt de die in diē differendi pœnitentia, ſed ſtatim agenda, vt p pœnitentiā fructuoſam ab oculis Dei abſcondantur delicta. vnde: *Beati quorum tecta ſunt peccata.* Pſ. 31.a.

c *Maledictus a Deo.* AVG. Chriſtus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictū. (Adā nanq; in ligno pᷓuaricationis corruit, Ideo ſibi & poſteris ſuis maledictionē meruit, de qua dicit (Maledictus oīs qui pēdet in ligno) Maledictā nāque id eſt execrabilem & turpiſſimam mortē ſuſcepit. L.14. contra Fauſtū. Ga.3.b.

IDEM. *Maledictus a Deo eſt qui pendet* &c. Quidā hæretici ad calūniam paſſionis Chriſti hanc ſnīam transferunt, nō intelligentes qa mors ex pęna peccati eſt. vnde & peccatū dicta eſt, non ꝙ peccet hō dum moritur, ſed quia ex peccato factū eſt vt moriatur, ſicut loquela per linguam formata lingua dicitur, & manus ſcriptura. unde dicimus, probata & electa eſt manus eius. Peccatum ergo non tantum opus malum quod pœna dignū eſt, ſed ipſa mors quę peccato facta eſt appellat. Illud ergo peccatū quo reus eſſet mortis nō commiſit Chriſtus, ſed alterum. i. mortem q̄ peccato inflicta eſt, ſuſcepit pro nobis. Hoc ſuſpendit in ligno, hoc maledictum per Moyſen, id eſt mors, dānata eſt, ne regnaret, et maledicta vt periret. Per Chriſtum tale peccatum noſtrum damnatum eſt, vt liberaremur, ne regnāre peccato damnati, remaneremus. Quam ergo miratur Fauſtus maledictū eſſe peccatū, maledictum eſſe mortē, maledictam eſſe mortalitatem carnis ſine peccato Chriſti? Ex peccato tamen hominis etiam in Chriſto factum, ex Adam quippe corpus aſſumpſit, ex quo Maria q̄ Chriſti peperit. Dixit vero Deus: *Qua die tetigeritis, morte moriemini*, hoc eſt, maledictum quod pependit in ligno. Ille negat Chriſtū maledictum, qui negat & mortuū. vnde Apoſtolus. *Vetus homo noſter ſimul cum illo crucifixus eſt, & factus eſt pro nobis maledictum.* Maledictū vero eſt omne peccatū, ſiue ipſum ꝓ quo ſequit, ſ. ſupplicium, ſiue ipſum ſupplicium. Suſcepit autē Chriſtus ſuppliciū noſtrum, nō erat caro Chriſti peccati, qui non de traduce mortalitatis in Mariā per maſculum venerat, ſed qa de peccato eſt mors, quamuis ex virgine mortalis fuit, ex qua ſimilitudinem habebat carnis peccati. vnde: *Vt de peccato damnaret peccatum in carne.* Et alibi: *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Maledictum aūt comes peccati eſt. Maledictus ergo oīs qui pendet in ligno. Niſi Deus odiſſet peccatū & mortem, non ad eam ſuſcipiendam, & delēdā filium mitteret. Bene ergo maledictum dicitur, quod odit Deus. hoc pependit in ligno. Vi ſupra ca.13.&4. C D Gene.2.c E Rom. 6.a. Gal 3.a. Rom 8.a. 2.Cor.5.d

✲ RVPE. Hoc plane diſſe ſcientes Iudæi, callide prophetā magnū, cui cantatū fuerat, Benedictus qui venit &c. appenderunt in patibulo, vt conſequēter conſtaret eum maledictū eſſe a Deo, & proinde certum eſſet, hunc hominē iuxta ſnīā vel accuſationem ipſorum non fuiſſe a Deo. Sed o Iudæi malitia cæci, fuerit quidē Dn̄s noſter maledictum legis, vt nos a maledictione redimeret, nunquid ſecundū verba legis pēdē in ligno, præcedens cā eſt maledicti. Vt taceam quod non dixit, quando homo adiudicatus morti, appenſus fuerit patibulo, ſed ita præmiſit, quando peccauerit homo, quod morte plectendū ſit, & tunc demū ſubintulit, & adiudicatus morti ſuſpenſus fuerit in patibulo, quodquidem a maledictio purgat dominum noſtrum. Vbi ſupra cap.5.

d *Contaminabis.* Pœnitentiæ lachrymis fœtorem peccatorum abluere debemus, ne aliis ſcandalū & nobis germinet cruciatum. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Quando peccauerit homo, &c. *Hic cōſequenter excluditur effectus odij in perſonis non coniunctis. Et primo in mortuis, ſecundo in viuis, in principio 32. cap. Circa primum ſciendum, quod ſepelire mortuum eſt opus miſericordiæ, & ideo de condemnatis ad mortem & ſuſpenſis in patibulo præcipitur hic quod non priuentur ſepultura, licet eorum vita fuerit odioſa, & aſſignatur ratio cum dicitur.*

2 Quia maledictus a Deo eſt qui pendet in ligno. *In Hebręo habetur: Vilificatio Dei eſt ſuſpenſio. Quod exponit Rab. Sal. dicens, quod homo ad imaginem Dei factus eſt, & ideo ſi diu remaneret ſuſpenſus hoc quodammodo rediret in dehonorationem Dei, ſecundum vero tranſlationem noſtram maledictio Dei hic accipitur pro pœna ſuſpenſionis inflicta a iudicibus qui tenent locum* Dei, *vt ſit ſenſus: Quia maledictus a Deo eſt qui pendet in ligno, id eſt, quia debet ſufficere talis pœna a tenentibus locum Dei impoſita, ideo non debet vltra hoc priuari ſepultura, & quod dictum eſt hic de ſepultura ſuſpenſi intelligendum eſt de ſepultura lapidati, vel decapitati, uel alio modo condemnati ād mortem.*

✲ CAP.

*MORALITER.*

✲ 1 *Quando.* Sequitur.

† Non *perman. &c.* Cadauer dici poteſt clericus vel religioſus pro patienti crimen infamis effectus, & dicit pēdens ī ligno, id eſt in aperto, nam ex eo maius ſcandalū naſcitur quā ex laico, propter qđ debet per recluſionem ſepeliri, ne ex eius habitatione inter homines ſcandalum augmentetur.

✲ *MORA.*

*ADDITIO.*

*In cap. xxj. vbi dicitur in poſtilla: In* Hebræo *habetur maledictio Dei eſt ſuſpenſus, ad quod aſſignatur ab Hebræis duplex ratio. Vna eſt ipſius Ra. Sa. quam poſtillator hic aſſignat. Alia eſt, quia nullus ſuſpendebatur in ligno apud eos, niſi blaſphemus & idololatra, & ideo ſi diu remaneret ſuſpenſus, dabatur occaſio hominibus vt loquerētur de blaſphemia illa, vel de idololatria. Quæ quidem peccata erant tam abominabilia, quod nolebat deus quod nominarentur, iuxta illud Apoſtoli ad Eph. 5.a Fornicatio autem & omnis immunditia nec nominetur in uobis.* 1.Tim.2.d

CAP. XXII.

A a Non videbis. Moraliter. Frater tuus doctor eccleſię cuius diſcipulū vel doctū, qui ſignificatur per bouem, vel indoctū, qui ſignificatur per ouē, ſi videris errare, noli negligere, ſed exhortare vt fratri .i. magiſtro poſſis reconciliare. *Duc in domum tuam, id eſt adhibe curam.* Et ſi non eſt propinquus ad eſt ecclesiæ tuæ ſed alterius doctoris.

*Alienā tacere.* 1.Cor.11.6

✻ Procopivs. Conſtringit nos ad dilectionem mutuā. Qui enim iumēto humanitatē negat, quanto magis dominis iumentorum, ac eiuſdē naturæ conſortibus faciet? Quapropter fratrem nominat proximum, licet hoſtis fuerit.

†abſcōdes vel ſubtrahes te ab eis.

B b *Similiter.* Gentili, ſcilicet cuius vilitatē & immunditiā nō debemus deſpicere. c *Veſtimento.* plebe, qua ornatur doctor. Ad literā quoq; omnia hæc & ſimilia ſeruanda ſunt.

†occultaueris.

†20.d.c.ſi qua mulier.2. Moraliter

CAP. XXII.

Hæc ad literam ex benignitate naturæ facienda ſunt. a Operatorem. Qui a iugo legis ad fidem vocatus eſt. b Chriſti qui ait: te nuntiate fratribus meis. Matt.28.b. c Catholicum ſimplicem.

a Non videbis bouem fratris tui aut ouem er- 1
a Per hereſes peccantem. b Negligenter. c Chriſto. Reuocando. d A quo diſcedit.
rantē et † præteribis ſed reduces fratri tuo.
Etiamſi nō eſt propinquus frater tuus, nec
Domeſticam curam. In vnitate eccleſiæ.
noſti eum duces in domum tuam, et erunt apud te quandiu
a Veniens ad iudicium. b Te redeunte. c Gentili. Indoctō.
b quærat ea frater tuus et recipiat. Similiter facies de aſino et de 2
a Operibus exterioribus. b Quem ſi viderimus deuiare, debemus in viam iuſtitiæ dirigere. c Ab i. ſo.
c veſtimento et de omni re fratris tui quæ perierit: ſi inueneris
Gentilem.
eam ne † negligas quaſi alienam. Si videris aſinum fratris tui 3
Iudæum lege doctum. Peccato impoiuiſo. Præſentis vitæ. b Alter alterius onera portat. Gal.6.a.
aut bouem cecidiſſe in via, non † deſpicies, ſed ſubleuabis cū
a Vtrique ſexui diuerſum indumentum natura dedit.
d eo. † Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœ- 4
e minea. Abominabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. Si 5
f
a Præſentis vitæ. b Contemplatiua vita. Scriptura quæ de contemplatiua loquitur. c Quæ de actiua. Verba hiſtoriæ. d Hiſtoria.
ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inue- 6

Queſt.32. d *Non induetur mulie, &c.* Avg. Alia editio. Non erunt uaſa viri ſuper mulierem, Vaſa bellica voluit intelligi, id eſt arma, Nam quidam etiā hoc interpretati ſunt. Myſtice autē hoc exponit Apoſtolus. *Non permitto mulieri docere in eccleſia*, nec.n. ſacerdotiū nec doctrina conceditur fęminis in eccleſia, ne induant veſte virili. Sed nec vir debet indui veſte fęminea. Qui enim vir eſt principatum gerit eccleſiæ, non dēt aliquid fęmineum vel molle in doctrina ſua habere.

1.Cor.13.d e *Mulier.* Cuius naturaliter diuerſus color, motus inceſſus, uires, cui non permittitur docere, neç dominari in virum, neç vſurpet officium prædicandi.

Moraliter C Cōtra naturam eſt virum muliebria facere, comam criſpare, torquere capillos. vnde Apoſtolus: *Vir ſi comam nutriret, ignominia eſt illi.* Mulieri autem capilli pro velamine dati ſunt. non ergo induetur uir ueſte fœminea, operatione ſcilicet fluxa & diſſoluta. D

✻ Ambro. Cur mentis fœminam, vt tu fœmina virum? Suis vnumquemque ſexum induit natura indumentis. Diuerſus vſus, diuerſus color motus, inceſſus diuerſæ vires, diuerſa uox eſt in uiro & fœmina: mares ſpecioſi, fœminę non item pēnarum vario pinguntur decore. Mēdacium & in verbo turpe eſt, necdum in habitu. Arbitror autem quod nō tam de veſte, quā de moribus dixerit uel de vſibus noſtris atque actibus. Quam deforme uirum facere opera muliebria. Ergo pariant, ergo & parturieant qui criſpant comā ſicut & fęminæ. E

Epiſt. ad Iren.

✻ Clem. Alex. Quare lex uiro prohibet ne veſtem induat muliebrē? An nō nos vult eſſe uiros, & nec corpore nec factis, nec mēte nec verbis effœminari? Vult.n. eum eſſe maſculum qui veritati dat operā, in ferendis laborib. & perpeſſionibus, in vita & moribus, in ſermone & exercitatione, noctu & īterdiu, & ſicubi teſtimonio ſeu martyrio opus ſit quōd procedat per ſanguinem.

†ſubſtrahes te. Li.2. Stromat.

f *Si ambulans per uiam.* ✻ Theodo. Conſtituit vt is qui pullos auium repererit, eos capiat, progenitores autem dimittat. Humanitatem docet, Si enim parentes capiat relictis pullis, intereunt plane, cum deſit qui nutriat eos. Sin autem hos & illos venando capiat, perient vtique genus auium, ſi omnes talia committant. Quæſt.

Rabanvs. Per uiam imus, dum præſentem uitam tranſimus Nidus auis in arbore uel in terra verba hiſtoriæ, aut in contemplatiua aut in actiua uita. Præcepta actiuę ni- F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXII.

Diuiſio. 1 Non videbis bouem fratris tui aut ouem. *Poſtquā Moyſes ordinauit iraſcibilem reſpectu perſonę coniunctæ, hic conſequenter eam ordinat reſpectu perſonæ nō coniunctæ. Et diuiditur in duas partes, ſ. in partem principalem & incidentalem, ſecunda ibi:* Non arabis. *Adhuc primo ordinat iraſcibilem reſpectu præſentis, ſecundo reſpectu futuri, ibi:* Cū ædificaueris. *Adhuc primo ordinat eam reſpectu creaturæ rationalis, ſecūdo reſpectu irrationalis, ibi:* Si ambulans.

*Circa primum ſciendum, quod ad ordinationem partis iraſcibilis pertinet, ſi homo ſubtrahat auxilium proximo, quia hoc videtur procedere ex odio, & importat ſignum crudelitatis & defectum pietatis, & ideo prohibetur hic, cum dicitur:* Non videbis &c. præteribis. *acſi non videres, nullum remedium apponendo. Et idem intelligitur de reb. alijs, quæ ſunt in periculo amiſſionis, vnde ſequitur.*

2 Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui. *Et nomine fratris hic intelligitur Iudæus uel proximus ſecūdum doctores. Et quia non ſolum apponendum eſt remedium in animali errante, ſed etiam in animali ſub onere lapſo vel iacente, ideo ſubditur.*

3 Si uideris aſinum fratris tui aut bouem, &c. *Dicit autem hic Ra. Sa. quod ſacerdos in caſu non debebat iuuare ad leuandum onus, vt ſi animal eſſet lapſum in loco ſepulturæ, ubi ſunt oſſa mortuorū, quia ex hoc contaminaretur. Sed hoc non habet locum in noua lege, vbi ceſſant iſtæ ceremoniæ. Ex quia ſicut ad inordinationem iraſcibilis pertinet ſubtrahere fratri auxilium, ita etiam pertinet ad eam præſumptuoſe tendere ad aliquid ſibi indebitum, ideo ſubditur.*

4 Non induetur mulier ueſte uirili. *Quod exponunt doctores aliqui (& bene vt credo) quod hoc intelligitur de armis quibus viri utuntur, unde in Hebræo habetur: Non erit uas viri ſuper mulierem. Et accipitur hic vas vt alibi in ſcriptura pro armatura. Vnde 1. Reg. 20. dicit de Ionatha quod tradidit puero arma ſua. In Hebræo habetur,* כלים *chelim id eſt vaſa. prohibetur autem hic quod mulier non portet arma viri, tum quia eſt indecens mulieri, & præſumptuoſum, tum quia pro tunc erat ſuperſtitioſum, quia Gentiles mulieres in ſacris Martis portabant arma viri, & in ſacris Veneris viri portabant ornamenta mulierū & inſtrumenta earum, vt pote colum, fuſum, & ſimilia, ideo ſubditur.*

Mulier arma viri nō portet.

5 Abominabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. *Abominatio enim in ſacra ſcriptura communiter accipitur pro idololatria, ſeu pro aliquo ad idololatriam pertinente. Si autem litera prædicta intelligatur de veſte communi, prohibetur hic talis vſus, vel potius abuſus, quia eſt occaſio libidinis, quia mulier in ueſte uirili poſſet licentius cum hominibus luxuriam exercere, & ſimiliter vir in veſte mulieris, quia liberius poſſet loca ſecreta mulierum ingredi.*

6 Si ambulans per viam. *Hic ordinatur iraſcibilis reſpectu irrationalis.* ✻

MORALITER.

✻ 1 *Non videbis &c* Moralitas ſupra poſita eſt Exodi uiceſimo tertio.

4 *Non induetur mulier veſte uirili, nec vir utetur veſte fęminea, &c.* Per hoc ſignificatur quod mulier exercere non debet actus viriles, vt prædicare, docere, & ſimilia, nec actus mulicbres, ut filare, & lauare pannos, & ſimilia. Aliter poteſt exponi, ut per virum intelligatur ratio, & ſenſualitas per mulierem, ſicut accipit Aug. Igitur mulier veſte virili vtitur cū rationi ſenſualitas incipit dominari, & veſte fęminea vir vtitur, quando rō per ſenſualitatem ad mollia carnis & vilia pertrahitur.

5 *Si ambulans per viam in arbore.* Myſtice ſacra ſcriptura nidus dicitur, in quo contēplatiui, qui dicuntur aues cæli requieſcunt, mater habens pullos, ſenſus dicitur literalis, pulli vero ſenſus myſtici qui ſub litera nutriuntur & creſcunt.

✻ † Non

A uę nidus in terræ cōtēplatiuę in arbore. Mater pullis vel ouis incubat, cum ſpirituale intellectum fouet hiſtoria, & quædā pleno eloquio quaſi pullos ꝑfert, quędā vero vt ex eis legētis animū ad altiora perducat & quaſi ſub ſe oua cōtinēs, ex quibus pullos producat. Oua.n. fouentur, vt ex eis pulli naſcantur. Et ſunt quędam contemplatiuæ vitæ quæ modo per quaſdam imagines videntur, vt poſt in ſua virtute & natura videantur. vnde: *Videmus nūc per ſpeculum in ænigmate, &c.* Cum vxor habenda non ſit, niſi filiorum gratia: Paul.
1.Cor.7.a tamen ait: *Propter fornicationem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat:* vnde ſcilicet ad meliora ſurgerent, id eſt, ad coniugij copulam legalem. Hinc quoqꝫ
1.Ioan.4.d predicatores timorē pręmittunt, & ſic ad amorē perducunt,
Exod 21.c ſed perfecta charitas foras mittit timorem, & pulli viuere incipiunt cum timori nō ſuccumbunt. Lex quoque oua impo-
Leui.19.d ſuit dicens: *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Pullos ꝑduxit cū dixit: *Ne quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorū.* No
B tandum autem quod dicitur, Non tenebit eā cū filiis, ſed abire pa.ca. tenens filios, quia aliquādo pretermittenda eſt hiſtoria, vt reficiat nos ſpiritualis intelligētia, no hiſtorialis vſus reficiat. Legimus aurū, & argētum Aegyptiorū ab Iſraelitis deceptoria petitione ſurreptū, & carnalia ſacrificia Deo exhibita. Sed in hoc verborū nido mater dimittenda eſt, filii tenēdi. Cum enim a ſecularib. vigilantiam ingenii ad defenſionem veritatis trahimus, & eorum eloquiū in vſum rectitudinis, aurum & argentū tollimus ab Aegyptiis, vt nos diuites, illi pauperes efficiantur. vnde: *In captiuitatem redigentes omnē intellectū*
2.Cor.10.b *in obſequium Chriſti.* Et cū noſtra corpora per abſtinentiam domamus, carnalia ſacrificia offerimus. Hiſtoriæ igitur exēpla dimittimus, ſed ex ea allegoricū ſenſum in mente retinem⁹.

a *Cum ædificaueris, &c.* PROC. Męnia ſuper pauimento extruēda eſſe inquit, quo domus pinnaculis circumſepta regiæ figuram habeat. Oportet vero necnon virtutes in ſublime euehentes humilitate munire. Animæ enim lapſus, ſuperbia eſt.

C b *Domum nouam.* Id eſt eccleſiam.

Quæſt.22. ✻ THEODORETVS. Cur hortatus eſt coronā addi domui?

a Spirituali intellectu iam manifeſto. b Non manifeſto quaſi nondum egreſſo.

neris, & matrem pullis vel ouis deſuper incubantem, non te- †

a Quia in quibuſdam locis prætermittenda eſt hiſtoria, vt ſoli pulli, id eſt ſpiritualis intelligentiæ ſenſus reficiat nos.

nebis eam cum filiis, ſed abire patieris, captes tenens filios, vt

a Longo viuit tempore, qui per ſpiritualem intelligentiam æternitatis annos apprehendit. b Virtutibus. c Conuerſationem propriam vel congregationem aliorum prædicationi tuæ paratam.

a bene ſit tibi & longo viuas tempore. Cum ædificaueris do- 1

a Munimen tectæ fidei & diuinę protectionis vel humilitatis cuſtodiem.

b mum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effunda †

c a Qui doctrina & exemplo ſeruare potuiſti & neglexiſti.

d tur ſanguis in domo tua, & ſi reus labente alio, & in præceps

a Inſtitues. Eccleſiam. Aliena doctrina. 2

e ruente. Non ſeres vineam tuam altero ſemine, ne & * ſemen 3

f Vel ſuffocentur.

g tis quam ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex vinea pariter † ſanctifi- 4

5

D Subſequentia docent. Inquit enim, Et nō cōmittens cędē alio inde labente. Siquidem cum rōne nos cohoneſtauerit, ea vult nos uti, qñ neceſſitas poſtulat, & omnib. conſulere, nec imprudēter omnia Deo cōmittere, ſed pro viribus noſtris enitentes, auxiliū inde ſperare. Sicuti dum ſeminamus, nō collocamur fiduciam in terra, ſed beneuolentiam diuinam præſto lamur.

Libr.1. in Deut c.16 ✻ RVPERTVS. Domum nouam ędificat, qui dom⁹ Dei curam habens, ſubditorum mentes pro officio ſuo doctrinę verbo informat. Igitur, cum ędificaueris domum nouam, inquit, id eſt, cum ſubiectorū mentibus doctrinam poſueris inchoatiuā, facies murū tecti per circuitum, id eſt, quæcunqꝫ dixeris, ſufficientib. communies rationib. ſiue teſtimoniis ſcripturarū, ne fiat reus labente alio, quod fit quando incauta dictio peruerſæ dat auditorib. occaſionē intelligētię.

* plenitudo.

† Caliter polluatur.

c *Murum tecti.* id eſt virtutum cuſtodiam.

d *Ne effundatur ſanguis in domo tua.* hoc eſt ne alio peccante reus tenearis.

Li.8. Moral.c.19. GREG. *Ne effundatur.* Per incuriam atque deſidiā. Vnde qui virtutes ſine humilitate congregat, quaſi puluerem in ventum portat.

E e *Vinea .i.* doctrinam, uel plebem doctorib. commiſſam, vbi vinum ſpiritalis gratiæ abundare debet.

f *Altero* Id eſt hæretico. Semen bonum verbū Dei, ſemē nequam quod inimicus ſeminauit. Cauēdū ergo, ne immiſceatur aliquid erroris, & corrumpatur ſemen Dei.

Matt.13.d g *Pariter ſanctificentur.* ✻ PROC. Quemadmodū anathema dicitur omne ꝙ Dño conſecratur, & quod abominandū, execrandumqꝫ eſt. Ita ſanctum quoqꝫ duplici modo dicitur. At in bonam partem quō vſurpetur ſuperuacaneum eſt demōſtrare. Dicit igitur ne conſeras vineam diuerſis ſeminibus, partim quidem ꝙ vineę officiat, ſi dum humor in ſemen vertitur, teratur, opimū enim ꝙ ſit, per vices eſt, partim vero his verbis morū diuerſitatē & fraudē inſatiabilitatēqꝫ deteſtatē.

Quæſt.23. ✻ THEOD Et inexplebilem auiditatem amputat, & agricolis prouidet. Terra enim ſata diuerſis ſeminib. exiliores fructus producit.

✻ RV- F

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *tionalis creaturæ. per hoc enim quod lex inducit ad ea quę ſpeciem pietatis habent, & retrahit ab his quę habent ſpeciem credulitatis circa irrationabilia, multo fortius ad talia inducit homines circa rationalem creaturam. ad quandam autem crudelitatem videtur pertinere, quod auicula capiatur ſimul & detineatur cum pullis ſuis, & ad pietatem quod dimittatur abire, ideo ad hoc inducit lex, & patet litera.*

1 Cum ædificaueris domum. *Hic ordinat iraſcibilem reſpectu futuri. Sicut enim ad pietatem pertinet non ſubtrahere auxilium fratri in neceſſitate præſenti, ſic ad eam pertinet præcauere periculo eius futuro, & maxime periculo perſonę. Et ideo pręcipitur hic, quod in circuitu tecti dominus fiat murus ad pręcauendum pericula caſus hominibus deſuper ambulantib. in terra enim promiſſionis tecta domorum erant plana, & ibi conueniebant homines cauſa recreationis & collocutionis, & ideo niſi ibi fieret quoddam retinaculum immineret periculum. Secundo debet homo pręcauere periculo proximi reſpectu ſubſtantię, & quantum ad hoc ſubditur.*

2 Non ſeres vineam tuam altero ſemine. *ſemine Vtpote, in vinea ſeminando triticum vel hordeum uel huiuſmodi.*

3 Ne & ſementis q̃ ſeui. *Id eſt fruct⁹ prouenięs ex grano ſeminato.*

4 Et quæ naſcuntur ex vinea. *Scilicet racemi.*

5 Pariter ſanctificentur. *Reddendo inde primitias & decimas domino. Fructus enim proueniens ex ſemine prædicto citius matureſcit & colligitur, quam fructus vineæ, & ideo in collectione bladi, ſi darentur inde primitiæ, & decimę, crederent aliqui quod hoc deberet ſufficere pro primitijs & decimis totius agri, & ſicut damnificarentur ſacerdotes & Leuitæ quantum ad primitias & decimas fructuum vineæ. Secundum autē Hebræos hic eſt textus: Non ſeres miſtim, ne polluatur plenitudo ſeminis quod ſeminaſti, & prouentus vineæ. Et uocatur hic plenitudo ſeminis quando gradum eſt prope maturitatem eius, & exponitur litera iſta ſic: Fructus enim vineæ de nouo plantatę tribus annis primis ſecundum legem reputatur immundus, vt habetur Leui. xix. de arboribus plantatis. & idem eſt de vinea, & ſic de illo poterat fieri oblatio domino, fructus autem grani ſeminati eodem anno reputatur mundus: Si igitur in vinea de nouo plantata ſeminaretur bladum, fructus inde proueniens tangens fructum uineæ immundum, ſimiliter pollueretur ex tactu rei immundæ, & ſic de illo non poſſent fieri oblationes domino, utpote primitiæ & decimæ, & ſic damnificarentur ſacerdotes & Leuitæ. Ratio autem quare Hebræi hic dicunt pollutionem, vbi tranſlatio noſtra habet ſanctificationem, eſt quia dictio Hebraica* קדש *quadaſch, quę hic ponitur æquiuoca eſt, & importat utramque ſignificationem, prout vario modo punctuatur, et tñ puncta nō ſunt de ſubſtātia literę, ſed variāt modū pronuntiādi & ſignificandi, ſicut uarius accētus apud Latinos variat pronuntiationē, & ēt ſignificationē.*

✻ 1 Non

### MORALITER.

✻ † *Non tenebis eam cum filijs.* ſcilicet matrem, per quod ſignificatur quod a tempore publicationis euangelii in quo cęremoniæ veteris teſtamenti ſunt mortiferæ, ſenſus literalis eſt dimittendus, & ſenſus myſtici ſunt tenendi.

1 *Cum ædificaueris domum.* Domum nouā ædificat, qui religionis ngellum vel nouum ſacerdotium inchoat.

† *Facies murum.* Debet enim talis ſenſus ſuos & actus diligenter cuſtodire, ne ſint aliis occaſio ruinæ, ſibiquæ imputetur ad interitum gehennæ.

2 *Non ſeres.* Id eſt eccleſiam tuæ cuſtodiæ commendatam pte, uel per alterum non inſtrues miſcendo cum ſemine verbi diuini zizaniam malę doctrinæ.

✻ 1 Non

a Iudæo ſub iugo legis poſito. b Gentili qui ad euangelium pertinet.

a centu,.† Non arabis in boue ſimul & aſino Non indueris ue- 1

b a Attendite a falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, &c. Matt.7.d. 2

b Simplicitate innocentiæ. c Subtilitate malitiæ ſcilicet. d Hyacinthinas fimbrias

c ſtimento quod ex lana linoque cōtextum eſt. † Funiculos in 3

a In omnibus quę agis memor eſto præceptorum Dei.

fimbriis facies per quatuor angulos pallii tui, quo operiris.

a Id eſt regendam accepit plebem. b Doctor. c Ambitione maioris principatus.

d Si duxerit vir vxorem &* poſtea odio habuerit eam,† quęſie- 4

Sibi commiſſam.

ritque occaſiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen 5

a Hæreſis vel inobedientia. Regendam. a Vt fructum ſpiritualem gignerem.

peſſimum, & dixerit: vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam

A ✱ Rvp. Hoc ruſticorū nouit induſtria. Aliqui terræ pinguedo, cuius abundantiam vinea poſcit, in vanum diſperit, quadum in multa diuiditur, in ſingulis minus valet.

Vbi ſupra cap.17. Matt 13.d

a *Non arabis.* Isido. In boue & aſino arat, qui recipit euangelia cum Iudæorum obſeruantia, quæ præceſſit in vmbra. In boue quoque bene operantium vita in aſino ſtultorum ſocordia: Quaſi, ſatuū ſapienti in prædicatione non ſocies, ne per eum qui rem implere non valet ei obſiſtas qui præualet. Stultus vero & ſapiēs bene coniunguntur, vt vnus præcipiat & alter obediat, non vt equali poteſtate verbum Dei annuntiēt.

†16 q.7. c. In noua. De elec. c. cum cauſa. De apoſta. c. quidam.

*ingreſſus ad eum.

✱ Procopivs.

B Bos victimæq; ciboq; ſacer eſt, cum aſinus neutrius vſum pbeat. Itaq; animæ ſuæ terram nouantem, ut diuinum ſemen excipiēdi fiat idonea, profanorum ac indoctorum magiſtrorū diſciplinā recipere non debet, hæret. eorū ſeu Græcorū videlicet. Quin cū Dauide dicere. *Expoſuerūt mihi iniqui fabulas, ſed nō vt lex tua Dñe.* Ceterū muret aſin' & fiat purus, iuxta illud apud Iſai. Feālix q ſeminat ſup aquā, vbi bos calcauit & aſin'. Qualis vero illa aqua eſt? Myſteriū lauacri regenerationis.

b *Non indueris veſtimento.* Moraliter. Lana ſimplicitas, linum ſubtilitas. Veſtis quæ ex lana l noq; cōficitur, linum interius celat, in ſuperficie lanā demōſtrat. Veſte ex lana & lino induitur, qui ſub locutione innocentię celat ſubtilitatem malitiæ.

Allegor. Allego. Lineis veſtib. lanam uel purpuram miſcet, q in ordinate viuit, & pfectionib. diuerſi generis, vt ſi ſanctimonialis habeat ornamēta vxoris, vel uxor gerat ſpecie n virginis. Hoc aūt figurabatur in ueſtib. q nūc declaratur in moribus.

✱ Proco. Minime vero conuenit, vt qui Chriſtum, ac veræ ouis lanam induerunt, ſimul quoq; terreum illud linum induant. Huiuſmodi vero eſt, qui ſub ouina pelle lupus rapax, & mentis ſenſu, & operib. exiſtit.

c *Funiculos.* Ad differentiā ſcilicet, ſicut ſignum circumciſionis Iſraelitas ſeparat a ceteris. Superſtitioſi uero magiſtri

C captātes aurā populi & lucra ex mulierculis, dilatabāt fimbrias & eis alligabant ſpinas, vt vel ambulātes vel ſedentes pungerentur, & ſic ad ſeruiendum Deo monerentur. vnde: *Dilatant phylacteria ſua & ma. fim.*

D Matt. 1

d *Si duxerit.* Avgv. Apparet quomodo ſubditas viris fœminas, & penè famulas lex eſſe voluerit vxores, quia dicens aduerſus vxorem vir teſtimonium, vt lapidetur illa ſi verum conſtat, ipſe nō viciſſim lapidatur ſi falſum inuenitur, ſed caſtigatur & damnificatur, & eam perpetuo habere iubetur. In aliis autē cauſis qui teſtimonio falſo nocere voluit eadem pœna plectitur, qua fuerat alter plectendus.

Vxor [illegible] dita vi[illegible] Quæſt.

†Nu. infimb.

✱ Rvpertvs. *Si duxerit, &c.* Spiritualiter ita factum eſt. Vir vxorem duxit, qñ naturam aſſumpſit humanā filius Dei. In illa carnis aſſumptione vir ipſe cognouit vxorē ſuam, ſ. Iudæorum & gentium eccleſiam, pro temporum & locorum diuerſitate numeroſam, ſed iuxta fidei ſacramentū vnam. Verum ſic acceptam quodāmodo, odio habuit, quæſiuitq; occaſiones quib. eam dimitteret. *In viam,* inquit, *gentium ne abieritis.* Itēm, *non miſſus niſi ad oues, &c.* Voces eiuſmodi, voces erant odii, ſm ſenſum humanitatis priori non conſonantes propoſito eius. Nam priuſquam incarnaretur amorē eccleſiæ gentiū profeſſus fuerat in omnibus prophetis. Ita tanq̃ mutato conſilio dicebat, non inueni virginem, ſed multorum Deorum, tāquam virorum millib. proſtitutam. Verum in copula prędicta īcarnationis, veſtigia virginitatis ſpectanda repoſita ſunt. Egit.n. illa quondam proſtituta, pęnitentiam, mutauit carnem ſuam, & tandem pp virum effudit ſanguinem ſuum. Propter ipſum crimen vnde eccleſiā de gētib. redarguit, uerberatus & cruci affixus eſt, & in porta ciuitatis, coram ſeniorib. vrbis, id eſt, conſiſtorio cęli, virgo eſſe iudicata eſt, quæ in coniunctione eius potuit veſtigia ſanguinis ſui, quæ in prædicatione eius pęnitentiam egit, & pro fide eius ſanguinem fudit. Pater & mater eius ſunt Apoſtolicus ordo & eccleſia primitiua, quorum teſtimonio in cœlo & in terra defenditur.

†impo ritq; ei catione verbor impon. aliqui li vnde ba fiant pud po lum. Vbi ſu cap.19.

E

Matt. n

F

## Nicolavs de Lyra.

✱ 1 Non arabis. *Hæc eſt pars incidentalis in qua ponuntur duo incidentia ex prædictis. primum eſt quia ſupra inducendo ad pietatem circa irrationabilia poſuerat tantum exemplum de auibus. Poſſet aliquis credere, quod non eſſet intelligendum de animalibus ideo de ipſis ponit exemplum dicens:* Non arabis in boue ſimul & aſino. *Bos enim eſt fortior aſino, & habet maiorem paſſum, & ideo aſinus nimis grauaretur ſi cum eo in opere copularetur. Aliqui tamen dicunt quod hic eſt parabolica locutio, per quam intelligitur quod ſapiens & fatuus in opere prædicationis non ſunt ſimul combinandi. Secundum incidens eſt, quia ſupra dixerat quod mulier non debet vti veſte virili, vel econuerſo, ideo hic tractat de decentia veſtimentorum apud Iudęos primo oſtendo quod ſit cauendum, cum dicitur.*

Diuiſio.

2 Non indueris veſti. &c. *Quod exponit Ioſephus dicens, quod hoc fuit prohibitum propter ſacerdotij dignitatem, quia in veſtibus ſummi ſacerdotis erat talis commiſtio texturę, & ideo non erat licita aliis veſtis ſic contexta. Aliqui autem doctores dicunt, quod hoc fuit inhibitum ad euitandum quandam ſimilitudinem idolatrarum qui colebant militiam cæli, & ad deſignandum coniunctiones planetarum in ſacris ſuis talibus varijs commiſtionibus vtebantur in veſtibus ſuis & ieb. alijs. Secundo oſtendit quid ſit in veſtibus Iudæorum obſeruandum, cum dicit:*

✱ a Pater dicit.

3 Funiculos. *Et iſtud eſt expoſitum ſupra Nu.15.*

4 Si duxerit vir. *Poſtquam ordinauit hominem in parte iraſcibili hic conſequenter ordinat enim in parte concupiſcibili. Et primo reprimendo adulterium, ſecundo ſtuprum, ibi, Si inuenerit vir puellam, tertio inceſtum, ibi: Non accipiet.*

*Circa primum ſciendum, quod mulier poteſt accuſari de adulterio dupliciter. Vno modo poſtquam ducta eſt in vxorem. Alio modo ante, tamen poſt affidationem de quo agitur ſecundo, ibi:* Si puellam virginem deſponſauerit vir. *Adhuc circa primum ſciendum, quod poſt contractum matrimonii mulier dupliciter poteſt de adulterio accuſari. Vno modo, quia a uiro non inuenta eſt uirgo & de hoc agitur primo. Alio modo, quia licet ſit inuenta virgo, poſtea tamē adulterata eſt, de qua agitur ſecundo, ibi:* Si dormierit vir.

*Circa primum dicitur ſic, Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, quod poteſt eſſe iuſte, & tunc mulier eſt punienda, vel iniuſte, & tunc vir eſt puniendus, vt declarabitur poſtea.*

5 Obiiciens ei nomen peſſimum. *ſcilicet eam commiſiſſe adulterium, non poſt eius acceptionem in uxorem, ſed poſt affidationē, & ſic eſt ibi fractio datę fidei, & per conſequens adulterium inquantum tale peccatum accidit ei poſt matrimonium prædicto modo inchoatum.*

✱ 1 Et

## Moraliter.

✱ 1 *Non arabis ſimul.* Id eſt opus prędicationis non impones ſimiliter ſapienti & ignaro.

2 *Non indue. veſtimento quod.* In tali nanque ueſte linum abſcōditur ſub lana. Moraliter igitur tali veſte induitur, qui ſub uerbis innocentiæ celat ſubtilitatem malitiæ.

3 *Funiculos in fim.* Hoc eſt expoſitum ſupra Nu.15.

4 *Si duxerit vir vxorem.* Per iſtum ſignificatur epiſcopus, qui ſponſus eſt eccleſiæ ſibi traditæ, propter q portat annulum in diſpenſationis ſignū. Nec eam pōt dimittere ſine licentia Papę. Igitur ſi ex odio uelit eā dimittere, crimē hęreſis imponens ei priuſquā acciperet eam incurriſſe, q crimen eſt violatio virginitatis, id eſt integritatis fidei. Si falſum eſt quod dicit pater & mater, id eſt Chriſtus & eccleſia debēt contrariū declarare, & ille tenetur per debitam pęnitentiē & mandatorum Dei obſeruantiam ſatisfacere, quæ ſignificatur per centū ſiclos argenti in quib. condemnatur. centenarius enim numerus per multiplicationem denarij in ſeipſum cōſurgit, & ſic perfectam impletionem mādatorum decalogi deſignat. Quod ſi verum eſt quod obiecit, ſcilicet quod illa eccleſia hęreſi fuit corrupta priuſquam illam acciperet:

✱ Eijciens

a *Pater & mater eius*.
A Doctores eccleſię qui quaſi pater & mater fouēt plebem. Patres auctoritate, matres pietate.

b *Et verberabunt*. Non mirum, ſi vir qui falſo accuſat, iubetur cædi, & multam reddere: puella vero ſi culpabilis ſit lapidari, quia per fœminam initiū peccati, quæ virū ſeduxit & dupliciter peccauit, prius in Deum, poſtea in virum, vir tantum in Deum.

c *Centum ſiclis, &cat.* Perfectione doctrinæ & ſolicitudinis, quam impendat ſubiectæ plebi vel pœnitentiæ. Centenarius enim perfectus eſt, quinquagenarius pęnitentiæ conſecratus.

d *Si dormierit vir cum uxore, &c.* ✽ PROCOPIVS. Maximum delictorum quod in mulierem cōmittitur, adulterium eſt, quod B diſiungit coniuges. Eadem quoq; ratio de anima quæ Deo vnita eſt per fidem & ſpiritum. Qui enim cum domino cōglutinatus eſt, vnus ſpiritus eſt.

e *Si puellam virginē deſpō.* In hoc capitulo ſicut in duobus præcedentibus & duob. ſuccedentibus corporalem condemnat fornicationem.

✽ THEODORETVS. Cur iiſdem pęnis plecti iubet eum qui deſponſatā alteri corruperit, quibus adulterum: C Quoniam ſponſaliorum

ſaliorum ſymbola cōcurrunt in ea, vnde etiam vxorem appellauit. D Humiliauit enim vxorē proximi. Hunc in modum ſācta quoque virgo appellata ē vxor ipſius Ioſeph. *Ne timeas* inquit, *accipere Mariam coniugem tuam.*

✽ PROCOPIVS. Per virginem, animā ad ſynceræ cognitionis principia vocatā, nec dum perfecte cū Deo vnitam, neque nuptias ſeu ad gratiam baptiſmi ꝓgreſſam, cęterum inſtitutione eius rei ſeu pignore dotatam intelligendum eſt. Ita quoque cum Eccleſiam gentium Chriſto Paulus adduceret, inquit: Coniunxi vni viro vt caſtam viriginem vos ſiſterem Chriſto.

f *Nihil.* Sed ad inceptam fidem reuocabitur per gratiam baptiſmi liberata ab hoſtibus.

a ¶ De qua: Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. Cor. 11. b ¶ Deus. c ¶ Eccleſia.
a non inueni virginem: tollent eam pater & mater eius, & fe- 1
a ¶ Diuinorum teſtamentorum opera. b ¶ Integræ fidei. c ¶ Magiſtros eccleſiæ.
rent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis qui in 2
a ¶ Indicantes cauſam populi. b ¶ Cuius iuditio manifeſtantur occulta. ¶ Eccleſiam.
porta ſunt, & dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorem,
quam quia odit, imponit ei † nomen peſſimum, vt dicat: nō
a ¶ Integræ fidei & operationis.
inueni filiam tuam virginem: & ecce hæc ſunt ſigna virgini
a ¶ Diuinæ legis opera, quibus probatur incorrupta.
tatis filiæ meæ. Expandent veſtimentum coram ſenioribus 3
¶ Doctores.
b ciuitatis, apprehendentque ſenes vrbis illius virum, & ver- 4
¶ Auctoritate eccleſiæ corripient.
c berabunt illum, condemnantes inſuper centum ſiclis argen 5
¶ Deo, cui curā eſt de nobis.
ti, quos dabit patri puellę, quoniam diffamauit nomen peſ-
¶ Deum videntium.
¶ Vt illa relicta tranſeat ab aliam eccleſiam.
ſimum ſuper virginem Iſrael, habebitque eam vxorem, &
non poterit dimittere omni tempore vitæ ſuę. Quòd ſi ve- 6
a ¶ Id eſt ſi plebs illa eſt errore ſtuprata, vel vitijs corrupta & incorrigibilis inuenta.
rum, eſt quod obiicit, & non eſt in puella inuenta virgini-
a ¶ Eccleſiæ iudicio condemnabunt. b ¶ Limina vniuerſalis eccleſiæ. c ¶ Duris anathematibus, quia fidem catholicam corrumpere non timuit.
tas, eiicient eam extra fores domus patris ſui, & lapidibus 7
¶ Aeterna morte. ¶ Hæreſi m.
obruent viri ciuitatis eius, & morietur: quoniam fecit nefas 8
a ¶ Recedendo à vero ſponſo. a ¶ Eccleſia. ¶ Ne conſentiendo facias tuum.
in Iſrael, vt fornicaretur in domo patris ſui: & auferes malū
a ¶ Ad literam adulteria deterret. ¶ Corrumpendo. b ¶ Hæreticus vel Iudęus. c Eccleſia Chriſti cui fide & dilectione ſociata. d ¶ Ille qui ſeduxit: & illa quia conſenſit.
d de medio tui. † Si dormierit uir cum vxore alterius, vterque 9
a ¶ De peccato pœnitendo, vel impœnitens æterno deputabitur tormento.
morietur, id eſt adulter & adultera, & auferes malum de Iſ-
a ¶ Plebem ſcilicet eccleſiaſticam, vel animam Chriſtianam verbo Dei deſponſatam.
¶ Arra fidei. ¶ Chriſtus.
e rael. † Si puellam virginem deſponderit vir, & inuenerit 10
a ¶ Iudęus vel hæreticus uel ſchiſmaticus, uel paganus. b ¶ Errore maculans. c ¶ Iudicium ſeniorum eccleſiæ.
eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum illa, educes vtrumque ad portam
a ¶ Duris increpationibus vel ſententiis. b ¶ Plebs, vel anima. c ¶ In auxilium vocando doctores eccleſiæ, qui corruptorem corriperent.
¶ Errori conſentiens.
ciuitatis illius, & lapidibus obruentur. Puella, quia non clamauit, cum eſſet in
a ¶ Vbi cito audiretur, & liberaretur a doctoribus. b ¶ A dignitate fidei. ¶ Chriſti.
ciuitate: vir, quia † humiliauit vxorem proximi ſui: & auferes malum de medio
a ¶ Extra eccleſiam, nec in ſocietate ſanctorum ſuſceptam. b ¶ Inter gentiles. c ¶ Animam. d ¶ Deo. ¶ per cathechiſmum fide imbuta.
¶ Ibidem.
tui. Sin autem in agro reppererit vir puellam, quæ deſponſata eſt, & apprehen-
a ¶ Semine erroris corrumpendo. ¶ Seductor. ¶ Anathemate punitus. b ¶ Quia ſeductori non potuit reſiſtere, nec habuit doctorem qui eam adiuuaret.
f dens concubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus: puella nihil patietur, nec eſt rea
¶ De inſidijs. ¶ Spirituali gladio.
mortis, quoniam ſicut † latro conſurgit contra fratrem ſuum, & occidit animā

☞ a Non F

NICOLAVS DE LYRA.

✽ 1 Et ferent ſecum ſigna virginitatis eius. *Quę autem ſint illa, poſtea dicetur.*

2 Ad ſeniores vrbis. *i. ad iudices.*

3 Expandent veſtimentum corā ſenioribus ciuitatis. *Dicunt expoſitores catholici cōmuniter, ꝙ pater & mater ſponſæ reſeruabant lintheum in quo eorum filia a viro ſuo fuerat deflorata ſub ſigillo autentico vt per hoc oſtenderent ſigna virginitatis, ſi vir eius vellet poſtea ei obijcere malitioſe, quod eam virginē nō inueniſſet. Sed hoc videtur valde turpe, quod pannus talis expenderetur corā iudicibus.* Præterea non *eſt veriſimile, ꝙ vir eius auderet eam falſo accuſare, cum ſciret parentes vxoris habere teſtimonium prædictum ſuæ virginitatis, quia erat cōſuetudo communis ſic ſeruare pannum ſecundū iſtam opinionem, & ideo aliter exponunt* Hebræi *dicentes, ꝙ hæc eſt locutio parabolica, cum dicitur.* Expandent veſti. &c. *id eſt per verba teſtium declarabunt, & explicabunt virginitatē filiæ ſuæ, ſicut explicatur pannus. ſicut Exo. 22. de fure nocturno eſt locutio metaphorica, cū dicitur. Quod ſi orto ſole hoc, &c. ſicut ibidē fuit expoſitum. Modus aūt teſtificandi virginitatem poterat eſſe per matronas fide dignas, quæ ad petitionem parentum vidiſſent virginem ſecrete qñ debuit tradi viro: Scriptura ſacra in pluribus locis habet talē modum loquēdi metaphoricū, ſicut habetur Iudicum 11. Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, &c. & in plurib. alijs locis.*

4 Apprehendentq; ſenes vrbis illum virum. *Si conuictus fuerit de falſa accuſatione.*

5 Et verberabunt illum. *id eſt facient corā ſe verberari, iſta tamen uerberatio non debet excedere 49. ictum, vt habetur infra 25. c. Ex hoc etiam patet, quod vir & uxor non ſemper iudicabantur ad paria, etiam in fidelitate tori, quia uir deficiens in probatione impoſiti criminis, non puniebatur ſecundum legem talionis, ſcilicet morte, ſicut vxor, ſimiliter uir poterat habere plures uxores & non econuerſo, & uir poterat repudiare uxorem, & non econuerſo.*

6 Quod ſi verū eſt quod obiicit. *ſcilicet eam fuiſſe cognitam poſt affidationem.*

7 Eiicient eam extra fores domus patris ſui. *In uerecundiam parentum, qui in domo ſua nutrierunt tantum malum.*

8 Et lapidibus obruent. *Ex quo patet, quod non accuſabatur de fractione uirginitatis ante affidationem uiri, quia tale peccatum non punitur morte, ut habetur in fine huius c. & Exo. 22.*

9 Si dormierit vir. *Hic agitur de adulterio poſt cōtractum matrimonium perpetrato, quod punitur morte adulteri & adulteræ.*

10 Si puellam. *Hic agitur de fractione virginitatis impoſita puellæ poſt affidationem uiri, quę tamen erat ante conſummationem matrimonij, & ſic iſte caſus differt a præcedenti, in eo quod vir imponebat uxori iam ductæ culpam, eam non eſſe uirginem inuentam ab eo in conſummatione matrimonij, & ſi hoc accidat in ciuitate, ubi puella per clamorem poterat adiutorium habere, & tacuit, uterque debet mori, ſcilicet* ✽ *puella*

MORALITER.

✽ 7 *Eijcient, &c. ſ.* per excōmunicationem, & ſi contumax fuerit, puniri debet per gladium materialem. Reſiduum huius capituli morale eſt.

Quæſt. 24 a *Non poterit.* AVGVSTINVS. Merito quæritur, vtrũ iſta pęna ſit, vt nõ eam poſſit dimittere per omne tẽpus, quam inordinate & illicite violauit. Si enim intelligamus eam nõ poſſe, i. nõ debere dimitti poſt̃ ipſa, qa vxor effecta eſt, occurrit ꝙ Moyſes permiſit dare libellũ repudii & dimittere. In his aũt q illicite vitiãt noluit licere, ne videat ad ludibriũ feciſſe, & potius finxiſſe ꝙ eam duxerit. Hoc quoq; de illa iuſſit, cui vir calũniat⁹ fuerit de virginalib. nõ inuẽtis. b *Nõ acci.* Pater noſter Chriſtus eſt, cuius eccleſia vxor eſt, non licet homini dignitatẽ illius ſponſi transferre in ſe, nec ſponſam eius violare, vt amorẽ eius cõmutet in ſe ex dono virtutum vel ex prędicatione laudem ſuam quærendo non Dei: cui dicere conuenit. *Non nobis dñe non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.*

† inuenti fuerint.

✱ reteget diſcooperiet

Pſa. 103. d.

✱ PROCOPIVS. Condignas peccatis pœnas irrogat. Animam enim Chriſto per fidem nondum obligatam ſi quis vitiauerit, perdideritque, quemadmodum hæretici, qui hoĩes ex gentibus aliquando & Iudæis rapiunt, ſolent facere, patri ſpirituũ, hoc eſt, deo delicti rationem in pecuniarum diminutione repræſentatam reddet. Illud vero, *eius erit uxor*, ſcite operæpretium eſt. Duplex cũ lex eſt, carnalis & ſpiritualis. Reſpondet vero huic. *Quod igitur Deus coniunxit, homo non ſeparet.* illud. *Non enim poterit eam dimittere per omne tempus. Tanta uero virginitatis excellẽtia eſt, ut uiolatio eius excidium uocetur.*

D

eius, ira & puella perpeſſa eſt. Sola erat in agro, clamauit ✱, &
nullus affuit, qui liberaret eam. Si inuenerit uir puellam vir- 1
ginem, quæ non habet ſponſum, apprehendens concubuerit cum illa, & † res ad iudicium venerit, dabit qui dormiuit
cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit
a eam vxorem, quia humiliauit illam. Non poterit dimittere
b eam cunctis diebus vitæ ſuæ. Non accipiet homo uxorem 2
patris ſui, nec † reuelabit operimentum eius.

(Interlinear: ¶ Viuo gente. a ¶ Extra ſocietatem eccleſiæ. ¶ Multi enim tales repugnant. a ¶ Aliquis doctor. ¶ Diſcipulum. a ¶ Cui ſcilicet non adeſt conſilium eccleſiæ. b ¶ Id eſt ſibi ſociare præſumpſerit. ¶ Vel ea. ¶ Deo. ¶ Perfectam pœnitentiam. a ¶ Sub cura & prouidentia ſua. ¶ Maxime ubi ſe uoto diſcipulus alligauit. a ¶ Id eſt, non ſeducet animam Deo patri coniunctam. c ¶ Prædicator. c ¶ Eccleſiam. a ¶ Chriſti.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *puella & vir qui concubuit cum ea, ſi aũt extra ciuitatẽ, vbi non poterat habere adiutorium per clamorem, ſolus vir debet mori: quia lex interpretatur factum in partem meliorẽ. ſ. quod puella clamauerit, et cognita fuerit per violentiam, & ex hoc habetur argumentum, quod dubia ſint in meliorem partem interpretanda.*

B

1 Si inue. *Hic reprimitur concupiſcibilis quantum ad ſtuprum, quia agitur de puella deflorata ab aliquo antequam eſſet alicui affidata: & de tali determinat lex quod vir eam deflorans debet dare patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti pro iniuria ſibi facta, quia puella erat in eius tutela, & cum hoc tenetur eam accipere vxorẽ, ſi pater puellæ voluerit ſibi dare, nec poſtea poterit eam repudiare. Sed ſi pater puellæ dare noluerit, quia eſt potentior vel nobilior, ſeu alia ratione, nihilominus vir ille tenebatur dare patri puellæ prædictos 50. ſiclos, ut habetur Exo. 22. & ſi non poſſet ſoluere, tenebebatur ad æquiualentiam ſeruire, ſeu per aliam viam ſatisfacere.*

E

2 Non. *Hic refrænatur concupiſcibilis quantum ad inceſtũ, vt nullus accipiat in uxorem nouercam ſuã, qa hoc reuertitur in verecundiam patris, cum uir & uxor ſit vna caro, & ideo uxor patris nõ debet eſſe ſubiecta filio, cum igitur uxor ſit ſubiecta viro, ſecundum matrimonij legẽ, contra reuerentiam filij ad patrem, quam debet ei de iure naturali, eſt, quod accipiat nouercam ſuam in uxorem, ideo 2. Reg. 16. d. dicitur quod Abſalom fœdauit patrem ſuum Dauid, ingrediendo ad concubinas eius. propter quod in deteſtationem huius criminis pręcipiuntur interfici uir & mulier de tali crimine conuicti, Leui. 20.*

## CAP. XXIII.

Moraliter Matt. 11. b

a *Non intra.* Omnes qui molliter viuunt, nec virile opus perficiunt, nõ poſſunt pmanere in congregatione ſanctorũ, nec digni ſunt introitu regni cælorũ, ꝙ violentiã patitur, & violenti diripiunt illud.

Quęſt. 25.

✱ THEODORETVS. Sterilitas animę per hoc denotatur. Alienũ ẽni eſt a Deo fruct⁹ bonorũ operũ non producere. Alioqui non ſolum in hominum genere, ſed in pecoribus tale quidpiã admitti prohibet, pptere a quod ad multiplicationem generis creatæ ſunt hę partes genitales. Verum ſicut ſterilitatem interdicit, ita fructum malum repellit. Non enim ingredietur in eccleſiam Dei de meretrice natus.

† id eſt, nũquã, eſt n. denarius perfectus & abſolutus numerus.

C

b *Manzer.* Degener ſenſu vel moribus, vel quẽ hæreticorum prauitas in perceptione ſacramentorũ degenerem fecit, vel ritus Gentilitatis aut Iudaiſmi maculauit. Is in eccleſiam recipietur, cum integra fide decalogum legis ſecundum euangelij inſtitutionem ſeruauerit, & carnalẽ conſeruationẽ ſpiritu ſancto roboratus abdicauerit, unde. *Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata.* Et alibi. *Ego ſum oſtium, per me ſi quis intrat, ſaluabitur.*

c *Ammonites.* AVGVSTINVS. Alia editio: Non iurabit Ammonites & Moabites eccleſiam domini, & vſque ad decimã generationẽ non intrabit eccleſiam domini, & vſque in ęternũ. Quo ergo Ruth Moabitis intrauit. Forte myſtice prophetauit intraturam ꝙ ait, uſq; ad decimam generationem. Computãtur. n. generationes ab Abraham

Mat. Ioh.

ab- vere Quę † ve mur aut gatio & co

Myſt F

## C A P. X X I I I.

a ON intrabit eunuchus attritis vel amputa- 1
b tatis teſticulis & abſciſo veretro † eccleſiam domini. Non ingredieretur manzer, 2
c hoc eſt de ſcorto natus in eccleſiam domini † vſque ad decimam generationem. Ammonites & 3

(Interlinear: ¶ Qui non habet ſemen verbi, nec poteſt gignere bona opera. a ¶ Conſortium electorum. ¶ Societatem ſanctorum. ¶ Decalogi obſeruationem. a ¶ Qui de inceſtu nati.)

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXIII.

Diuiſio.

1 Non intra. *Poſtquam declarata ſunt quę pertinent ad ordinationem partis iraſcibilis & concupiſcibilis, hic conſequenter ponuntur ea quæ pertinent ad ordinationem partis rationalis, & primo attendendo ad bonum commune, ſecundo ad bonum ſingularis perſonæ, ibi.* Non trades ſeruum. *Prima in duas, ſecundum quod bonum commune eſt attendendum tempore pacis & tempore belli. Secunda ibi.* Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes. *Circa primum ſciendum, ꝙ bonum cõe maxime pacis tempore ex tribus conſeruatur. Primum eſt, ſi bona & honeſta connubia cõiungantur, quia per hoc bona proles procreatur. Secundum eſt, ſi perſonæ immundæ a diuinis elongentur. Tertium, ſi perſonæ uiles & defectuoſæ, ad honores & regimẽ populi non admittantur, & ſecundum hoc litera iſta tripliciter exponitur, primo modo ſic, dicunt enim Hebræi, quod per ingreſſum in eccleſia Dei a quo repelluntur hic aliquæ perſonæ & gentes, & aliquæ ad ſemper, & aliquæ ad tempus intelligitur contractus matrimonij cum muliere Iſraelitica, a quo impediuntur impotentes ad generandum, quia non eſt ibi bonum prolis, & patientes defectum natalium propter vilitatem originis. Ammonitę & Moabitæ repelluntur ad ſemper, pp peccatũ contra populũ Iſrael cõmiſſum, & Aegyptij, & Idumæi ad tempus ſcilicet uſque ad tertiam generationem, quia ſicut dicit Rab. Sal. non peccauerunt ita grauiter contra populum Iſrael, ſicut Ammonitę & Moabitæ, quia fecerũt eis perſecutionem corporalẽ, vtpote Aegyptij populum laboris affligendo, & pueros in flumine demergendo, ut habetur Exod. 1. d. Idumæi uero in gladio filijs Iſrael occurrendo. Nu. 20. c. ſed Ammonitæ & Moabitæ perſecuti ſunt eos ſpiritualiter conducendo Balaam ad maledicendum eis, de cuius conſilio* ✱ *filij*

Bonũ cõmune quo modo cõſeruetur.

### MORALITER.

✱ 1 *Non intra* Per hoc ſignificatur ꝙ uir impotens ad generãdum verbo vel exemplo filios in eccleſia Dei, ad curam animarum non debet promoueri.

2 *Non ingre.* ab hoc ſimiliter excluditur qui defectum natalium patitur.

3 *Ammonites & Moabites.* per iſtos qui quantũ potuerunt, impediuerũt filios Iſrael ab ĩgreſſu terrę pmiſſionis, ſignificãtur. ✱ illi,

2 Non

a Moabites etiam poſt decimam generationem nõ intrabũt
b eccleſiã domini in æternum, quia noluerũt vobis occurre-
re cum pane & aqua in via, quando egreſſi eſtis de Ægy-
pto, & qa cõduxerũt contra te Balaã filiũ Beor de Meſopo
tamia Syrię, vt malediceret tibi: & noluit dñs deus tuus audi
c re Balaã, vertitq; maledictionẽ eius in benedictionẽ tuã, eò
ꝙ diligeret te. Non facies cum eis pacẽ, nec quæres eis bona
d cũctis dieb. vitæ tuæ in ſempiternũ: non abominaberis Idu-
męũ: qa frater tu⁹ eſt, nec Ægyptiũ, quia aduena fuiſti ĩ ter
ra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt

a ¶ Iſt lo. hoc eſt in æternum, quia denarius clauſula numerorum. a ¶ Mundo. b ¶ Sicut hæretici excitant per diabolum perſecutionem populo fidelium. ¶ Gratis ſcilicet. a ¶ Præſentem vitam. ¶ Sanguineam vel terrenum, hæc eſt caro noſtra, quæ de terra eſt. a ¶ Tenebroſum id eſt corpus morbidum. b ¶ Patria noſtra paradiſus. a ¶ In perfecta fide trinitatis.

A Abraham q fuit Lot, g genuit Moabitas & Ammonitas, & inueniuntur ab Abraham generationes decẽ vſq; ad Salmõ, q genuit Booz maritũ Ruth. Sunt enim iſtę, Abrahã, Iſaac, Iacob, Iudas, Phares, Eſron, Arã, Aminadab, Naaſon, Salmon, q genuit Booz, cui Ruth in eccleſia dñi peperit filios. Sed cur additũ eſt, & vſq; in æternũ? an quia poſt nul la anima Ammonitis & Moabitis intrabit in illam eccleſiã Hebręorũ; an potius ita dictũ eſt, & vſque ad decimã generationem, vt ſemper intelligi voluerit p denarium vniuerſitatem, & expoſuerit dicens, & vſque in æternũ. Sed ſi ita eſt, Ruth contra meritũ admiſſa videtur. An Ammonitas phibuit & nõ Ammonitidas, i. viros admitti, non fœminas.

B Maxime, qa cum euertiſſent Iſraelitę illam gentẽ, oẽs viros occidere iuſſi ſunt, fęminas aũt non, niſi eas quæ nouerãt virũ, qm̃ ipſe in fornicationem ſubduxerant populum. Virgines vero dimiſerunt, nõ eis imputantes culpam qua euerti illa gens meruit, quam etiam hic cõmemorauit, quaſi qręretur: Cur Moabitas & Ammonitas admitti noluerit, ſubiunxit: eo ꝙ non obuiauerint vobis cũ panibus & aqua in via cum exiretis de Aegypto, & cõduxerũt aduerſum te Balaam filium Beor de Meſopotamia, vt malediceret te. Has culpas nec tunc quãdo gens illa depugnata eſt, fœminis imputauerunt, quas conſeruare maluerunt.

a *Moabites.* Hęreticos ſemp ab eccleſia eſſe pellẽdos ſignificat quaſi *hæreticum hominem poſt vnam & alteram correctionem deuita.* Tit. 3.

✱ THEODORETVS. Quare in perpetuum vetat eos communicare cum Moabitis & Ammonitis. Primo propter infectã eorum radicem, cum ex illegitimo cõgreſſu nati ſint. Deinde propter impietatẽ ad quã tentauerũt adducere Iſraelita. adornãtes vxores, & per eas ad cultum idolorũ illos venantiũ iuſta allicientes. Cum Idumæo tamen & Aegyptio conuerſari iubet, poſt tertiam generationem, & cum hoc tanquam cũ fratre, cum illo vero tãquam beneficio, tẽpore opportuno. Vrgente .n. fame patres noſtri accedentes acceperũt ab Idumęis alimẽta. Lex igitur docet nos antiqui beneficii non obliuiſci.

b *Quia noluerũt uobis occurrere cum.* Tradunt Hebræi, ꝙ hæ gen-
C tes propinquæ ſibi exeũtibus de Aegypto occurrerunt cũ pane

D tantum, cum ſcirent eos in deſerto maxime ſiti laborare: ideo huic maledictioni ſubiecti ſunt.

Myſtice deſignant hæreticos, q fugientib. de Aegypto hui⁹ mundi ad veram terrã promiſſionis, offerunt panẽ pollutum, nõ aqua ſapientię dulcoratam, & ideo ab eccleſia alienati ſũt. Myſtice.

✱ PROCOPIVS. Ammonitę & Moabitæ, qui cultorũ ſimulacrorum, quandiu tales permanſerunt, figuram ſuſtinent, quæ ſummis virib. ac conatibus contra nos obuiam ruerũt, ſummãque crudelitatem exercuerunt. Idumæi hæreſeon ſunt imago, oriundi enim ex Eſau erant, Iſraelitiſq; ſanguine propinqui. Volunt vero etiã hæreticorum liberi, Chriſtiani nuncupari. Neq; vero tanta ipſis, quanta ſimulacrorum cultoribus conſtituta eſt pœna. In tertia .n. generatione recipiendos inquit, ſicut & Aegyptios gentiles repreſentãtes, q erga Chriſtianos non prorſus hoſtiliter ſunt affecti. Aduenæ, inquit, fuiſt. s apud eos. At Moabitarũ decretũ ĩ Ruth finẽ cępit. E

c *Vertitq;* quia perſecutio cauſa maioris proſperitatis eſt. *Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Rom. 8.c.

d *Non.* Idumæus ſanguineus vel terrenus, carnẽ, cuius eſt terrena materia, ſignificat. Aegyptius, i. tenebroſus, corpus morbidũ. Carnẽ noſtram non debemus abominari, ſed fouere & neceſſaria illi præbere, curã tñ eius in deſideriis nõ facere. Ro. 13. d. Frater, inquit, tuus eſt, quia ex carne ſumus & anima. Aegyptiũ, i. corpus non abominemur, in cuius terra aduenæ fuimus. Aĩa .n. quę celeſtẽ habet originẽ, quaſi aduena moratur in corpore. vnde Apoſtolus. *Dum ſumus in corpore, peregrinamur a domino.* 2.Cor. 5. d. Qui nati fuerint ex eis, &c. i. paulatim fient ſpirituales.

*Non.* Per Idumęum & Aegyptium ſignificatur pręſens vita, cui quamuis renuntiantes Aegyptiam terram, i. conuerſationem priſtinam & concupiſcentiam mundi declinemus dum tamen huius mundi neceſſitatibus ſubdimur, nõ omnino Aegyptiam nationem extinguimus, ſed quodammodo ſeparati quotidiano victu & veſtitu contenti ſumus, tertia generatione in eccleſiam intrabunt, quia ſæcularis poteſt ſanctis Dei cõiungi, cum perfecte in patrem & filium & ſpiritum ſanctum crediderit, vel cum ſpe fide & charitate ornatus fuerit. Myſtice. F

a *Quando.*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *filij Iſrael inducti ſunt ad luxuriam & idololatriam. Aſſignatur etiã alia ratio in litera, ſ. quod Idumæi deſcenderunt de Eſau, qui fuit frater Iacob, a quo deſcenderunt Iſraelitæ: & ſic Iſraelitæ & Idumæi erãt quodammodo fratres, & hoc eſt quod dicitur: Quia frater tuus eſt. Similiter Aegyptij receperunt filios Iſrael in terra ſua tẽpore famis, & fuerunt ibi conſeruati ſub prouidentia Ioſeph, & hoc eſt quod dicitur:* Aduena *fuiſti, &c. ideo Idumæi & Aegyptij citius admittebantur ad contrahendum matrimonium, & ſm̃ hanc ſententiam, patet litera, hoc exce.*

Quare Moabitæ prohibiti a eccleſia

ı Quia noluer. &c. *quod uidetur cõtrarium ei quod dictum eſt ſup. 2. ꝙ licet Moabitæ non conceſſiſſent eis tranſitum per terram ſuam: tamen in confinio terræ ſuæ portauerunt eis alimenta venalia. Ad hoc reſpondẽt Hebræi, quod viri non portauerunt talia, remanentes in ciuitatibus armati ad cuſtodiam terræ, ſed mulieres tantũ. & propter hoc viri fuerunt repulſi a matrimonio prædicto, non autẽ mulieres, vnde & Ruth Moabitis fuit vxor viri Iſraelitæ, & ideo dicitur hic Ammonites & Moabites, quæ ſunt nomina maſculini generis & non fœminini. Secundo modo exponitur ab aliquibus doctoribus catholicis, quod per ingreſſum eccleſiæ dei, a quo perſonæ ſupradictæ excluduntur, intelligitur ingreſſus atrij, in quo homines mundi orabant in Ieruſalem prope templum, a cuius ingreſſu arcebantur perſonæ prædictæ tanquam immundę, rationibus prædictis: &c. exponantur ſicut prius. Tertio modo exponitur ab aliquibus doctoribus noſtris, & rationabilius, ut videtur. Dicunt aũt, quod lex diuina nullum excludit etiam extraneum a cultu dei, & ab his quæ pertinet ad animæ ſalutem, unde dicitur Exodi 22.* Si quis peregrinorum in vrãm voluerit tranſire coloniã, & facere phaſe dñi, circuncidetur prius omne maſculinũ eius, & tũc ritè celebrabit, eritq; ſicut indigena terrę. *ſed in temporalib. quãtum ad ea quæ pertinebant ad regimen populi per perſonas eminentes, vt pote magiſtratus, iudices, tribunos, cẽturiones, & cõſimiles, non omnes admittebantur ſed excludebantur eunuchi, quia cum eſſent impotentes ad generandum, honor paternus qui conſiſtit in regimine populi, eos non decebat, unde antiquitus iudices & gubernatores populi vocabantur patres conſcripti. Similiter excludebantur patientes defectum natalium quia propter vilitatem ſuæ originis non decebat eos ſtatus tanti honoris, nec populus ſubiectus pacificè toleraret, propter quod talis promotio eſſet turbationis occaſio. vnde & in eccleſia tales ab ordinib. & dignitatibus repelluntur, ſimiliter alienigenæ a regimine populi merito repellebantur, quia non eſt tm̃ cõfidendum in eis ſicut in indigenis. Oportet autem habere magnam confidentiam de illis quibus committitur regimen populi quia oportet ꝙ ſciant ſecreta & infirma populi. Aliqui tamen excludebantur ad ſemper, & aliqui ad tẽpus prædictis rationibus, & ſecundum iſtum intellectum ſatis patet litera, conſideratis cum hoc ſupradictis.*

Excluſi a cultu diuino.

✱ ı Quando.

*MORALITER.*

✱ illi, qui deuotos quãtum poſſunt, impediũt ab ingreſſu religionis, & ingreſſos per ſe & p alios impedire nitũtur ab actu pfeſſionis, & tales priuari merẽtur ab ingreſſu patrię celeſtis.

† *Non.* Hoc verbum dicitur filiis Iſrael, per quos intelligũtur homines literati, q nõ debẽt deſpicere ſimplices Chriſtianos circa terrena occupatos, propter quod ſignificãtur p Idumæos qui terrenum interpretatur; & ratio dicti ſubditur cũ dicitur.

† *Quia* regeneratus ex Chriſto & eccleſia, ſicut & tu qui es literatus.

† *Nec.* Per Aegyptiũ qui tenebroſus interpretatur, peccator ſignificatur, quem iuſtus non debet abominari, quia fui aduena in eius terra, i. peccator, ſicut ipſe 1. Io. b. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſedu. & ue. &c.*

a *Quando* Spiritales Chriſti milites inſtruit, quibus alibi dicitur: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.* 1.Cor.9.d

A b S. AVGVSTINVS. Multa ponit lex in ſacramentis & vmbris futurorum. Quędā enim in ſemine materialis informitas quæ formata corpus hominis reddutura eſt, in ſignificatione poſita eſt vitę informis & ineruditæ, a qua informitate oportet hominē doctrinæ forma & eruditione mundari, ideo illa purificatio præcepta eſt poſt ſeminis effuſionem, nec enim in ſomnis peccatū ſit: aut ſi hoc quis peccatum putat, non arbitrans accidere niſi huiuſmodi deſiderio, qđ falſum eſt, nunquid & ſolita menſium peccata ſunt fœminarum, quas lex pręcipit expiari, non niſi propter ipsā materialem informitatem, quę facto conceptu tanquam in ędificationem corporis additur. Ac per hoc cum informiter fluit, ſignificari lex voluit animum ſine diſciplinæ forma indecenter fluidum ac diſſolutū: quem formandū ſignificat, cum fluxū purificari imperat. Poſtremò mori peccatū non eſt, & mortuū ſepelire humanitatis officiū eſt, & tamen purificatio mandata eſt, nō quia corpus mortuū peccatum eſt, ſed ſignificat peccatū animæ a iuſtitia deſertæ. (Lib. de bono coniugali c. 20. tomo 6. — B — Ro 7.b — Lib. 9. Moral c. 40.)

Myſtice. Myſticè. GREG. Si fuerit inter vos homo, qui no. pol. & cæ. Nocturnum ſomniū tentatio occulta, qua tenebroſa cogitatione turpe aliquid concipit; ſed opere non expletur. Nocturno ſomnio pollutus extra caſtra egreditur, vt q cogitatione polluitur indignum ſe ſocietate fidelium arbitretur, & bonorum ſe comparatione deſpiciat. Ad veſperū lauatur aqua, cū defectū ſuū cōſpiciēs, ad lamenta pęnitētiæ cōuertit vt fletib. deleat ꝙ occulta ingnatio accuſat. Sed poſt occaſū ſolis redeat ad caſtra, i. deferueſcēte caloris ardore fiduciā erga bonorū ſocietatē ſumat, & ad fideliū merita reparetur pſumenda.

c *Habebis.* Corporalē enim mūditiā diligit Deus: ideo præcepit nihil fœdū remanere in caſtris. Myſtice. GREGORIVS. *Habebis locum.* &c. Naturę corruptibilis pondere grauatę a noſtrę mētis vtero quędā cogitationū ſuperflua quaſi ventris grauamē erumpūt. Sed portare ſub baltheo paxillū debemus, vt ad reprehēdēdos noſmetipſos ſemp accincti acutū circa nos ſtimulum cōpunctionis habeamus, q terrā noſtræ mentis pęnitētiæ dolore confodiat, & ꝙ a nobis fœtidū erūpit, abſcōdat. (Li. 31. Mora. c. 22. — C — D)

✲ THEODORETVS. Aer aliquo fœtore perfuſus, ſolet peſtem vt plurimū pducere. Idcirco mandat agentibus in exercitu, vt quę egeruntur, in terram defodiāt. Et ne non credentes aliqꝑ damnū inde ſentirent, neceſſario ſubdidit: Quia dominus deus tuus in caſtris habitat. Ex eo nos docet nihil agere debere qđ ſit indecorum. Hoc enim ſubinfert, vt ſancta ſint caſtra tua. (Quęſt. 1.)

✲ CYRILLVS. In hoc munditiarum ſtudio latet admonitio, eſſe nullum non genus ſordiū abiiciendum ſi de hoſtibus uictoriam ſperare velimus. Præterea quam infirma hominum natura, ita vt facile aberret, inhabitat enim membris noſtris peccati lex, primum ab oculis procul aliorum ſecedat aberrans, deinde bonis operibus peccata contegat, fętorem delicti fragrantia recte factorum opprimēs, atq; ita in caſtra ſanctorum redire poterit. Quod ſi clauum in zona, id eſt, in mente inſtructa crucem Chriſti geſtauerit, fœlicius ſuccedet Sepelienda igitur omnis immunditia, ſi cum domino volumus eſſe in caſtris quæ ſancta dicuntur. (Ex cat. na Græ. — -ad reg ta natu addidit terpres e plicand rei grati — E)

¶ Dæmones.
a ecclesiam domini. Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes 1
a ¶ Nociua.
b tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala. Si fuerit inter 2
a ¶ Occulta tentatione. ¶ Tenebroſa cogitatione. b ¶ Conſentiendo. c ¶ Societate fidelium ſe indignum iudicans.
vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur ex- 3
a ¶ ſuperato ſcilicet feruore tentationis.
tra caſtra, & non reuertetur priuſquam ad veſperam lauetur
¶ Lachrymarum. a ¶ Pęnitentiæ. b ¶ Tentatione deferueſcente. c ¶ Fidelium conſortia.
c aquā, & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra. Habebis 4
a ¶ Conſcientiam in qua compungaris, b ¶ Sanctorum.
locum extra caſtra, ad quem egrediaris ad requiſita naturæ,
a ¶ Acutum compunctionis ſtimulum. b ¶ Cordis compunctione vel memoria caſtitatis.
d gerens paxillum † in baltheo. Cumq. ſederis, fodies per cir-
a ¶ Ne appareat ante oculos Dei.
e cuitum, & egeſta humo operies quo reuelatus es. Dominus 5
a ¶ Eccleſiæ quę eſt vt caſtrorum acies ordinata.
enim deus tuus ambulat in medio caſtrorum, * vt eruat te &
a ¶ Viſibiles uel inuiſibiles.
tradat tibi inimicos tuos, & ſint caſtra tua ſancta, & nihil in
a ¶ A ſeruitute diaboli uel peccati fugientem.
f eis appareat fęditatis, ne derelinquat te. Non trades ſeruum 6

† ſuper arma tua. i. qui erit tibi vice ligonis.

* tuorum

d *In.* Baltheo enim renes accinguntur, ideo per baltheū malę voluntatis contritio deſignatur vnde Iob. *Baltheum regum diſſoluit, & præcinxit fune renes eorum.* Iob. 12.

e *Operies.* Terrena fragilitate conſiderata, ſordes debemus operire.

f *Non.* AVGVSTINVS. LXX. *Non trades puerum domino ſuo, qui appoſitus eſt tibi a domino ſuo.* Non quod dominus eum appoſuerit i. commendauerit, quia depoſitum diceret, ſed appoſitum dixit, i. adiunctum huic, cum ab illo diſceſſiſſet. Reddi ergo prohibuit fugitiuos, non ſuſcipi. Quomodo putari poteſt niſi genti & populo intelligamus iſta dici, non vni homini? Et alia vtique gente refugientem ad hāc cui loquebatur, a domino ſuo, i. a rege ſuo, reddi prohibuit, quod alienigena Achis rex Geth ſeruauit, quādo ad eum fugit Dauid a facie domini ſui, i. regis Saul. Hoc explanat dicens. In vobis habitabit in omni loco vbi placuerit ei. (Quæſt. 31. — 1. Re. 27)

☞ ✲ PRO- F.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quando. *Hic conſequenter ordinatur rationaliter attendendo ad bonum commune tempore belli, quod quidem bonum conſiſtit primo in munditia ſpirituali, quia quando munde ſeruiebant deo, dabatur eis victoria, & ideo dicitur hic:* Quando. *i. ab omni peccato, ne veniat ſuper te diuina offenſio, & cadas coram inimicis tuis gladio, ſecundo requiritur munditia corporalis. ideo ſubditur.*

2 Si fuerit. *In ſomno enim non eſt immunditia ſpiritualis, licet poſſit eſſe in vigilia pracedenti vel ſubſequenti, tamen ibi ſemper immunditia corporalis, quam comitatur depreſſio mentis, ideo ſubditur:*

3 Egredietur. *ſ. deuitis & Leuitarum quæ erant in medio exercitus, non tamen oportebat egredi caſtra cōmunis populi, prout dictum fuit in ſimili Nu. 5. & idem intelligendum de alijs immunditijs, quæ quandam irregularitatem faciunt, vt dictum fuit ibidem, ſed ponitur hic iſta immunditia pro exemplo, quia frequenter accidit. Quod autem ſubditur.*

4 Habe. *intelligitur etiam de caſtris communis populi, qa ſi tales immunditiæ fierent intra caſtra populi, corrumperetur aer ex fętore, & ſequeretur infirmitas, & mortalitas in populo. Item quia arca cum ſacerdotib. & Leuitis erat in caſtris, non erat decens, quod talis fœtor eſſet ibi & hoc eſt quod ſubditur.*

5 Dominus enim Deus, &c. *quia ibi erat per ſpecialem cultum ſacerdotum & Leuitarum, qui tenebantur exire cum populo ad exercitum licet non omnes, ſed aliqui eorum.*

6 Non trades. *Hic conſequenter ordinatur pars rationalis attendendo ad bonum ſingularis perſonæ, Et diuiditur in tres partes, ſecundum tria quæ ſunt de dictamine rationis, ſ. vt legalitas ſeruetur ad omnes, pietas ad pauperes, & ſeueritas ad rebelles, ſecunda incipit ibi.* Cum repetes a proximo tuo. *circa medium 24. c. tertia in principio XXV. capitulo. Adhuc prima in duas, ſecundum quod legalitas duo reſpicit. ſ. operationes & punitiones, ſecunda incipit 24. capitu. ibi:* Si deprehenſus. *Prima in duas, ſecundum duo ad quæ ordinatur legalis operatio, ſcilicet ad uitam politicam & domeſticam. ſecunda incipit in principio 24. capitulo. Adhuc prima in dua ſecundum duo quæ reſpicit uita politica, ſcilicet vrbanitatem & fidelitatem. Secunda ibi.* Cum votum voueris. &c. *Circa primum ſciendum, quod homo viuit vrbane & conuenienter primo, quando compatienter ſe habet ad afflictum, & quantum ad hoc dicitur.* Non trades. *& intelligitur quando quæritur a domino ad occidendum ſeu mutilandum ſeu aliter indebite affligendum, ideo ſubditur.*

✲ 1 Habita

## MORALITER.

✲ 2 *Si fuerit.* Ex quo inoleuit conſuetudo, ꝙ ſic polluti non celebrant vel cōicant in craſtino, niſi neceſſitas vel diei ſolennitas recompenſet, vel propabiliter credatur quod a diabolo talis pollutio procuretur, vt a polluto fructus euchariſtiæ ſubtrahatur. Vnde legitur in collationibus patrum, quod quidā ſemper in diebus ſolennibus quibus alii communicabant, talē pollutionem communiter patiebatur, & ſenes præceperūt quod communicaret, ſicut alii, ſic ceſſauit illa machinatio diaboli.

6 *Non trades ſer. domino ſuo.* Per ſeruum ſignificatur peccator, de quo dicitur Io. 8. d. *Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* Qui p pœnitentiam & ſpem ueniæ confugit ad confeſſorem, qui debet eum ita charitatiue tractare, & diſcrete, quod non det ei occaſionem recidiuandi in culpam.

✲ 7 *Ingreſ-*

✻ ProC. In prouerbiis item inquit, Ne tradas ſeruũ in manus domini, ne forte execretur te, & peſſum eas. Arguit uerò illud ne tradas, immanitatem, quæ imprimis ſymulacrorum cultoris eſt adiuncta. Nam de uicinis gentibus ſermo eſt, qui bus ſeruum necare, etiã nihil reputabatur. Cæterũ Hebręos lex de humanitate admonuit, qua pcipitur ne iumentum quoque in itinere negligatur. Verum bona fide, inquit, fratri tuo reſtituas. Quanto vero magis famulum, quando herum iram ſuam depoſuiſſe certum eſt.

✻ Ciril. Hoc fieri poterat, ſi meretricibus data ſit ouis aut hœdus pro mercede, aut ſi quis pro cane acceperit agnũ.
c *Pretium.* Canis rapacis. Dona iniquorum non probat altiſſimus. *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris.* — D Ex catena Græca. Eccl. 34 c.

a Diabolo vel peccato. b Fidem veniens vel penitens. c Sub munimine fidei. d Eccleſia vel ſub quocunque ordine fidelium. Reſpuendo vel in deſperationem mittendo.

domino ſuo, qui ad te cõfugerit. Habitabit tecum in loco, 1

a Eccleſiarum vel conuerſationum. b In pace eccleſiæ. c Quia magis fouendus eſt ne deficeret.

qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarũ requieſcet: † nec con

a Fornicationi hæreticorum iuncta. b Animabus, quæ ſunt templum Dei viui. c Vnde fugite fornicationem.

a triſtes eum. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, neq; ſcorta

a Quia Deo adoptati ſunt. b Moraliter oſtendit ſicut abominatio eſt merces proſtibuli ſic & donum rapacitatis.

b tor de filiis Iſrael. Non offeres mercedẽ proſtibuli, nec pre- 2
c tiũ canis in domo domini Dei tui, quicquid illud eſt quod 3
uouerit: quia abominatio eſt vtrumque apud dominum

Mercedem cupiens. Catholico. Iudæo. Verbi Dei.

d Deum tuum. Non fęnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniã, 4
e nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno. Fratri aũt
tuo abſq; vſura id quo indiget, cõmodabis, vt benedicat ti-
bi dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam

a Vouete & reddite domino Deo veſtro. Pſal. 75.

ingredieris poſſidendam. † Cum votum voueris domino 5

Quaſi debitum.

f Deo tuo, nõ tardabis reddere, quia requiret illud dominus

Reddere. Ipſa mora.

Deus tuus *& ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ.
Si nolueris polliceri, abſq; peccato eris: Quod autem ſemel 6
egreſſum eſt de labiis tuis obſeruabis, & facies ſicut pmiſi-

Ideo in te teneris.

ſti domino Deo tuo, & propria volũtate & ore tuo locutus

Scripturam ſacram, vel eccleſiam catholicam. b Chriſti. c Neceſſitati conſuluit, auaritiam prohibet. d Incarnationem Chriſti credes ſaciamentis eius participa.

g es. † Ingreſſus vineam proximi tui comede vuas quantum 7

Quæſt. 27. Fornicari omnibus prohibitũ.

a *Non.* Avgvtinvs. Lxx. *Non erit meretrix à filiabus Iſrael, & non erit fornicans à filijs Iſraël.* Manifeſtè prohibet uiros & fœminas fornicari, etiam cum nõ alienis cõiugibus, peccatum eſſe demonſtrans miſceri nõ coniugibus ſuis, quando & meretrices eſſe, & ad eas prohibet accedere, quarũ publice venalis eſt turpitudo. In decalogo autem nomine mœchiæ non videtur hoc aperte prohibuiſſe, quæ non niſi adulteriũ intelligi ſolet. vnde qđ nobis videretur, ibi tractauimus. — Eccl. 5. a. Baruc. 6. d. — a te. — B — Lib. 2. quæſtiõ ſuper Exod. q. 71.

Spiritualiter innuit, quia non licet animæ Chriſtianæ erroribus hæretiſiorũ ſe miſcere, & filium Dei impudicitiæ, & libidini non licet ſe tradere. — De decie c. Venerabi. in prin.

d *Non fœnera.* Vſuram & auaritiam remouet, & charitatem impendere iubet. Eſt pecuniam, quæ ad uſurã dari prohibetur quia uitiũ cupiditatis eſt exigere velle quod cognoſcis te non cõmodaſſe. Hanc dominus habuit, & inde pauperibus erogandã tradidit, & nos ad liberalitatẽ largitatis inuitauit. Altera eſt quam ad vſuram dare debemus. vnde: *Nonne oportuit te pecuniam committere numularijs, vt ego ueniens exigerem quod meum eſt cum vſura?* — Dare pecuniã ad vſuram prohibetur. † nõ vini inferes ei. — Mat. 25 c.

✻ Procopivs. Excitat tandem eos, ac manu adducit quodammodo ad expenſarum liberalitatem tam erga domeſticos quam peregrinos, quã uis apud vtroſq; diuerſam. Nondum enim huius vocis capaces erant, *omni abs te petenti da, & ab eo quo res tuas abſtulerit, noli repetere* — E

Quæſt. 38. Canis cõmutatio prohibetur.

b *Non offe.* Avg. Lxx. *Non offeres mercedẽ meretricis, neq; commutationem carnis in domo domini Dei tui ad omne uotum, quoniam abominatio domino Deo tuo eſt, vtrunq;, ſ. nõ vnum.* De cane enĩ uetat fieri cõmutationẽ primogenitorũ, quã iuber fieri de immundis animalib, i. equis, aſinis, & quę adiuuant hominem unde & iumenta dicuntur. De cane aũt noluit & de porco, & quare noluit quęrendũ eſt. Et ſi de omnib. talib. noluit, quare hic ſolũ canem excipit? De mercede meretricis videtur repuliſſe, qa ſuperius phibuit eſſe Meretrices de filiab. Iſrael, aut quenquã filiorũ Iſrael vti meretrice, & ne quis putaret poſſe hoc expiari ſi aliquid inde in templum offerret, dicendum fuit, quód domino abominatio ſit. — C

✻ Ci-

✻ Clemens Alex. Cum lex prohibet fratrem fœnerari, fratrem nominat, non eum ſolum qui ex iiſdem natus eſt parentibus, ſed etiam qui fuerit eiuſdem trib. eiuſdemq; ſententiæ, & cuiuſdam uerbi participes, non æquũ cenſens, vt ex pecuniis uſuras, ſed laxis manib. & animis gratificari egentibus. — Li. 2. Stromat.

e *Sed alieno.* Infideli uel iniquo cui pecuniam damus ad uſuram, cum pro uerbo prædicationis exigimus fidem, pœnitentiam & operationem bonam.

f *Non tarda.* vnde Salomon: *Ruina eſt homini poſt vota tractare vel tardare.* — Prou. 20. d

h *Ingreſ.* eccleſia alterius epiſcopi, poteſt alter aliquos corrigere uel confirmare, totam plebem non licet ei regere, uel magna negotia tractare.

☞ *Foras.*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Habitabit *ſ. quouſq; quieſcat ira domini ſui, & tunc reddendus eſt ei cum ſit res domini ſui ſicut & aliæ res ſunt reſtituendæ. Secundò quando ad ſeipſum ſe habet mundè & decenter, & hoc notatur cum dicitur.* Non erit meretrix de filiab. Iſrael, &c. *Tertio quãdo ad Deũ ſe habet reuerenter, & quantum ad hoc ſubditur.*

2 Non offe. *quia eſt quid uile, & propter hoc uocatur turpe lucrum: & ideo talia offerre domino maxime in publico pertinet ad Dei irreuerentiam. poteſt tamen de hoc fieri eleemoſyna.*

3 Nec pretium. *Dicit autem* Ioſephus, *ꝙ hoc intelligitur de pretio ꝙ accipiebatur ab illis qui locabant canes venaticos, & cuſtodes aliũ ad impręgnationẽ canicularũ, quod prohibetur offerri, eo quod erat turpe lucrũ, ſicut & de meretricio dictũ eſt. Alij autẽ exponunt de primogenito canis, quia primogenita animaliũ immunderũ inter quæ eſt canis, nõ poterant offerri, redimebantur tamẽ quinq. ſiclis, ut habetur Num. 18. & dabãtur ſacerdoti, ſed pro primogenito canis nõ dabantur propter vtilitatẽ huius animalis, ita ꝙ hic excipitur redẽptio primogeniti canis à redemptione aliorum. Qui autẽ fiebat de primogenito canis non redempto hic non exprimitur, uidetur tamẽ probabile, ꝙ interficiebatur, ſicut de primogenito aſini dicitur, Exod. 13. quando non redimebatur.* — Pretium canis.

*Quartò quando ad proximum ſe habet liberaliter, & quantum ad hoc ſubditur.* — F

4 Nec fęne. ſed alieno. *Iſtud eſt permiſſio nõ liciti, ſed minus mali ad euitandum maius, ſ. ne fratres ſuos Iudæos grauarent vſuris.*

5 Cum vo. *Hic conſequenter ordinatur rationale in vita prolitica, prout reſpicit fidelitatẽ, quæ primo & principaliter habenda eſt ad Deũ, & hoc notatur cum dicitur.* Cum vo. *Ad fidelitatem autem hominis ad Deum requiritur, quod adimpleat quod ei promiſit, ſed quia votum non eſt de bono neceſſario ad ſalutem, ſed de bono ſuper erogationis ſubditur.*

6 Si nolueris. *quia non tenetur ad iſtud bonum niſi ratione voti. ſecũdò habenda eſt fidelitas ad proximum. ideo ſubditur.*

7 Ingreſ. vi. proxi. *quod intelligitur de eo qui ingreditur vineam aut ſegetem proximi ſui ad operandum, vt dicit Ra. Sa. & ideo ei conceditur de fructibus comedere non tamen ad domum ſuam portare quia hoc eſſet infideliter agere ſecundum expoſitores noſtros. Intelligitur etiam de alijs, quia intentio legis erat inducere Hebræos ad amicabilem communicationem rerum ſuarum adinuicem, & ideo lex conceſſit in talibus eſum, & prohibuit exceſſum, ſ. deportationem ext. quia hoc ad infidelitatem & cupiditatem pertinet.*

✻ CAP.

MORALITER.

✻ 7 *Ingreſ.* Per uineam intelligitur eccleſia, Eſa. 5. b. *Vinea domini ex. do. Iſrael eſt.* Igitur intrans eccleſiã alterius & ſaluti animarũ conſulens prædicando & confeſſiones audiendo ibidẽ vuas comedit, nam etiam ſibi proficit, ſed exportat qui hoc ſine licentia curati uel ſuperioris prælati facere præſumit. Quod autem ibidem ſubditur de meſſe, idem ſignificat ſub alio nomine.

a *Foras extra eccleſiam hanc gratiam efferre non licet, quia* in vna domo omnes, agni edi iubentur. D

Libr. ... Deut. c. 26 ✲ RVP. Vinea eccleſia eſt, quam ingreſſus per fidem comedes vuas quantum placuerit, foras verò ne efferas, id eſt, operationem quidem virtutum, corde bono & animo volenti, nihil autem quaſi ad oculos hominum. Qui enim lucem ſuam lucere facit coram hominibus, vt videant opera eius bona, intus vuas comedit, & proximo nequaquam damnoſus exiſtit. Qui autem fecerit iuſtitiam coram hominib. vt videatur ab eis vuas profecto foras extulit, & amici gratiam læſit.

† ſed in vaſe tuo nihil pones.

Nota vtilitatem ſcripturarum

b *Si intraueris.* Sunt quædā loca ſcripturæ quæ hiſtorialiter ſidem imbuūt, quædā moraliter ſanctā cōuerſationē inſtruūt, quedā non ſecundū hiſtoriā, ſed ſecundam allegoriam veneranda myſteria oſtendunt. Cautè ergo in ſegete proximi intrandum eſt ut diſcernē ſo carpas cibum, non præcipitandū ſuccisæ meſſis incurras iudicium.

a tibi placuerit, † foras autem ne efferas tecum. Si intraueris

a Meditando.

b a Legem. b Chriſti qui verus amicus. c Rigorem literæ exponendo ad ſpiritalem ſenſum rediges. d In alienum ſenſum non transferas.

c ſegetem amici tui frangēs ſpicas, † & manu conteres, falce autem non metes.

c *Falce autem.*
✲ PROCOPIVS. illud enim non neceſſitate facere, verùm aua rit ā exercere eſt. Cæterùm hoc falce demetere ſibi velle aiunt, quod exprōmptæ magiſtrorum voces literis mandandæ non ſint, tanquam q̃ præmeditationis maturitate carent, hinc enim damnum ad legentes fratres redit.

† manu tua.

CAP. XXIIII.

a SI acceperit. RAB. Homo vxorem accepit, cum terrenæ actionis curā ſuſcipit. Fœditatem agnoſcit, cū pollutā eſſe p̄ peccata ſentit. Dimittit eā de domo ſua, i. morē eius ſua abiicit a mēte ſua. Egreſſa alterū accipit, q. a terrenam actionē quam deſeritis alius concupiſcit. Ipſi quoque in odiū venit & eam vtiliter dimittit. vnde bene ſequit. *Si dimiſerit eam vir. f. &c.* quiſq; terrenā curā aut dimittit aut moritur, i. aut non ex animo ſuccūbit, aut per eā fundi tus in animæ vita ſuccumbit. Siue ergo ſequens maritus dimiſerit, ſiue mortuꝰ fuerit prior nō recipiet eam in vxorē, q. a polluta eſt, vt ſcilicet q̃ ſemel terrenam curam reliquit, ad eam vltra non redeat, quā ipſe proprio iudicio polluit, qui prius deſeruit, quia pollutam cognouit.

† Mat. 5. e. & 19. a.

B

Myſtice. Myſticè. *Si acceperit homo uxorem, &c.* Chriſtus vxorē ſibi, accepit, cū ſynagogā ſibi copulauit, quā legē tribuendo in iudicio & iuſtitia & miſericordia deſponſauit, ſed illa nō inuenit gratiā pp incredulitatē & idololatriç fœditatē. Scripſit enī libellū repudii, i. euāgelii, in quo declaratur quā indigna fuerit

C ſpiritualis cōſortii cū Chriſtū crucifigendū tradidit, Barrabā elegit. Datus eſt in manus eius libellus repudii cū poteſtas data eſt crucifigendi. Ideo de domo, i. eccl'a, eiecta eſt. vn̄: *Multi venient ab oriente & occidente & recumbent cum Abrahā, &c.* Quod aūt ſequitur, Cumq; egreſſa alterū, &c. ſignificat, quod licet Apoſtoli poſt paſſionē & reſurrectionē Chriſti eā ad fide & pœnitentiā prouocauerint, & ſpiritalibus nuptiis copulare voluerint, tanquam indigna & errore polluta abominab. lis permāſit. vnde: *Vobis oportebat primū loqui uerbum Dei, ſed quoniam, &c.*

Mat. 8.

E

† cœleſt cum ea.

Act. 13.

CAP. XXIIII.

a Quilibet. b Terrenæ actionis curam.

a SI acceperit homo vxorem, et† habuerit 1

a Quia terrena actio priuſquam habeatur, fortiter amatur antequam ſœ la cognoſcatur.

eā, & non inuenerit gratiā ante oculos

a Peccatum quod cognoſcit in ea.

b eius propter aliquā fœditatem, ſcribet libellū repudii, & dabit in manu illius, & 2 3

Id eſt abijciet amorem eius a mente. a Quia terrenam actionem, quam ynus deſerit, alius concupiſcit.

dimittet eam de domo ſua. Cumque egreſſa alterum maritū duxerit, & ille quoq. oderit eam, dederitq́; ei libellum repu-

a Non ex animo ſuccumbendo ei. b In anima ſuccumbendo.

dii, & dimiſerit de domo ſua, vel certe mortuus fuerit, non

a Ipſius iudicio: quia eam quaſi pollutam prius dimiſit

poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta

AVGVSTINVS. multæ erant in lege cauſe dimittendi vxores, Chriſtus ſolā fornicationē excipit, cæteras moleſtias iubet pro fide & caſtitate coniugii ſuſtineri. Et mœchū dicit eum qui eam duxerit, quæ alligata eſt viro, i. quādiu vir eius vixerit, quo mortuo ſoluta eſt. Vir quoq; ſi dimiſerit, aliā nō ducat. Si aūt nec illi nubere, nec huic licet alterā ducere viua vxore q̄ dimiſit, multò minꝰ licet cū quali bet ſcortari. Beatiora, ſenè cōiugia, q̄ ſiue filijs procreandis ſiue terrena ple cōtēpta, pari cōſēſu cōtinētiā ſeruare poſſunt. Nec illud ē cō q̄ dns cōiūgē dimitti vetat. Nō. n. dimittit, q. cū ea nō carnaliter ſed ſpāliter viuit, ut q hēnt uxores, ſint quaſi nō habētes.

b *Scribet.* Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit Moyſes præceptū iſtud

Mat. 5. de l monte c mini in monte.

1. Cor. 7.

F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP XXIIII.

Diuiſio. 1 SI acceperit ho. *Hic ordinatur rationalis in vita domeſtica, quæ maximè conſiſtit in cohabitatione viri cum vxore, & quia contrariorum eadē eſt diſciplina, idō primo agitur de ſeparatione viri ab vxore, ſecūdo de cohabitatione, ibi:* Cum acceperit homo. *tertio, de neceſſarie ſupplectilis pacifica poſſeſſione, ibi* Non accipies. *Circa primū ſciendū, quòd in veteri lege plures erant cauſæ pp quas homo poterat dimittere vxorem, ſaluator autē vnam ſolam ponit, ſ. fornicationem* Matth. 5. *licet enim hic nihil dicatur, cauſa dimiſſionis, veruntamen quia vxor non habetur odio niſi propter aliquam aliam cauſam, ideo reducenda eſt talis dimiſſio in aliam cauſam ulteriorē, q̄ poteſt eſſe multiplex, ideo dixerunt aliqui, q̄ cauſæ propter quas poterat dimitti vxor, erant fœditates in corpore, puta infirmitas uel aliqua macula notabilis in corpore vel in anima, ſicut fornicatio occulta vel aliquid huiuſmodi, quod in moribus deformitatem facit, & hoc eſt quod dicitur in litera.*

2 Propter. *ſ. in corpore vel in moribus. in* In Heb. *autem habetur:* Propter rem turpem, *& codē modo poteſt intelligi. Alij autem reſtringunt has cauſas ſatis probabiliter dicentes, quod non poterat vir repudiare vxorem, niſi propter aliquā cauſam poſt matrimonium ſuperuenientē, nec etiam propter quamlibet talem ſed propter illas ſolas, quæ poſſunt bonum prolis impedire, vel in corpore, ut ſterilitas, lepra, morbus caducus & ſimilia. Vel in anima, ut ſi vxor eſſet malorum morum, quos & filij & filiæ ex conuerſatione cum matre imitarentur.*

3 Scribet. *Licet repudiatio non eſſet iniuncta, ſed tantum permiſſa, conſcriptio tamen libelli repudiantibus erat iniuncta, ad hoc vt mulier libere poſſet alteri nubere ſi uellet. vnde dicit Ioſephus, quòd forma illius libelli talis erat, promitto tibi, quod nunquam tecum conueniam. Alij autem dicunt, quod in libello erat ſcripta cauſa repudij, ſed hoc nō videtur rationabiliter dictum, quia aliquando cauſa erat occulta, vt pote fornicatio ſoli marito nota, & ideo ſi hanc cauſam vel conſimilem in libello ſcriberet, eam diffamaret, publicando peccatum occultum, propterea in litera dicitur, quòd iſte libellus in manu mulieris repudiatæ dabatur, & ideo non eſt veriſimile, quod ibi aliquid expreſſe contineretur, quod eſſet in diffamationem mulieris. Sed magis hoc præceptum de libelli datione uidetur fuiſſe datum in fauorem mulieris repudiatæ. Nam dabatur ad hoc, ut poſſet alteri nubere, ut dictum eſt, & ne maritus poſſet eam inuoluntariam ad ſe reuocare, et ſic eſſet minus pronus ad repudiandum ipſam a principio.*

Fornicatio repudij.

✲ 1 Ne

MORALITER.

✲ 1 *Si accipe.* Per uxorē viri intelligitur eccleſia prælati, quæ ſi poſt eius acceptionē diſplicuerit curato, eò quod nō videtur ibi ſe proficere, ſed magis deficere propter populi malitiā vel aliā cauſam, ſi propter hoc eam dimittit, intrans religionē, & ſi alius illam eccleſiā acceperit, & ex ſimili cauſa ſimiliter dimiſerit, vel mortuus fuerit, & ſic eccleſia vacet, nō poterit prior maritus recipere eam in vxorem dimittendo religionem, quia ſcribitur Luc. ix. g. *Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.*

✲ Non

A istud,maleſ. indulgere diſſidium, quam cōmiti homicidiū.
✻ Procopivs. Quamlibet ob cauſam vxorem abdicare præcipit,quem vtiq; Iudæorū demētia acinſania nō latuit, ac cauit ne ipſam occideret,ſeq; vna iter perditū. Alioqui enim Dei ſnīa hæc non eſt, qui primitus marem fœminam fecit, iuxta Seruatoris dictū. Illud quoq; apud Ieremiā ſecūdum legem eſt. *Si abdicauerit maritus vxorem ſuā, & diſceſſerit ab ea, ac ipſa duxerit alium uirum, nunquam ad eum reuertetur amplius.*

Ierem. 3. Sup. 20.b

a *Ne peccare.* Polluit terrā ſuā, qui concupiſcentiis carnalibus inquinat corpus ſuū. Ideo neceſſe eſt ambitionē præſentis vitę citi⁹ domari, ne valeat dominari. Et cū terrena actio ſemel fuerit repulſa, nō eſt repetenda: ne poſt tergū reſpiciat, q in aratro manū poſuerat.

Immunis erit in domo ſua.

Luc. 9. g.

B b *Cum ac.* quaſi quicunq; carnalis deſideriis ſe obligat ad regimen eccleſiæ, & ad ſpiritalem militiā ſe non habilē eſſe cognoſcat Quia *nemo militans deo implicat ſe ſecularibus negotijs, ut ei placeat, cui ſe probauit.* vnde: *Nemini cito manum impoſueris.*

2. Tim. 2. a

✻ Procopivs. Capet enim ne in pugna nullo relicto poſt ſe ſemine, cadat. Miſeret vero eum vxoris & ſponſæ & viduæ vna futuræ. Itaq virtuti ſtudere inchoauit, p ea ſtatim decertare non eſt idoneus. Nondum enim ad ſapientiæ faſtigium

C euect⁹, falſa diſcutere pōt dogmata. Porro ēt eos q ad fidē nuper

¶ Vel pollui.
a eſt, & abominabilis facta eſt coram domino: ne peccare fa- 1
cias terram tuam, quam dominus Deus tuus tibi tradiderit
¶ Carnalem delectationem.
b poſſidendam. † Cum acceperit homo nuper vxorem, non 2
¶ Contra dæmones. ¶ Eccleſiaſticæ curæ.
procedet ad bellum, nec ei quipiam + neceſſitatis iniunge- 3
a ¶ Quam incurriſſet ſi eccleſiam regendam ſuſcepiſſet.
tur publice, ſed † vacabit abſq; culpa domui ſuæ, vt vno an- 4
a ¶ Auferes. b ¶ Confeſſionis peccatoris, quæ eſt pignus emendationis
c no lætetur cum vxore ſua. Non accipies loco pignoris infe-
a ¶ Timorem qui quaſi pigra mola iacet immobilis. b ¶ Spem quæ mira celeritate voluitur & acceptas fruges ad vſum hominum molit & minuit.
riorem & ſuperiorem molam, quia † animam ſuam ap- 5

D per acceſſerunt, communicationem perſecutionum captare non eſſe neque velle, ne in pietatem cum qua cōſuetudinem habere ſtatuerunt, impingat.

c *Non accipies.* ✻ Cyrillvs. His inſtrumentis omnia alia cōplectitur, ſine quibus vita pauperis hominis ſuſtineri nō poteſt, ſi auferantur.

Ex catena Græca.

Loco ergo pignoris mola ſuperior aut inferior nō tollatur, q qui prædicat peccatori tanta diſpenſatione pdicare debet, vt non relicta ſpe timorē ſubtrahat, nec ſubtracta ſpe timorē relinquat.

1. Tim. 2. a

† oneris militaris iniungetur.

E Isidorvs. Tollit molā ſuperiorē, q peccatum flenti dicit Nō habebis veniā de cōmiſſis. Tollit inferiorē qui peccatū palpando dicit, age mala quantū vis: deus pius eſt, & ad veniam paratus, vtiliter vtraque mola habetur, ſi ſpes ſit cum emendante formidine, formido cum ſpe.

† cum ipſis ſit eſca omni animę.

Gregorivs. *Non accipies loco pignoris inferior, &c.* accipere aliqn auferre dicimus: vn aues q alias rapiūt, accipitres vocamus, vnde: Si quis deuorat, ſi q accipit, i. rapit. Pignus debitoris, confeſſio peccatoris, hoc accipitur, cū a peccatore peccati pfeſſio tenet. Superior & inferior mola, ſpes & timor, ſpes ad alta ſubuehit, timor aūt cor inferius pmit. Vna mola ſine altera inutiliter habetur. Peccatoris ergo in pectore ſemper dēnt & ſpes & formido coniungi, q a incaſſū miſericordiā ſperat, ſi iuſtitiam

Lib. 33. Mor. c. 16. 2. Cor. 11. d

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ne pecca. *i. habitantes in terra tua, quia ſi mulier bis repudiata iterum nuberet alteri, vel marito priori, propter pcedentia tanquam abominabilis poſſet de facili a marito interfici. Ad maiorem intellectum eorum quæ dicta ſunt hic quęritur vtrum repudiatio vxoris eſſet licita in veteri lege. Dicendum quod ſic, in caſu fornicationis, & ideo in hoc cōueniunt omnes, loquendo ſaltem de repudio quantum ad thorum. In alijs etiam caſibus dicunt, aliqui, quod erat licita ex diſpenſatione legis, ſicut habere plures vxores, ſicut enim unitas vxoris eſt de dictamine naturæ, ſic & inſeparabilitas, & ideo ſicut illud fuit licitum, quia* Abraham *&* Iacob *non peccauerunt, nec etiam Dauid, qui poſt legem habuit plures vxores ſic nec repudiantes peccabant. Item lex vetus etſi non conferebat gratiam, tamen peccatum oſtendebat, ſecundum omnes doct. Si igitur repudium eſſet illicitum, oſtenſum fuiſſet per legem, quod non fuit factum, quia magis concedit, vt videtur hic, cum dicitur:* Scribet li. &c. *Aut per prophetas, quod non uidetur etiam, quia Malach. 2. d. dicitur.* Si odio habueris eam dimitte eā. *Item dicit Chryſo. quod ſicut Apoſtoli permiſerunt ſecundas nuptias, ſic Moyſes libellum repudii, ſecundæ autem nuptiæ ſunt licitæ, ergo, &c. Sed hoc videtur eſſe contra dictum ſaluatoris* Matt. 21. *a. ſcilicet quod libellus repudii conceſſus eſt a* Moyſe *propter duritiam cordis eorum, talia non excuſant a peccato. quia non uidentur conceſſa niſi ad deuitandum maius malum, ſicut etiam dictum eſt c. præced.* Non trades fratri tuo ad vſuram, ſed alieno, *tradere tamen alieno nunquā fuit licitum, ut omnes doctores catholici dicunt: & etiam Philoſo. dicit, quod eſt contra naturā 5.* Ethic. *& ideo dicendum, quod nunquam tale repudium fuit licitum, quia fuit conceſſum, vel potius permiſſum ad euitandum maius malum, ſ. vxoricidium, & hoc non fuit licitum, ſicut permiſſio fornicationis. ad euitandum adulterium non facit eam licitam.*

An repudium licitum.

Philoſo. Quædam permiſſa ſed non licita.

*Ad primum dicendum, quod non eſt ſimile, quia unitas uxoris in vet. le fuit intermiſſa propter maius bonum, ſ. propter multiplicationē prolis ad cultum diuinum, quæ tunc multiplicandæ erat per generationem carnalem, & talis intermiſſio eſt ſancta & licita, ſed permittere malum aliquod propter maius malum euitandum, non facit illud licitum, ut dictum eſt.*

*Ad ſecundum dicendum, quod aliquid eſt illicitum, quod tamen lege permittitur, oſtenditur dupliciter. Vno modo per prophetam a ſpiritu ſancto loquentem, & hoc modo vſuram eſſe illicitam etiam cum extraneo Dauid propheta oſtendit dicens.* Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. *ſequitur.* Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. *abſolute loquendo, & nullum excipiendo. quia infinita iuris æquipollet uniuerſali; vnde in libro Machtoc qui apud Iudæos eſt authenticus, ubi exponitur Pſalmus prædictus ſuper illud uerbum.* Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. *dicit glo. etiam Gentili. Alio modo oſtenditur illicitum per communem obſeruationem bonorum, quia conſuetudo eſt optima interpres legis, & dicitur conſuetudo bonus vſus, non aūt abuſus, & ſic oſtenſum eſt repudium illicitum: quia nullus eorum qui commendantur in ſcriptura, legitur hoc feciſſe, niſi de mandato uel inſtinctu diuino: ſicut de mādato Dei Abraham emiſit, Agar, quia Deus poteſt matrimonia coniungere & diſſoluere, prout ſibi placet.*

Pſal. 14. a.

*Ad tertium dicendum, quod contractus ſecundarum nuptiarum improprie uel large vocatur permiſſio, in quantum conſilium quod datur de minori bono, timore ne maius bonum male conſeruetur, uocatur permiſſio, & ſic Apoſtolus conſuluit vel permittit large loquendo iuniores uiduas nubere 1. Tim. 5. & hoc eſt reſpectu liciti, non ſic autem permiſſio minoris mali ad vitandum maius, ut dictum eſt.*

Secundæ nuptiæ.

2 Cum ac. *Hic agitur de viri & uxoris cohabitatione in nouitate matrimonij contracti. quia tunc permittebantur ſimul cohabitare & lętari, vt amor ad inuicem magis firmaretur, ideo dicitur.*

3 Non procedet. *cuius cauſa ſuperius eſt expreſſa 20. c.*

4 Nec ei. *Dicit Ra. Sa. quod hoc eſt intelligendū tantum de pertinentibus ad bellum, unde in Hebræo habetur.* Nec imponetur ei aliud, *ſc. de pertinentibus ad bellum, ita quod refertur ad literā immediate præcedentem, quia ſicut non debebat bellare, ut dictum eſt ſupra 20. cap. ſic nec victualia portare exercitui, uel uias præparaſſe, ut exercitus poſſet tranſire, vel alia ad bellum pertinentia. Illis autem qui plantauerant uineas de nouo, & domos ædificauerant, & uxores deſponſauerant, ſed nondum acceperant, iſta bene iniungebantur, licet eis de congreſſu belli parceretur.*

5 Nō accipies. *Hic conſequenter agitur de neceſſaria ſupellectili in domeſtica vita ſeu habitatione. Non enim poſſunt habitare in domo vir & vxor abſque ſupellectili ad cibum pręparandum, & ideo hic prohibetur ne creditor accipiat talia pro pignore, cum dicitur.* Non accipies in loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molam: *quia utraque eſt neceſſaria ad terendum bladum, vnde fit panis, uel alia ad uitam neceſſaria, & idem intelligendum eſt de alijs utenſilibus neceſſarijs ad præparandum cibum, ut dicit Rab. Sa. licet iſtud ſolum ponatur pro exemplo.*

✠ 1 Si

## MORALITER.

✠ 5 *Non accipies loco pignoris. &c.* ſuperior mola ſpem vitæ celeſtis ſignificat, quæ eleuat ad ſuperiora: inferior autem ſignificat timorem, qui deprimit conſcientiam. Confeſſor igit uel doctor qui a peccatore pœnitente pignus accipit, pro peccati ſatiſfactione molam accipit ſuperiorem, quando per increpationem nimis duram facit eum labi in deſperationem, ſicut fecit ſenex de quo ſupra dictum eſt c. 21. Accipit autem molā inferiorem, quando per magnitudinem diuinæ miſericordiæ aufert ei peccandi timorem, & utrumque mortem inducit ſpiritualem.

a poſuit tibi. Si deprehenſus fuerit, homo[a] † ſollicitans fratrem 1
a ¶ Cum peccamus, diabolo venundamur. b ¶ Intentionis ſuæ finem. c ¶ Spiritualiter.
ſuum de filiis Iſrael, & vendito eo acceperit pretium, interfi- 2
c ¶ Excommunicabitur. a ¶ Ab hæreticis, quorum vt ſermo cancer ſerpit. Tim. 2. c.
b cietur: & auferes malum de medio tui. Obſerua diligenter ne 3 4
a ¶ Peccati vel erroris. b ¶ Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: quæ dicunt uobis facite. Mat. 23. c ¶ Contra peccatum uel hereſim.
c incurras plagam lepræ ſed facies quæcunque docuerint te ſa- 5 6
a ¶ Apparet omnem ſacerdotem, Leuitam fuiſſe, quamuis non omnis Leuita ſacerdos fuerit. ¶ Non quod addunt uel fingunt.
cerdotes Leuitici generis, iuxta id quod præcepi eis, & imple
¶ Vt caueatis. a ¶ Id eſt ſynagogæ murmuranti contra Aethiopiſſam id eſt eccleſiam.
d ſollicite. Mementote quæ fecerit dominus deus veſter Mariæ 7
a ¶ Prohibet uiolentiam & commendat miſericordiam.
e in via, cùm egrederemini de Ægypto. Cùm * repetes a pro- 8
¶ Ne perturbes.
ximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris do- 9
mum eius vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi profe- 10
ret † quod habuerit. Sin autem pauper eſt, non pernoctabit 11
apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei † ante ſolis occaſum, vt
dormiens in veſtimento ſuo benedicat tibi, & habeas iuſti-
a ¶ Secundum hiſtoriam, affectus miſericordiæ & æquitatis opera erga pauperes commendat.
f tiam coram domino deo tuo. † Non † negabis mercedem 12
a ¶ Prædicatoris, cui ſacculus & pera interdicitur. ¶ Qui eſt pauper ſpiritu. b ¶ Aduena ego ſum in terra, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Pſ. 38. c.
indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ, qui tecum mo-

[illegible] non timeat, [illegible] cui non confidit.

A a Si deprehenſus. ✱ PROCOPIVS. [illegible] deprehenſus fuerit ho [illegible]. Eodem ſane modo hæ[illegible] recte [illegible] capientibus viam faciunt, & mentes [illegible] opinione rapiunt, condignā a iudice ſubirent mortē. Vnde [illegible] eundem hu[illegible] hominibus Paulus dicit, non quo [illegible] eos ſiriter, verū quod oui cum lupo nūquā cōuenire poſſe nouit. Quid enim conſortij fideli cum infideli.

Queſt. 28. Quid ſit auferre malum.

b *Auferes.* AVGVSTIN. Aſſidue hoc ſcriptura dicit, cum malos iubet occidi, ſicut ibi: *Auferte malum ex uobiſmetipſis.* i. malignū, ſecūdū Græcū maſculino genere nō hoc malū, eum.ſ. qui tale aliquid cōmiſit, vt excōmunicatione dignus ſit. Hoc enim nunc agit in eccleſia excommunicatio, qđ tunc interfectio. Quāuis illud apoſtolicum aliter intelligi poſſit, vt vnuſquiſq; malum vel malignū ex ſeipſo auferat, q ſenſus acceptabilior eſſet, ſi hoc malum vel hoc malignum, nō hunc malignum ſcriptum eſſet, nunc vero credibilius eſt de homine dictum quā de vitio, quāq; elegāter poſſet intelligi homo auferre a ſe malum hominem, ſicut dictum eſt: *Exuite vos veterem hominem.* quod exponens ait. *Qui furabatur iam non furetur.*

B

† pignus.

Colo. 3. b. Ephe. 4. f.

C

2. Pa. 28. d.

c *Plagam leg* Nota, propter peccatum hanc infirmitatem hominibus accidere, ſicut Oziæ qui ſacerdotium vſurpauit.

Quæſt. 29.

d *Mementote quæ fecerit.* ✱ THEODORETVS. Denuo ferens legem

D

legē de lepra, meminit Mariæ dicens: Memineris, &c. Innuēs fuiſſe plagam a Deo miſſam, quam peccātibus ipſis infligebat Deus, & rurſum pœnitentiam agentibus ceſſare faciebat.

✱ PROCOPIVS. Mementote. Si enim illa cum mihi rebellaſſet, in conſpectu omniū eſt notata, & extra caſtra eſt eiecta, quanto magis vobis ſi legiſlatorem etiam poſt exemplum illud contempſeritis, idem accidet.

† furans

Queſt. 4. Egenti pignus reſtituendum

e *Cum repet.* AVGVSTINVS. Ad opus miſericordiæ pertinet vt pignorator in domū non intret, ne fiat perturbatio debitori, ſed & debitorem admonet pignus foras proferre creditori. Sed mouet, qđ iubet egēti pignus eodem die reſtitui, quia non habet vbi dormiat, cur non potius creditori præcipit, vt non auferat pignus, quod eodem die reſtituendum eſt: Quod ſi ad compellendum debitorē fieri voluit, quomodo ſe vrgebit ad ſoluendū, cum ſciat ſe pignus eodem die receptum Aut forte propter memoriam fieri hoc voluit, ne obliuiſcatur reddere? & tunc non reddat, ſi vere non habuit. Maxime quia creditoris miſericordia vincitur, cui non debet eſſe ingratus, ſi pignus receperit in quo dormiat. Creditor quoque cū non reddiderit, debet eum credere non habere, quia hac etiam indiget miſericordia vt pignus ſibi reſtituatur, non habens vbi dormiat.

E

* mutuus fuerit proximo tuo aliquid

† occidet ſol.

† Leu. 19. Tobię 4.

† uum in res meu natio in gentis.

f *Non neg. Qui euangelium annuntiat, de euangelio viuat. Dignus eſt enim operarius mercede ſua.*

Cor. 9. c. Luc. 10. b

F

☞ a Non

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Si deprehen. fuerit. *Poſtquam actum eſt de legalitate ſeruanda in operationibus, hic conſequenter agitur de eius obſeruatione in punitionibus: & hoc in duob. grauibus caſibus. & primo deſcribitur punitio ab homine inferenda, ſecūdo punitio a deo timenda, ibi.* Obſerua diligenter. *Circa primum ſciendum, quod homo inter creaturas inferiores eſt nobilior, quia ad imaginē Dei factus eſt & ideo pro furto hominis imponitur maior pœna. ſ. pœna mortis, & hoc eſt quod dicitur:* Si deprehen. *i. conuictus in iudicio.*

2 Sollicitans fratrem. *i. ſollicite inſidians, ut eum poſſit furari.*

3 Et vendito. *Ex quo patet, qđ ſi deprehenderetur fur antequam hominem furto ſublatum vendidiſſet, non puniebatur pœna mortis, ſed alia minori ſecundum arbitrium iudicis, ſicut Exod. 22. dicitur, de illo qui furatus fuerat ouē uel bouē & occiderat uel vendiderat, quod debebat reddere quatuor oues pro vna, & quinq; boues pro vno. Si autem inueniebatur animal viuens apud eum antequam vendidiſſet vel occidiſſet, non reſtituebat niſi duplum ſicut & de alijs rebus.*

4 Et auferes ma. *ſcilicet malum culpæ per bonum iuſtitiæ.*

5 Obſerua diligent. *Hic deſcribitur punitio a deo timenda pro peccato rebellionis ad ſuperiores, & maxime ſacerdotes, pro qua a deo inflicta eſt aliquando plaga lepræ, vt patet in Ozia rege Iuda, 2. Paral. 26. & hoc eſt quod dicitur hic.* Obſerua diligenter, ne incurras pla. *propter rebellionem ad ſuperiores, & ideo ſubditur.*

6 Sed facies, &c. *In Hebræo habetur.* Obſeruetis in plaga lepræ. *quod exponit Rab. Sa. dicens. Caue ne celes plagam lepræ in te, vel in alio. Sed facies quæcunque docuerint te, & cætera, id eſt ſi dixerint, te uel alium eijciendum de caſtris ſicut leproſum, vel recludendum ad diligentius conſiderandum, uel iudicauerit immundum, obedias eis, prima tamē expoſitio uidetur magis concordare literæ ſequent.*

7 Mementote quę. *quam percuſſit plaga lepræ propter eius rebellionem contra Moyſen, vt habetur Nume. 12. acſi dicatur, memores debetis eſſe huius facti, ne propter peccatum rebellionis plaga lepræ inferatur vobis, quia in hoc dominus non pepercit Mariæ, licet eſſet ſancta & prophetiſſa, ut habetur Exo. 15.*

8 Cum reperes. *Poſt ordinationem rationalis in legalitate ad omnes, hic ordinatur in pietate ad pauperes, & primo in pignoribus accipiendis ſecundo in mercedibus reddendis, ibi.* Nō negabis mercedem. *tertio in iudiciis non peruertendis, ibi.* Non occidetur, *quarto in eleemoſynis faciēdis, ibi.* Quādo meſſueris ſegetem. *Circa primum dicitur.* Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, *& non poteſt ſoluere propter quod vis habere pignus.*

9 Non ingredieris domum eius, vt pignus auferas. *quia poſſes ibi uidere aliquid de quo verecundaretur.*

10 Sed ſtabis foris, *pignus curialiter accipiendo.*

11 Sin autem pauper eſt, nō pernoct. *ſi eſt veſtimentum neceſſarium de nocte, ſed in mane iterum poteſt accipi, & ita intelligendum eſt de veſtimento neceſſario de die, quod debet reddi in mane, & poteſt reaccipi in veſpere, ſicut dictum fuit. Exo. 23.*

12 Non nega. *Hic conſequenter agitur de pietate ad pauperes in mercedibus laboris ſui reddendis. quia communiter ſunt ita pauperes, quod non poſſunt commode ſolutionem expectare, & hoc eſt quod ſubditur.*

✱ 1 Et

MORALITER.

✱ 1 *Si deprehenſus fuerit homo. &c.* per hoc ſignificatur, quod ille qui hominem diabolo vendit per inductionem ad peccatum mortale incurrit pœnam gehennæ.

5 *Obſerua diligenter ne incur. &c.* per quam hæreſis ſignificatur ut dictum eſt ſupra lib. Numerorum. incurrit autē per malam doctrinam infidelium vel hæreticorum: ideo ſubditur:

6 *Sed facies quæcunque, &c.* i. boni & ſani doctores.

12 *Non negabis mercedem* in. i. victum pauperis prædicatoris de quo dicitur Lu. x. b. *Dignus eſt operarius mercede ſua.*

✱ 3 Non

Queſt. 42. A a Non occi. AVGVSTINVS. Etiam lex dicit ſua quemque culpa interimendum. Quid eſt ergo quod dicitur. *Reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.* An de filiis nondum natis intelligē dum eſt propter originale peccatum quod ex Adam traxit genus humanū? Hic autē de filiis natis facta eſt diſtinctio, vt quiſque moriatur in peccato ſuo. Nihil enim trahit ex patre peccante qui iam natus eſt. Sed cum ibi dicitur (his qui oderūt me) manifeſtum

B

eſt illam cōditionem poſſe mutari, ſi filii parētum ſuorum facta nō fuerint imitati. nā & illud ex Adā temporaliter redditur, qa omnes propter hoc moriunt̄, non aūt in æternū eis q fuerint p gratiā regenerati, & in ea vſque in finē perſeuerint. Quāuis merito q̄ratur, ſi reddūtur peccata patrū in filios his qui oderūt Deū, cur in tertiā & quartā generationē, vel p̄termiſſa prima & ſecunda, vel nō ēt in cæteras permanēte impietate, &

C

Quęſtio. Exo. 20.a.

imitationem malorum parentū? An p ſeptenariū vniuerſitatē intelligi voluit? nec poſuit ipſum ſeptenarium dicens: in ſeptimā generationem, ſed cauſā perfectionis eius. Ideo.n. ſeptenarius perfectus dicitur, quia conſtat ex ternario primo, ſi impari toto, & quaternario primo pari toto. Similiter illud intelligendum puto, in tribus & quattuor impietatibus non aduerſabor. vniuerſas enim impietates non tres vel quattuor intelligi voluit.

Septenari9 perfectus.

¶ Exilii. a ¶ Eccleſiam: Diligit dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob. Pſ. 86 a.
b ¶ Expectans. ¶ Seminauimus vobis ſpiritualia, non magnum eſt ſi veſtra carnalia me.1. Corin. 9. b.

ratur in terra, & intra portas tuas eſt, ſed eadem die reddes ei
a ¶ Laborantem agricolam oportet primum accipere de fructibus. b ¶ Finem mundi.
¶ In hoc mundo.
pretium laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex 1
a ¶ Viquequo præmia æterna ſuſcipiat. b ¶ Re ſi non voce.
eo ſuſtentat animam ſuam, ne clamet contra te ad domi- 2
a num, & reputetur tibi in peccatum. † Non occidentur patres 3
a ¶ Filius non portabit iniquitatem patris &c. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ezech. 18.a.
pro filiis, nec filii pro patribus, ſed vnuſquiſq. p peccato ſuo

E

✲ PROCOPIVS. Non intellecto hoc quod in Exodo ſcriptum eſt. Parentum peccata ſuper liberos Deum iniuſtitiæ inſimularūt. Quapropter expoſitionē inſup addidit. Illi quoq; qui a Nabuchodonoſor in captiuitate detinebātur, ac ſi nulla eius hic mentio eſſet facta, denuo clamitabant, Patres noſtri māducauerunt omphacem, & dentes liberorum obſtupuerūt: Quare iterum p Ezechielem expoſuit: Anima quæ peccat, morietur.

Ieremi. 31. b.

a Non

F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et ex eo ſuſtentat. *id eſt vitam*

2 Ne cla. contra te ad do. *quia talis clamor auditur a domino, ſecūdum quod dicitur Iac. 5. a.* Ecce merces operariorum veſtrorum q meſſuerunt regiones veſtras, q̄ fraudata eſt a vobis, clamat, & clamor eorū in aures domini ſabaoth introiuit. *In dilatione autem ſolutionis defraudatur pauper quantum ad hoc, quod non habet ad neceſſitatem ſuam.*

3 Non occi. *Hic conſequenter ordinatur rationalis in pietate, quantum ad iudicia non peruertenda. Et primo inducit ad hoc generaliter, ſecūdo ſpecialiter in iudiciis pauperum ibi.* Non peruertes iudiciū. *Circa primum dicitur.* Non occi. *Sed contrarium huius videtur haberi Exo. 20. a.* Viſitans iniquitatem patrum in filios, &c. *Ideo ad concordiam huius dicunt aliqui, quod quadruplex eſt mors, corporalis, ſpiritualis, temporalis, & æterna. Dicunt igitur, quod morte ſpirituali & æterna non punitur pater pro filio, nec econuerſo, ſecundum quod dicitur Ezech 18. c.* Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater, &c. *Morte vero corporali & temporali interficitur aliquando filius pro peccato patris, & econuerſo. Sed licet iſtud dictum ſit verum, non tamen videtur valere ad propoſitum, quia lex iſta eſt ad informationem iudicum temporalium, ad quos non ſpectet imponere pœnam ſpiritualem vel & ideo pro nihilo duceretur eis.* Non occidentur patres pro filiis, &c. *Ideo alij dicunt, quod iudicibus temporalibus nullo modo eſt licitum interficere filios pro peccatis parentum, vt hic dicitur* Non occidentur, &c. *niſi eſſent participes criminis, & tūc nō interficerentur & tantum pro peccato alterius, ſed pro ſuo, ſed Deus qui eſt auctor vitæ & mortis, & eſt quilibet quantumcunque iuſtus mortis debitor, poteſt interficere filios pro peccatis parentum, & econuerſo, & hoc fit ab ipſo immediate, ſicut in diluuio pro peccatis parentum ſubmerſi ſunt paruuli, qui adhuc non poterāt eſſe participes in peccatis parētū, vt pote rationis vſum non habentes, uel mediantibus angelis ſanctis, ſicut in ſubmerſione Sodomorum interfecti ſunt paruuli cum parentibus vel mediantib. angelis malis, quib. aliquando vtitur Deus ad executionem ſuæ iuſtitiæ, ſicut pro peccato Aegyptiorum primogeniti fuerunt interfecti, quantumcunque paruuli. vel mediantib. hominib. ſicut de mandato domini filij Iſrael interfecerunt habitatores terrę Chanaan cum vxorib. & filijs quantumcunq; paruulis, ſed abſque ſpeciali mādato Dei non poſſunt innocentes interfici. & ſecundum hoc currit prohibitio iſta:* Non occidentur, &c. *Sed hoc non videtur ſufficere, quia in ſacra ſcriptura inueniuntur filij quantumcunque paruuli & innocentes pro peccatis parentum interfecti, nec habetur expreſſe quod hoc fuerit de ſpeciali mandato Dei, ſicut habetur Ioſue 7. quod Achan cum filijs & filiab. interfectus fuit, nec tamen inuenitur quod fuiſſet conſcij de furto patris nec quod dominus præceperit eos cum parte lapidari Iud. 22. decem tribus pugnantes contra tribum Beniamin, interfecerunt mulieres & paruulos pro peccato parentum, aliter nō fuiſſent ſolliciti reparare tribum illam per alias mulieres dandas fugitiuis de prælio, quia potuiſſent rehabuiſſe ſuas vxores potuiſſet etiam reparari illa trib. per filios ſi remāſiſſent, nec tamen inuenitur quod dominus præceperit paruulos interfici. Item ibidem capitulo 21. dicitur. quod vndecim tribus prædictæ miſerūt viros ad interficiendum viros Iabes Galaad cum mulieribus & paruulis, exceptis mulieribus quæ viros non cognouerant. Nec legitur quod dominus hoc præceperit, nec ſcriptura factum eorum reprehendit. Item ſecundum iura ciuilia non reprobata aliquando pro crimine læſæ maieſtatis interficiuntur ſubditi pro peccatis dominorum, & filij pro peccatis parentum. propter quod videtur quod in aliquibus caſibus poſſunt filij etiam innocentes pro peccatis parentum interfici, etiam abſque ſpeciali mandato Dei. Et ideo dicunt alij, quod occiſio poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo vt eſt pęna tantum, & ſic habet rationem mali, cū ſit priuatio boni ſcilicet vitæ, quod eſt maximū bonum inter corporalia: & ſic nullus occiditur iuſte pro peccato alterius, quia peccatum eſt quid perſonale, pœna autem vt habet rationem pœnæ, præciſe reſpicit tantū culpam vel peccatum, & ideo non transfertur ad aliam perſonam, ſicut nec culpa actualis, de qua eſt ſermo. Alio modo conſideratur occiſio, inquantum eſt quædam medicina, quia morte aliquorum multi deterrentur, & a peccatis cohibentur, & ſic non habet rationem mali ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid: Sicut & potio amara inquantum inducit ſanitatem, vel abſciſio membri putridi vt ſaluetur corpus, non habet rationem mali niſi ſecundum quid, ſed habet rationem boni ſimpliciter. Vlterius dicunt, & verum eſt, quod bona exteriora ordinantur ad vitam corporalem, & vita corporalis ad ſalutem animæ & ad Dei gloriam, & bonum particulare ad bonum commune. Ex quo concludūt quod ſicut rationabiliter ordinatur detrimentum in rebus exterioribus ad ſalutem corporalis vitæ ut patet in eo qui proijcit merces in mari, vt per hoc poſſit in vita ſaluari, ita rationabiliter ordinatur detrimentum vitæ corporalis ad ſalutem animę & gloriam Dei, detrimentum boni paraticularis ad bonum commune, & ideo quando occurrit caſus, in quo propter peccatum alicuius occiſio ipſius & etiam aliorum, licet ſint innocentes, cedit ad ſalutem animarum, & ad commune bonum, poteſt rationabiliter ordinari per iudicium humanum, vt ſi per deſtructionem vnius domus melioretur tota ciuitas, & per deſtructionem vnius ciuitatis melioretur totum regnum, vtpote quando propter enormitatem criminis cedentis in detrimentum ſalutis animarum, uel honoris diuini, uel communis boni, infligitur pęna ſic dura paucis reſpectiue, & multi per hoc terrentur, & ab enormib. per quæ poſſet tranquillitas ciuitatis uel regni perturbari, arcentur, & ſic bonum cōmune per detrimentum boni particularis conſeruatur, talis tamen occiſio innocentum inquantum eſt pœna, refertur ad peccantes qui in hoc puniuntur, inquantum filij ſui uel amici ſeu ſubditi occiduntur, inquantum tamen eſt medicina refertur ad illos qui occiduntur, quia ualet eis ad ſalutem animæ, ſi patienter ſuſtineant ordinem iuſtitiæ propter bonum commune. Eſt etiam medicina reſpectu aliorum qui per hoc deterrentur, & a malis coercentur, ut prædictum eſt. Sic igitur ſecundum iſtam uiam quod dicitur hic.* Non occidetur, &c. *intelligendum eſt inquantum occiſio habet rationē pęne, non autem inquantū habet rationem medicinæ modo prædicto. Sed quoniam occiſio innocentis eſt directe contra præceptū decalogi, quo dicitur:* Non occides, *ſicut dictum fuit Exo. 20. quod quidem præceptum indiſpenſabile ſalutem per hominem. ideo difficile uidetur qualiter innocens poſſit per hominem ad mortem condemnari,*

Diuiſio.

✲ cuiuſcunque

MORALITER.

✲ 3 *Non occidentur pa pro filijs.* quod intelligitur de morte ſpirituali, & æterna.

a *Non per.* AVGVST. LXX. Non declinabis iudicium aduenæ & orphani & viduę. Non pignorabis veſtimētum viduę. Cur non ait & non pignorabis veſtimentum eorū? Quę cauſa eſt vt triū iudiciū declinare vetuerit, pignus veſtimentum ſoli viduę auferri, niſi quia iudicia omnium facienda, q nō habēt a quibus defendātur. Viduas vero admonet veras eſſe q̄ pauperes ſunt. vnde: *Si qua vidua filios vel nepotes habet, diſcat prius domum ſuā pie tractare, &c.* & cōtinuo ſubiunxit. *Quæ autem vere vidua eſt & deſolata, ſperet in domino, &c.* Hāc veram viduam dixit, quæ non habet a quibus ſuſtentetur, quæ & viro & poſteris & omni ope deſtituta eſt, diuitē qppe non diceret deſolatam. Eo ipſo quoque quod veſtimētū prohibet auferre, pauperem oſtendit. Creditor namque libētius auferret argētū quā veſtimentum. Si autem multa habet & ſuperflua, quomodo eſt vere vidua; vera enim vidua deſolata eſt, nec delitioſa. Quæcunque autem diuites nubere nolunt, continentia in eis laudatur, non deſolatio commendatur,

b *Viduæ.* Vidua anima ante diabolo iuncta, cui conuerſæ fidei veſtimentum non eſt auferendum.

(Margin: uęſ. 43. — A — 1.Timo.5. — B — C)

a ¶ Qui non poteſt ſe defendere in aliena terra. b ¶ Qui parentib. caret.
a moriētur. Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli. Nec 1
a ¶ Quæ marito caret, imo pauper & omnino deſolata quæ eſt vera vidua anima.
b auferes pignoris loco viduæ veſtimentum. Memento, quod 2
¶ Mundo. ¶ In ſanguine filii. ¶ De poteſtate tenebrarum.
c ſeruieris in Æegypto, & eruerit te dominus Deus tuus inde. 3
¶ Ne ſis ingratus ſ. a ¶ Miſericordiam commendat.
d Idcirco præcipio tibi, vt facias hanc rem. † Quando meſſueris 4
¶ Meditando legem. ¶ Spiritualem ſenſum. ¶ Non valens intelligere.
ſegetem in agro tuo, oblitus manipulum reliqueris, non re-
a ¶ Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum Epheſ. 2. d.
e uerteris, vt tollas eum, ſed aduenam & pupillum & viduam
a ¶ Quæ neglexiſti. b ¶ Multiplicet te & tua.
auferre patieris, vt benedicat tibi dominus Deus tuus in o-
¶ Qui non laborat, non manducet. ¶ Scripturarum.
f mni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris oliuarum,
quicquid remanſerit in arboribus non reuerteris vt colligas,
¶ Vt ſupra.
ſed relinques aduenæ, pupillo ac viduæ. Si vindemiaueris
¶ Sub qua requieſcit ſanctus. a ¶ Sententias ſpirituales.
g vineam tuam non colliges remanentes racemos, ſed cedent
a ¶ Qui reliquerint diabolum patrem malorum. b ¶ Quæ fugit diaboli matrimonium.
in vſus aduenæ, pupilli ac viduæ. Memento, quod & tu ſer-
a ¶ Venundatus ſub peccato.
uieris in Ægypto, & idcirco pręcipio tibi, vt facias hanc
rem.

c *Memento quod.* ✠ PROCOPIVS. In lætitia.n. tutū eſt exactorum meminiſſe laborum. Viciſſim.n. dierū genialium ſpatiū non ſinit obliuiſci malorum in egeſtate antelatorum.

d *Quando meſſuerit, &c.* ✠ RVPERTVS. Spiritualiter, meſſes ſegetum, fruges oliuarum, racemi vinearum noſtrarum, iuſtitiæ noſtræ ſunt, quæ abſque reſiduo colligimus, quando ita cauemus iuſtitiā noſtrā facere coram hominibus, vt a nullo videamur. Verum ſi tātopere ſemper timeamus ſpectatorē, nūquam habebimus imitatorem. Aduena pupillus & vidua, qui nō ſeminauerunt, qa oliuas & vineas non plantauerunt, pauperes ſunt eccleſiæ, qui fidem quidem habēt ſed nondū fidei congrua opera iuſtitię fecerunt,

e *Non reuerte.* Inuidēdo gentibus qui ſunt aduenę teſtamentorum Dei.

f *Si fruges col.* Et ſi ſuperbi colligant & improbi, ille miſericordiam facit qui hoc animo dimittit, vt egentes habeant. Præterea cum hæc populo præcipiuntur, qui non indigēt, admonenē ne iſta quærant. Si autem quęſierunt, tāquam pędones pauperum iudicandi ſunt.

g *Vineā tuam.* Vineā de qua colligit vinū, q lętificat cor hoīs.

(Margin: D — Lib. 1. in Deutero. c. 33. — † Leui. 5. & 23. d — E — Pſ. 103. — F)

c Memen-

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *cuiuſcunq; etiam ſit auctoritatis, ſed auctoritate Dei & mandato poteſt hoc fieri, quia nullus in præſenti vita quantum ad hoc eſt ei innocēs ſed omnes ſunt debitores mortis, ideo poteſt hoc debitum quando & quo modo vult, exigere. Ideo qui vult tenere opinionem aliam, quæ mitior videtur, poteſt facile reſpondere ad ſcripturas inductas pro alia opinione licet.n. non habeatur expreſſe de textu, quod dominus præceperit filios Achan cum ipſo interfici, tamen credendum eſt, quod Ioſue in quo erat ſpiritusſanctus, nihil fecit in hoc, niſi de mandato domini. poteſt etiā hoc haberi ex textu aliquo modo vbi dicitur a domino.* Non poteris ſtare coram hoſtib. tuis donec deleatur ex te, qui cōtaminatus eſt hoc ſcelere. *Deletio autem hominis importat mortem eius cū ſua poſteritate, quia quamdiu viuunt filij, remanet in eis pater defunctus quodammodo, vt habetur 2. de Anima. Et Eccl. 30. a dicitur* Mortuus eſt pater eius: & quaſi non eſt mortuus: reliquit.n. filium ſimilem ſibi. *Similiter dicendum de interfectione paruulorum Beniamin, quia cum a decem tribub. quæreretur conſilium domini, reſpondit* Aſcēdite: cras.n. tradam eos in manus veſtras, *Iudi. 20. d. Et ideo cū pceſſerunt ad bellum de conſilio & mandato domini, non eſt veriſimile quod exceſſerint conſilium & mandatum eius, & quod dominus mandauerit omnes interfici cuiuſcunque ætatis, licet non ſit ſcriptū, quia non omnia quæ Deus dixit, fuerunt ſcripta. Et eodem modo dicendum eſt, de interfectione paruulorum in Iabes Galad. Ad illud quod inducitur de iure ciuili, poteſt dici, quod leges humanæ multa permittunt & etiā ſtatuunt, quæ per diuinum iudicium ſunt punienda, quia ratio humana non eſt infallibilis regula, ſed aliquando deficit deducendo concluſiones ex principijs operabilium leges autem humanæ ſunt tales concluſiones prout a Principibus ſunt conſtitutę, licet ſecundum veritatē non habeat rationem legis quando deuiant a veritate. Ad rationem autem alterius opinionis poteſt dici, quod propinare talem medicinam quæ eſt per mortem innocentis, nō pertinet niſi ad ſupremum medicum, qui eſt dominus vitæ & mortis.*

1 Non per. *Hic ordinatur rationalis quantum ad pietatem in iudicijs magis in particulari, videlicet vt non peruertatur iudicium aduenæ, & pupilli. quia in hoc committitur duplex peccatum, ſ. iuſtitiæ ſubuerſio, et pauperum depreſſio, & quia pupillus & vidua frequenter ſimul iungūtur in ſacra ſcriptura, ideo conſequenter agitur de pietate ad viduam, cum dicitur.*

2 Nec auferes pignoris, &c. *Dictum eſt enim ſupra quod veſtimentum neceſſarium de die non erat retinēdum de die ab ipſo creditore, ſed ſolum per noctem, nec veſtimentum neceſſarium de nocte debebat retineri per noctem, ſed ſolum in die, viduæ autem pro illo tempore habebāt veſtimenta diſtincta per quæ diſtinguebantur ab alijs mulierib. & ideo tale veſtimentum pauperib. viduis erat neceſſarium de die ad incedēdū & de nocte ad ſe cooperiendū. & ideo rationabiliter præcipitur, quod nō accipiatur loco pignoris, quod nō debebat retineri a creditore, nec de die nec de nocte.* (Margin: Pign.)

3 Memento quod ſeruieris in Aegypto, & eruerit te domi. &c. *quaſi dicat. Ex hoc tu debes ſcire te eſſe obligatum ad obediendum mandatis meis.*

4 Quādo meſſueris ſegetem in agro tuo, &c. *Hic ordinatur rationalis in pietate erga pauperes in eleemoſynis conferēdis, quibus titulo eleemoſynæ de fructib. colligendis erat pars aliqua relinquēda, & patet litera.*

✠ CAP.

*MORALITER.*

✠ 4 *Quādo meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum, &c.* Per hoc autem quod manipulus oblitus prohibetur a mente colligi, ſignificatur quod pręcedens doctor vel paſtor non debeat tribuere ſibi meritum ſequentis. Verbi gratia, dicendo quod ſequēs nihil addidit ad dicta ſua: aſſerens quod in dictis ſuis, quicquid boni ſequens dixerat, realiter vel virtualiter cōtinebatur. Et ſi hoc factum fuerit in doctrina iuris, poteſt dici manipulus, ſi autem in opere pietatis, oliuę fructus, & ſi in expoſitione diuinæ legis, racemus.

MORA-

*ADDITIO. I*

In *c. 24. vbi dicitur in poſtilla. Circa primūm ſciendum, quod in veteri lege, &c.*

*Sententia ſaluatoris de cauſa legitima repudij eſt veriſſima, prout litera teſtatur.* Nam *vbi nos habemus.* Propter aliquam fœditatem. *in Hebræo habetur.* propter aliquā turpitudinem. *Quæ quidem dictio ſub eadē forma ponitur ſupra* Leu. 18. *vbi de adulterinis & inceſtuoſis coitibus agitur.* Ex *quo patet q nullo modo licebat repudiare vxorē,*

niſi

A *niſi propter huiuſmodi turpitudinem: quæ fornicationem includit. Thalmudici uero, qui Phariſaicam doctrinam ſectantes ſæpe irritabant mandata Dei propter traditiones ſuas, vt* Matt.15. *In tantum deuiauerunt a ueritate in hoc loco, quod ſecundum eorum communem falſam doctrinam, pro ſolo libito voluntatis vir poſſet repudiare vxorem, & ſic inoleuit vſus vel potius abuſus pernicioſus vſque ad hodiernum diem inter eos, quod conſtat manifeſtè eſſe contra diuinam legem. Nec obſtat quod dicitur Malac.ij.d.* Si odio habueris eam, dimitte eam. *Nam hoc eſt intelligendum de odio cauſato ſecundum formam Moſaicæ legis in præſenti cap. contentam. Ipſe enim Malachias in fine ſuæ prophetiæ concludit:* Mementote legem Moyſi.

ADDITIO. II.

*In eodem cap. 24. ubi dicitur in poſtilla: Ad maiorem intellectum eorum quæ dicta ſunt.*

*Circa q̃onem hic motam per poſtillatorem, ſ.* An repudiatio vxoris *eſſet illicita in veteri lege, ſunt duæ opiniones principales. Quarum illã tenet, quæ communius tenetur, ſ. quod repudium nunquam fuit licitum, ſed permiſſum ad euitandum maius malum, ſ. vxoricidium, quæ quidẽ permiſſio non facit licitũ. ſicut tradere ad uſuram nunquã fuit licitum ẽt alieno cum ſit contra naturã, ſecundum Philoſophum in 5. Ethi.* Licet *fuerit permiſſum ad euitandũ maius malũ, ſ. ne fœnerarẽtur fratribus.*

*Sed eſt alia opinio quam quidã tenent, ſ. quod repudiatio vxoris fuit licita in ue. le. ex permiſſione diuina. Quæ quidẽ opinio ſeda, licet non ſit cõiter tenenda, vt tñ ſaluo ſemper meliori iudicio magis conſona literæ & rationi. Quod patet primo ſic. Nam lex vetus quamuis gratiam nõ conferret, tamen ad hoc data erat, ut peccatum oſtenderet. Vnde apoſtolus ad Ro.7.b.* Peccatum non cognoui, niſi per legem. *Si igitur repudiare vxorẽ ſemper eſſet peccatũ, hoc ſaltẽ eis per legẽ aut prophetas oſtendi debuiſſet. vnde Eſa.58.a.* Annũtia populo meo peccata eorum *Si n. aliqua quæ neceſſaria ſunt in ſalute nunquam eis nuntiata fuiſſent, excuſabiles fuiſſent iuxta illud ſaluatoris Io.15.d.* Si ego non veniſſem & eis locutus non fuiſſem, peccatum non haberent. *Sed conſtat quod repudiationem vxoris fuiſſe peccatum, nunquam eis fuit per legem nec pro prophetas indicatum. igitur, &c.*

*Si aũt contra hoc dicatur quod repudiationem vxoris eſſe illicitã habetur de iure naturali, eo quod inſeparabilitas matrimonij eſt de iure naturæ, prout poſtillator intendit probare ſuper Matt.19.* Et ideo *non fuit opus ut denuntiaretur per legem & prophetas iuxta illud Apoſtoli 1.*

B *Cor.11.c.* Nonne natura docet vos? *Hoc non uidetur ualere. Nam ea quæ ſunt de lege naturæ plenarie traduntur in lege & euangelio. Et ſic exponitur illud quod dicitur in decretis d.1. quod ius naturale eſt quod in lege & in euangelio continetur, prout ſanctus Tho. in prima ſecundæ. q. xciij. ar. 4. in reſponſione ad primum argumentum exponit. Sed repudiationem vxoris eſſe illicitam, non traditur in lege, ſed potius oppoſitũ, vt in præſenti c. Similiter nec in euangelio, ſed potius oppoſitum. nam. Mat.19.h. dicitur.* Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. *Ex quo plane intelligitur a contrario ſenſu, quod qui dimiſerit vxorẽ ſuam ex cauſa fornicationis, & aliam duxerit, non mœchatur.*

*Ex quibus patet, quod inſeparabilitas matrimonij non eſt de iure naturæ in lege & in euangelio contento, de quo tamen ſupra Matt.19. Deo duce amplius videbitur, vbi poſtillator de hoc large tractat. Item illud, quod Deus in lege ſua nõ ſolum expreſsè mandat fieri, ſed etiam dat modum & formam quomodo fieri debeat, non eſt intelligendum cõceſſum fuiſſe per modum permiſſionis alicuius illiciti. Vnde in argumento a ſimili, quod deducit poſtillator de vſura permiſſa alieno,* Deus non dedit *modum & formam, quomodo Hebræus daret pecuniam alieno ad vſuram, ſed ſolũ dixit.* Non trades fratri tuo ad vſuram, ſed alieno. *Sed hic non ſolum Deus mandat ſeu permittit fieri repudium, ſed etiam dat certam formam repudiandi dicens:* Scribet libellum repudij. *Ex quo habetur, quod repudium debet dari in ſcriptis a viro in manu vxoris, & ſequitur:* Dimittat eam de domo ſua. *Ex quo habetur quod de cætero non debet cohabitare cum ea. Talis ergo conceſſio ſimpliciter eſt tenenda eſſe licitum. Deus. n. licet aliqua mala permittat, non tamen dat modum & formam quomodo talia fiant.*

*Item ſi repudium eſſe illicitũ in ue. le. tunc facto repudio in lege contento, adhuc remaneret vinculum matrimonij inter repudiantem & repudiatam. Inconuenienter ergo Deus permitteret quod repudiata poſſet alteri nubere, cum primus ſemper eſſet verus maritus, etiam poſt repudium, quod tamen in litera manifeſtè videtur permitti, vt patet præſens ca. intuenti.*

*Item poſito, quod de dictamine iuris naturalis eſſet inſeparabilitas matrimonij, prout poſtillator præſupponit, licet minus verè, vt patebit in additione ſuper Mat.19. hoc non obſtante repudium eſſet licitum in veteri lege, eo quod fiebat de mandato expreſſo Dei. Deus. n. põt matrimonia coniungere & diſſoluere prout ſibi placet, ſicut ipſemet poſtillator dicit in hac eadem materia in ſolutione ad 2m argumentum, excuſando Abrahã de hoc quod emiſit Agar, eo quod illa emiſſio fuit facta de man*

✻ THEODORETVS. Sunt qui quærant cur ſubiecit eos maledictionib. & benedictionibus. Cum dominus Chriſtus pfectam ſcientiam traderet perfectis pollicitus eſt implentib. iſta regnum cælorū, tranſgreſſoribus aūt gehēnam comminatus eſt. At vero Iudæis humi repēti præditis animo, & terrena ſapiente, terrenas maledictiones et benedictiones indulſit. Qui enim ne conſpicui quidem miraculis credebant, quō ſuſcepiſſent q̄ ſpectant ad vitam futuram. Notandum autem eſt benedicēdi facultatem cōceſſiſſe tribubus ex liberis oriundis, & ibidē vna cum populo tribum ſacerdotalem cōmemoraſſe. Inſup tribum Ioſeph duplicē velut vnicā benedicere iuſſit. Ad maledicendū vero ſerui ſeruos conſtituit, propter numerum tribuum collocauit Ruben & Zabulon, illū, vt qui in ſcelus prolapſus fuerat, hanc velut poſtremum filiorum Liæ. Queſt. 34.

✻ RVP. Chriſti iudicium vltimum hic ſignificatur. *Cum venerit,* inquit, *filius hominis in maieſtate ſua &c.* Iudicium vniuerſale quod illic continuo paſſurus clara luce pronunciat dei filius, ipſum continuo moriturum in vmbra & ſub velamine ſuo prophetat Moyſes dei famulus. *Illuc dextra regis & ſiniſtra,* diuiſis ac ſeparatis ouibus ab hœdis, hic duo colles contra inuicem reſpicientes, Garizim & Hebal quorum Garizim diuiſio interpretatur. Hebal vero deficiens ſiue diſterminans uel vorago vetus interpretatur. Illic ſex opera miſericordiæ dextris ad benedicendū, & ſex impietatis ſiniſtris ad maledicēdū. Hic ſex homina filiorū Iſrael in mōte Garizim itidem ad bñdicen- Vbi ſupra cap. 5. Matt. 25.

F

C A P. X X V I I.

a Illi ſeptuaginta qui electi ſunt a Moyſe domino præcipiente.
P Recepit autem Moyſes & ſeniores populo 1
Iſrael, dicentes: Cuſtodite omne mandatum
quod præcipio vobis hodie. Cumque tran- 2
ſieris Iordanem in terram quam domi-
nus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes
a Sanctos ſcil. prędicatores, qui a Chriſto lapide viuo lapides viui dicuntur.
a lapides, & calce † leuigabis eos, vt poſſis in eis ſcribere omnia 3
verba legis huius Iordane tranſmiſſo, vt introeas terram quam
dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manan-
b tem, ſicut iurauit patribus tuis. Quando ergo tranſie-
Viuos.
ris Iordanem erigite lapides quos ego hodie præcipio vo-
a Qui interpretatur vorago, vetus, & eſt figura legis quæ ſub maledicto erat dicente Moyſe: Maledictus omnis qui non permanſerit in ſermonibus legis huius. b Concordia ſcil. charitatis.
bis in monte Hebal, & leuigabis eos calce, & ædificabis ibi
Vnitatem fidei & ſanctorum.
a Qui immaculati & incorrupti carne & ſpiritu diaboli iacula non ſuſceperunt.
altare domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non teti- 4
git, & de ſaxis + informibus & impolitis, & offeres ſuper
a Altari. b Perfectionem fidei & charitatis. c Virtutes quæ pacem nobis veram acquirunt.
eo holocauſta domino Deo tuo, & immolabis hoſtias pa-
a De fructu virtutum. b Spiritalibus delitijs. c Cui placet tale conuiuium.
cificas: Comedeſq; ibi, & epulaberis coram domino Deo tuo.
a Sanctos qui euangelium ſcriptum in cordibus ſuis habent. b Euangelij. Sine ſcrupulo dubitationis.
Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius plane & lu-
cide. Dixeruntque Moyſes & ſacerdotes Leuitici generis ad
omnem Iſraelem: Attende & audi Iſrael: Hodie factus es po-
pulus domini Dei tui. Audies vocem eius, & facies mandata
atque iuſtitias, quas ego præcipio tibi. *Præcepitque Moyſes
a Quaſi filii ex charitate ſeruientes, & ad benedictionem tendentes. Nobiliores tribus.
populo in die illo dicens: Hi ſtabunt ad benedicendū †dño ſu-

* hodie.

† populo.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVII.

1 PRæcepit autem Moyſes, &c. *Hæc eſt tertia pars principalis huius libri, in qua excitatur populus ad reuerentiam & obſeruationem legis per benedictiones obſeruatoribus conferendas, & maledictiones obſeruatoribus inferendas.* Et primo *ponitur benedictionum & maledictionum inſtitutio, ſecundo earum imprecatio c. xxviij. tertio earum ſuſceptio c. xxix. quartò maledictionum mitigatio xxx. capite. Circa primum præponitur inſtitutioni actus: ſecundo ſubditur pronuntiationis modus ibi: Et pronuntiabunt Leuitæ. Quantum ad proximum deſcribitur tempus cū dicitur.*

2 Cumque tranſieris. *quia ante ingreſſum terræ promiſſionis non debebant iſtæ benedictiones & maledictiones fieri, ſed poſtea, fuerunt factæ, vt habetur Ioſue. viij. Secundo deſcribitur ſolennitatis ritus in decalogi deſcriptione, & altaris ædificatione, & holocauſtorum immolatione.*

3 Vt poſſis. *decem præcepta decalogi, quia omnia alia non poſſent ibi ſcribi.*

4 Aedificabis ibi altare. *Cauſa huius dicta eſt Exo. 20. c. in fine. Tertio tangitur locus cum ſubditur:* Hi ſtabunt ad benedicendū domino ſuper montem Garizim, *cum ſubditur poſt.*

MORATER.

✻ 1 *Præcepit &c. Cuſtodite.* Huius autem præcepti ponitur executio Ioſue viij. & ibidem ponitur ſenſus myſticus dño concedente.

✻ 1 Et

A dicendũ, & ſex nihilominus in monte Hebal ad maledicendũ Sed & ſedes duodecim de quib. alibi, nõ hic omnino tacitæ ſunt. Sequitur.n. & pnũtiabũt Leuitæ, &c. Maledictus, &c.

Qui iuxta montẽ Garizim incedũt electi ad benedicendũ. figurãt eos q nõ metu pœnę, ſed cęleſtis promiſſionis amore

Tropolo. ſuccenſi veniunt ad ſalutẽ. Qui iuxta mõtem Hebal incedũt, in quo maledictiões prolatę ſunt. Hi ſunt qui non amore benedictionũ vel promiſſionũ ſed ſuppliciorũ timore legis pcepta faciũt. Omnes autem circa arcã incedũt, quia ab eccleſiæ ſinu nõ recedũt. Sed nobiliores q ex charitate, quam q pœnę timore ſeruiunt. Solus vero Ieſus põt huiuſmodi mentes cognoſcere, & alios in mõte Garizim ad benedicẽdũ, alios ĩ mõte Hebal ad maledicendum ſtatuere, nõ vt maledictionẽ accipiãt, ſed vt maledictiões ſcriptas & peccatoribus cõſtitutas caueant, & timore ſupplicii pœniteant.

† lxx. fiat vel eſto, ſi ue ita ſit.

b ſup. 19. d

a *Et pronuntiabunt.* Quia ſacerdos verbũ inſtãter et valẽter populis prędicare dẽt vt ſciant, ſi mandata dei pręterierint quę pericula maneant, ſi

a Qui interpretatur diuiſio & ſignificat doctrinam noui teſtamenti.
b Populum ſacramento.

per montem Garizim Iordane tranſmiſſo Simeon, Leui, Iu-

a Qui timore pęnæ & maledictionis futuræ præcepta faciunt.
Ignobiles ſcil. inter quos eſt Ruben quia aſcendit cubile patris ſui. Zabulon vltimus Liæ, & ancillarum filij.

das, Iſſachar, Ioſeph et Beniamin. Et è regione iſti ſtabunt ad 1
maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad, et Azer, Zabu-
a lon, Dan, et Nephtali. Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentque 2

a Tota mentis intentione.

ad omnes viros Iſrael excelſa voce: Maledictus homo qui fa- 3
b cit ſculptile et conflatile, abominationem domini opus ma-

Cordis.

nuum artificum, ponetque illud in abſcondito. Et reſponde-
c bit omnis populus, et dicet, † amen. Maledictus qui non † 4

a Honora patrem tuum & matrem tuam, &c. b Deum, vel prædicatorem.
c Eccleſiam. Carnalem.

honorat patrem ſuum & matrem ſuam: Et dicet omnis popu-

Quia commune præceptum.
a Auaritiam & hæreſim deteſtatur. Statuta patrum transferunt hęretici.

d lus, amen. † Maledictus qui transfert terminos proximi ſui: 5

a A veritate. Falſa ſuggerendo.

Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui errare facit 6

a Qui lumen ſcripturarum non habet.
Simplicem imprudentem. b Scripturarum, quæ ſunt vię ad Deum.

cæcum in itinere. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus

a Iuſte iudicate filij hominum, Pſal. 57. a. b Spiritalis. c Tibi derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor. Pſal. 9. g d Viduam eius benedicens benedicam. Pſal. 130. c.

qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, et viduæ: Et dicet om-
e nis populus, amen. Maledictus qui dormit cum vxore patris †
ſui, et reuelat operimentum lectuli eius: Et dicet omnis
f populus, amen. Maledictus qui dormit cum omni iumen- †

D rialiter ptinẽt ad eos q felicitatẽ terrenã amat, vel infelicitatẽ formidãt. Sed maxime Chriſtianis cauẽdũ, ne per inobedientiã ſpiritualium patiãtur penuriam. Perfectis enim viris terrenorũ ſępe cõtingit indulgẽtia cum ſemper adſit copia. vnde *Vſque in hanc horam eſurimus & ſitimus & nudi ſumus, &c.* 2. Cor.

b *Male.* Nõ ſolũ idololatria ſimulachrorum prohibetur, ſed omnis hæreticorum error. Hi enim artifices vanitatis & ſuperſtitioſi dogmatis, qui de corde ſuo quos volunt fingũt ſibi deos.

c *Omnis populus.* Oẽs debent laudare bona, & deteſtari mala, tam prelati, quam ſubditi.

E d *Maledictus qui tranſ. terminos.* Hic eſt qui non cõtentus fide catholica & ſana doctrina, ſuperſtitiones & ſectas inducit.

† vilip... vel de... cit.

e *Maledictus qui dormit cum.* Omnis inceſtus abominatio eſt, ſed ſpecialiter & hæreticos atq; ſchiſmaticos pcutit, qui ſpõſam Chriſti (q omnium pater & creator eſt) errore corrũpũt. Tropologice vero prohibet, ne quis actionem prauam patris ſui imitãdo diffamet, & ignominiam eius reuelet.

f *Maledictus.* Maledictus eſt qui Gẽtiliũ ſtultitiã ſequitur. Vir aut mulier, nõ p fragilitatẽ, ſed pſeuerãter tali cõmiſtiõe ĩhęrens, reus eſt mortis. F

C obedierint q̃ ſequãtur beneficia, ſ. in preſenti vita ſolatiũ, & ĩ futura premiũ ęternũ. Maledictiões aũt & bñdictiões hiſtorialiter

a *Dor*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et e regione. *Sunt enim duo monticuli propinqui & prope ciuitatem Sichem.*

2 Et pronunt. *Hic cõſequẽter ponitur pronũtiatiõis modus.* Et *primo circa obſeruationẽ & tranſgreſſionem aliquorũ præceptorũ ſpecialiter. Secũdo totius legis generaliter, ibi:* Maledictus. *Circa primũ dicitur:* Et pronunt. *ſ. benedictiones & maledictiones. Sed contra hoc videtur quod iam dictũ eſt, q trib. Leui eſt de ſtãtibus ad benedicẽdũ. Ad quod dicunt aliqui expoſitores, q ſacerdotes &* Leuitæ *primo cum arca aſcendebãt montem Garizim, & pronuntiabant ibi benedictiones, & populus ibi exiſtens per ſingulos reſpondebat amen, & poſt ad maledicendum cum arca aſcendebãt mõtem Hebal, & populus ibi exiſtens reſpõdebat amen. tñ ſupra trib. Leui nominata eſt, cum benedicẽtibus tamen, ad deſignãdũ q ad prælatos & rectores eccleſię per ſe pertinet benedicere. nõ aũt maledicere, niſi per accidens pro peccantiũ contumacia.* Ra. Sa. *dicit q ſex trib. ſtabãt in mõte Garizim, ita quod* Ioſeph *accipiatur hic p duabus tribub. ſ. Ephraim & Manaſſe. Sex autem aliæ ẽrãt in monte Hebal. Sacerdotes aũt & Leuitæ erãt in medio duorũ mõtiũ, & primo uertebant facies ſuas verſus montem Garizim, & pronuntiabant vnã benedictionem per modũ qui poſt dicetur, & omnis populus exiſtẽs in vtroque monte reſpondebat amen. poſtea vertebant facies ſuas ad montem Hebal pronuntiando maledictionẽ oppoſitã, & populus hinc & inde populo reſpondebat, amen. Dicuntur tñ illi, qui erant in monte Garizim ſtare ad benedicendum, eo quod ſacerdotes & Leuitæ pnuntiando benedictiones vertebant facies ſuas & ad illos, & eodem modo dicuntur alij ſtare ad maledicendum. Quòd aũt* Leui *numeratur inter benedicentes tantum, ratio iam dicta eſt. Poteſt etiã dici quod aliqui de tribu Leui erant in monte Garizim, qa non oẽs erant neceſſarij ad pronuntiandum benedictiones, ſed nulli eorum erant in monte Hebal.*

Bñdictiones in mõte Garizi.

3 Maledictus hõ, &c. *Hic non ponitur aliqua benedictio expreſſe, et tamen de ipſis facta eſt ſupra mentio. Ad hoc dicit* Ra. Sa. *quod intelliguntur per maledictiones oppoſitas, ita quod ſacerdotes &* Leuitæ *primo dixerũt:* Benedictus homo qui non facit ſcul. & confla. &c. *& reſponſio à populo, amen, dicebant,* Maledictus homo qui facit ſcul. *& ſic conſequenter de alijs maledictionibus & benedictionibus oppoſitis.*

4 Maledictus qui non. *In Hebræo habetur:* Maledictus qui uilificat patrem. *vilificare enim peius eſt, quam non honorare.*

5 Maledictus. *Per talem tranſlationem furando partem terræ proximi.*

6 Maledictus. *Cæcus vocatur hic non ſolum ille qui priuatus eſt viſu quia tales non incedunt ſine ductore communiter, ſed etiam ille qui ignorat viam per quam debet incedere. Cætera patent.*

✻ 1 Maledi

*MORALITER.*

✻ 5 *Maledictus, &c.* Per iſtũ proximũ ſignificatur Chriſtus, de quo dr̃ Ioã. 1. a. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Igitur transferre terminos huius proximi eſt diſcedere a doctrina euangelii, qd faciunt hęretici & ſchiſmatici propter quod ſunt a domino maledicti.

6 *Maledictus.* GREG. Homi. 36. In pręſenti etenim vita, quaſi in via ſumus, qua ad patriã pergimus. Igitur prælati, curati, & doctores, qui per malam doctrinã ſuã vel vitam ſimplices faciunt peccare, cæcos in itinere faciunt errare. Grego. in paſtoral. Cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt vt ad precipitum grex ſequatur.

† *Maledictus qui dor. cum.* Prælatus, curatus, ſiue predicator cũ vxore patris ſui dormit, quando verbo malo vel facto eccleſiã Chriſti patris ſui ſponſam polluit.

† *Maledictus qui dor. cum omni.* Per iumẽta poſſunt intelligi homines voluptuoſi. Greg. exponens illud Iohel. 1. d. *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo,* dicit, Iumenta in ſtercore ſuo cõputreſcere, eſt in fœtore luxuriæ vitã finire. Igitur moraliter cũ iumento dormit, qui cum luxurioſo in malis actibus ſe coniungit.

✻ *Male-*

a *Dormit.* maculat praue docendo, aut praua exẽpla demonſtrãdo alterius animã. Pater enim noſter vnus eſt deus, & mater eccleſia, nos autem omnes fratres aut ſorores ſumus.

b *Cũ ſocru ſua.* Socrus prauæ actionis cõcupiſcẽtia, quia omnis peccati concupiſcẽtia mater eſt. Diligẽter ergo attẽdamus, vt concupiſcentiæ reſiſtam⁹, nec cupita impleamus.

c *Maledi.* Quocunque mõ hominẽ occidere peccatum eſt. Mirũ ergo vr̃ quare maledictũ tãtum dixit, qui clã percuſſerit. Sed forte clam pcutere eſt corde odiſ ſe. vnde: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* Et alibi: *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.*

1.Ioan.3.c. Leu.19.b.

d *Maledi.* Hæc ſententia generaliter & præterita & preſẽtia & dicenda legis mandata cõplectitur, tãto grauitor quãto generalior. Quis enim poteſt ſine trãſgreſſione in omnibus ſermonib. legis permanere. cum & Paulus dicat: *Quicunq; ex operib. legis ſunt, ſub maledictio ſunt.* Nemo hãc maledictionẽ euadere, potuit, nec legiſlator niſi Chriſtus. vñ: *Chriſtus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictũ, etc.*

D Gal.3.d. Vt ſupra.

a to: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cũ ſorore ſua, filia patris ſui vel matris ſuę? Et dicet omnis populus, amẽ. Maledictus qui dormit cum ſocru ſua: Et dicet omnis populus, amen: Maledictus qui clam percuſſerit proximũ ſuum: Et dicet omnis populus, amẽ. Maledictus qui dormit cum vxore proximi ſui: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui accipit munera vt percutiat animam ſanguinis innocentis: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius nec eos opere perficit: Et dicet omni populus, amen.

(Interlinear: a Oderit. b Quemlibet hominem. a Auaritiam percutit. a Sicut Iudas. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Eſa.33.c. b Vitam temporalem vel animam immortalem. a Perfectè. Mente. b Omnibus. Cuſtodiens. c Non ſufficit facere niſi perficias. Id eſt, vere vel ſemper.)

✱ Basilivs. Cur recitatis maledictionibus adiũgitur, Amen: benedictionibus vero nulla ſequitur affirmatio. Diluit hanc dubitationẽ Apoſtolus dicens, filius Dei non eſt etiã & non, ſed in ſe ipſo eſt etiam. Omneſcẽ iſtas promiſſiones in ipſo ſunt ẽt. Amen. Ipſe enim eſt qui benedixit nobis in omni benedictiõe ſpiritali.

Ex catena Græca. male‹dict›⁹ q. dormit cũ vxore proximi ſui & dicet omnis populus amẽ. † ſtatuit verba i opere perficit.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Maledictus. *Hic ponitur maledictio & benedictio ei propoſito reſpectu obſeruãtiũ & tranſgreſſionis totius legis generaliter, & ſicut in alijs prædictis primo pronuntiabatur benedictio ſuper obſeruantes, & maledictio ſuper tranſgrediẽtes legem in aliquo particulari mandato, ſic in iſto generaliter primo pronuntiabunt Leuitæ dicentes* Benedictus qui permanet in ſermonibus legis huius: *& reſponſio a populo, amen pronuntiabant et maledictionem oppoſitam, dicentes,* Maledictus qui non permanet, *&c.*

B E

## MORALITER.

✱ 1 *Maledictus qui dormit cum ſorore ſua. fi. pa.* Per iſtã ſororem intelligitur ſapientia. Prouer.7. *Dic ſapientiæ ſoror mea es.* Ipſa etiam eſt filia dei patris omnium. Eccl.1.a *Omnis ſapientia a domino deo eſt.* Ille igitur prælatus vel doctos cũ ſorore ſua, filia patris ſui dormit, q ſapientiã a domino ſibi datã, immũditia vitę polluit, & contẽptibilẽ aliis reddit. Gre. Homi.xxxvii. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.

† *Maledictus &c.* Hoc autem facit qui occulte proximo detrahit.

† *Vt percutiat.* Hoc moraliter faciunt qui propter temporale lucrum perſonas ſimplices innocentes ad mortale peccatũ idicũt ſicut faciunt frequẽter mediatores & mediatrices fornicationis & adulterii vel alterius cuiuſque mortalis peccati.

## CAP. XXVIII.

a *S* *I autem audie.* Sicut inobediẽtibus prędicit maledictiones & ſupplicia, ſic obedientib. pmittit benedictiones & præmia.

✱ Rvpertvs. Quæ hactenus dictæ ſunt benedictiones ſiue maledictiones, cunctis gentibus pro meritis ſingulorum cõmunes ſunt. Non enim eſt diſtinctio. Quicũque enim in legẽ peccauerint, ſiue Gentiles, ſiue Iudæi, qui & ipſi decem uerba legis acceperunt, per legem iudicabuntur. Porro ſequentes maledictiones propriæ Iudęorũ ſunt, et ecce hodie ſuper illum in fœlicem populũ uenerunt, eumq; manifeſte apprehenderũt. Sunt autẽ numero triginta, quarũ prima eſt, maledictus eris in ciuitate, vltima vero, aduena qui tecũ verſatur in terra aſcẽdet ſuper te. Et merito triginta maledictionib. obruti ſunt, q triginta argenteis emptũ datorem benedictionis Chriſtum Dei filiũ occiderunt. Iuxta cauſam eandẽ in Pſalmo triginta maledictiones ſunt, tam in eum qui vendidit, Iudam ſcilicet quam in eos qui emerunt, quarum prima eſt, *Conſtitute legiſlatorem ſuper eos.* Vltima vero, *induantur ſicut diploide confuſione ſua.*

Vbi ſupra cap.6.

C

## CAP. XXVIII.

a S*I autem audieris vocem domini Dei tui, vt facias atq; cuſtodias o͂ia mandata eius quæ ego pręcipio tibi hodie, faciet te dominus Deus tuus excelſiorẽ cunctis gẽtibus, quæ verſantur in terra. Venientq; ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent, ſi tamen b præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & bñdictus

(Interlinear: Corde. a Opere. b Mente. c Nec vnum præterea. d Non mea. a Medius. b Id eſt præcepta oſiea do. c Præmijs blanditur. a Quia à Deo. b Quas iam dicet. c Circundabant te vndique. Benedictionem contemplatiuæ vitæ & actiuæ ſignificat. a Intus forus. b Eccleſia. vnde: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, in qua benedictus qui vacat contemplationi.)

b *Benedictus tu in ciuitate.* ✱ Procopivs. In eccleſia, vbi qui agit, ſerit & metit fructũ in vitam æternam. fęturæ vero vteri pię cogitationes ſunt. Dicit enim Iſaias. *Per metum tuũ domine in ventre concepimus, dolores pertulimus & parturiuimus, &c.*

F

☞ a Fru.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVIII.

✱ 1 Si autem. *Hic conſequenter ponitur benedictionum & maledictionum in precatio. & primo benedictionum ſuper obſeruatores legis, ſecundo maledictionum ſuper trãſgreſſores, ibi:* Quod ſi audire nolueris. *Circa primum ſciendum, quod benedictiones imprecantur,* ✱ *ſecundum*

Iſaias.

## MORALITER.

✱ 1 *Si autem.* non ſolum aure corporis, ſed etiam cordis firmiter retinendo.

† *Vt fa.* opere adimplendo.

† *Faciet.*

† *Faciet.* excelſiorem cunctis gentibus, ſ. in cælorum regno, Mat.11.b. *Qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo.*

† *Benedictus.* i. in operibus vitæ actiuæ, quæ pertinent ad politicam.

† *Et benedictus.* i. quantũ ad opera vitę contẽplatiuę quæ exercentur extra tumultum ciuilem.

a *Fruc.* diuerſos ordines notat ſubditorũ. Alii enim doctorib. A corporalia præbent. Alij laborare poſſunt quod ſibi fuerit præceptum. Alii ſimplicitate contenti per innocentiam uitæ ſtudẽt deo placere. vnuſquiſque proprium donum habet ex deo.

Luc.1.b. b *Benedictæ reliquiæ.* Bonæ intentionis p̃mium, etſi voluntas non habeat effectũ, quia pax hominibus bo.vo.&c.

c *Ingrediens.* Ingreditur ille per oſtium q per fidem catholicam iuxta uoluntatem dei intus meditatur & tractat. Egreditur quando idem coram hominibus ad laudẽ dei manifeſtat.

† vel conſpercio ſiue paſta aut eſca tui. Chal. interpretatur pena &c. inf. † vel percuſſos & vulneratos.

✲ Procopius. Cum hoc quoq; Dauid concinit, dicens: Domin⁹ tuebitur exitum tuum vt introitum. Oportet.n.ei q ab impietate recedit, manu ad pietatẽ iter præbere. Porro & nobis cõtra Dei hoſtes in bellũ eſt egrediendum. Per introitum vero licebit intelligas accuratam cognitionis cuſtodiam. Per exitum autem eam cognitionem qua omnis ſolertia relinquitur, & erga infirmos fit demiſſio.

† Statuet. B

Pſal.57.b. d *In conſpectu tuo.* Vt gaudeas: *Lætabitur iuſtus cũ viderit uindictã.*

e *Emittet* ✲ Procopius. Si enim mandata Dei pro uirili obſeruauerimus, C fœlicitati conſeruabuntur

...buntur tã occultæ cogitationes, quã manifeſtæ actiones, cũ D ea q diminuuntur, tum ea quæ ad incrementum tendũt. Dauid enim dicit: *Ex ſecretis meis purga me.* Seruator item: *Sine me nihil poteſtis efficere.*

f *Benedicetque.* Bonis operibus tribuẽs incrementũ, & felicem ſucceſſum.

g *Cælum.* Prophetas & Apoſtolos, de quibus dicitur: *Cæli enarrant gloriam dei*: quos dominus aperit cum per eos doctrinæ abundantiam tribuit: Tropolo.
1 ut carnalium corda hoc imbre irrigata
2 proferãt germina bo
3 norum operum.

h *Fœnerabis.* Id eſt tanta erit abundãtia tibi, quod poteris dare pecuniã gentibus,
4 illis uero non tanta. Vel doctrina eccleſiaſtica intelligitur.

† præcipiet dominus vt ſit tecũ bene, i. ctio in cellariis tuis.

*Fœnerabis gentibus.* Fœnerat eccleſia gẽ E tibus multis, quando diuina chariſmata expendit nationi-
5 bus. Nec fœnus accipit, quia non præſentem remunerationem ſed futuram irquirit. Excellit enim omnibus & caput eſt orbis non cauda. Semper ſupra eſt, & non infra. Quia licet preſſuras & perſecutiones malorum in mũdo patiatur, fortior
6 tamẽ aduerſariis eſt, fide & uirtute præeminet uniuerſis. Vnde conſtituet te dominus in caput.
7 &c.

a Exercitio boni operis. b Hoc ad ciuitatem reſpicit. c Conſilia, cogitationes. d Mentis vel cordis vnde procedunt cogitationes e Hoc ad agrum. f Corporis. Actiones extrinſecę. Opera.

a in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ:

a Opera. b Homines & iumenta ſalua bis dn̄ ine. Subditorum. Quinque ſenſum qui cum iumentis nobis communes ſunt. a Boum eorum ſcilicet qui laborare poſſunt.

fructuſque iumentorum tuorum, greges armentorum tuo-

a Conuentus innocentium. b Virtutum cuſtodia.

b rum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & bene-

a Bona voluntas quæ remanet poſt opera. b In perceptione præmij. Eccleſiam. Fidem. c Oſtium, de quo dicitur: Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Io.10.b.

c dictæ † reliquiæ tuæ. Benedictus eris & ingrediens & e-

a De præſenti vita ad æternam. b Si cuſtodiens mandata. c Spirituales, dæmones, hæreticos, Gentiles. d Quaſi ſuperbi.

grediens. Dabit dominus inimicos tuos qui conſurgunt ad-

a Dominus conteret Sathan ſub pedibus tuis. Rom.16.b. b Adunati ad nocendum.

d uerſum te † corruentes in conſpectu tuo: Per vnam viam ve-

Terrore diſſipati.

e nient contra te & per ſeptem fugient a facie tua. † Emittet

Gratiam ſpiritalem. Cordis ſecreta.

dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia

a Gratiam donorum cęleſtium multiplicando. b Eccleſiæ.

f opera manum tuarum, benedicetque tibi in terra quam ac-

A morte animæ.

ceperis. ✝ Suſcitabit te dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi, ſi cuſtodieris mandata domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius: Videbuntque

Corporales & ſpirituales. a Intus in fide, foris in opere radians.

omnes terrarum populi, quod nomen domini inuocatum ſit

a Qui prædicatoribus neceſſaria miniſtrant.

ſuper te, & timebunt te. Abundare te faciet dominus om-

Mentis.

nibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuo-

Corporis vel eccleſiæ.

rum, fructu terræ tuæ, quam iurauit dominus patribus tuis,

a Placatus, qui aliquando c'audit iratus.

vt daret tibi. Aperiet dominus theſaurum ſuum optimum

a Doctrinam. b Cordibus terrenorum

g cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum: Et fœ-

h nerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies.

☞ Proc. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *ſecundũ ea quæ ſolẽt homines deſiderare in præſenti vita, quia in veteri lege obſeruatoribus legis promittebantur bona temporalia tanquã hominibus carnalibus & imperfectis, qui non poſſunt capere ſpiritualia, & propter hoc dicit Apoſtolus ad Heb.vij.c.* Nihil ad perfectum adduxit lex. *Solẽt autem homines deſiderare primo proſperitatem domus ſuæ, quę conſiſtit in fœcunditate prolis & abundantia temporalium bonorum & quantum ad hoc dicitur in generali*: Benedictus tu in ciuitate & benedictus in agro. *Et conſequenter explicatur magis in particulari, cum dicitur* Benedictus fructus ventris tui, &c.

Quõ homines deſiderant proſperitate domus ſuæ.

1 Benedicta hor. *quia plena erunt bonis, nec putreſcent ibi.*

2 Et bene. *i. ſuperabundantia bonorum tuorum, quia de illis dabis pauperibus, & illi benedicent tibi. Conſiſtit etiam bona diſpoſitio domus in corporis incolumitate ſine qua prædicta bona parum valerent homini. ideo ſubditur.*

3 Benedic.&c. *Quia intus ciuitatem & extra poteris conuenienter exercere opera tibi conuenientia. Secũdo ſolent homines deſiderare inimicorum ſuorum depreſſionem. & quantum ad hoc dicitur*: Dabit dominus inimicos, &c.

4 Per vnam viam. *Modus eſt enim veniendi ad prælium, ſ. vnite & coniunctim, & modus fugiendi per diuerſas vias. Tertio deſiderant homines famæ celebritatem in bonitate. & quantum ad hoc dicitur.*

5 Suſcita. *Et ſanctitas iſta per famam diuulgabitur ad dei gloriam & tuam. ideo ſubditur.* Videbuntque omnes terrarum populi, &c. *& ſubditur,*

6 Aperiet. *dicitur aũt cælum theſaurus, quia ibi repoſita ſunt & aſcõdita bona diligentibus deũ, ſecũdum illud 1.Cor.2.a.* Quod oculus nõ vidit, &c. *Dicitur autem theſaurus, quia tota fertilitas bonorum in iſtis inferioribus prouenit ex influentia cæli & ſtellarum.*

7 Et fœnerabis. *i. accommodabis. q.d. ita plenus eris, diuitiisq; poteris accõmodare gratis gentibus multis. Quarto deſiderãt homines dominij & honoris ſublimitatem, & quantum ad hoc dicitur.*

✲ 1 Conſti

## MORALITER.

✲ † *Benedictus.* i. tuę mentis in meditationibus ſanctis.

† *Fructuſque.* i. ſenſuum exteriorum.

† *Greges armentorum &c.* i. ſenſuũ interiorũ per ſenſus. n. interiores & exteriores cõuenit homo cum animalib. brutis, pp quod eorum nominib nominantur. differunt tamen in hoc, quod in homine pars ſenſitiua deſeruit virtuti, inquantum eſt obediens rationi, quæ non eſt in brutis.

1 *Benedicta horrea.* Per quæ ſignificatur merita repoſita a deo & conſeruata homini tempore futuro.

2 *Et benedictæ.* Merita nanq; hominis non ſibi ſoli valent, ſed etiam aliis, & hoc vocantur reliquiæ, id eſt aliis relictę.

3 *Benedictus eris ingrediens.* id eſt opus bonum incipiens.

3 *Et egrediens.* i. bonum opus inchoatum perficiens.

† *Dabit dominus inimicos tuos* id eſt dæmones.

4 *Corruentes ante te.* id eſt ſuperatos in tẽtatione. Iaco.4.a. *Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis.*

† *Emittet domi.* Per cellaria intelliguntur cordis ſecreta aliis celata, quę dñs benedicit, quando meditationes ſanctas hominib. immittit, per opera manuũ intelligũtur exteriora bona, q̃ patent aliis & a deo benedicũtur, quando non ad hominum laudem, ſed ad dei gloriam ordinantur.

5 *Suſcitabit te dominus ſi.* i. in fine mundi reſurgere faciet in parte ſanctorum.

† *Abũdare te faciet dominus, &c.* In gloria cęleſti, de qua dicitur Pſa.xvi.d *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.*

6 *Aperiet.* do. ſ. cælum ad recipiendum te in anima & corpore glorioſum.

† Da

✲ Quod

A ✲ Proco. Mutuo dabis probatum diuinæ cognitionis argentum. Tu vero nihil mutuo accipies. Apud eos enim nulla eſt ſcientia intelligentia.

a *In caput non in caudam.* ✲ Theodor. Hoc eſt imperantem, non nec ſeruientem.

ra, ſed dextra eorum qui *beatum dixerunt populum cui hæc ſunt, ſ ū beatus ſit populus cuius dominus deus eius.* Hæc eſt, vera dextra æquitatis non iniquitatis. Non eſt ergo eundum poſt deos alienos nec in dextera, vt exiſtimet homo ex ipſis ſe fieri beatum, neque in ſiniſtra, exiſtimādo illis aduerſantib. fieri miſerū. Aut ſi p dexterā intelligamꝰ æterna, ſiniſtram vero tēporalia bona, nec propter illa, nec propter iſta colendi ſunt. D

✲ Procopius. Verū nō omnes hac fauſta imprecatione digni extiterunt. Soli Apoſtoli & nos ſi ipſos cōſectamur, quos poſt Chriſtum capitis loco habemꝰ. Eos vero qui nō crediderūt, in caudā poſuit.

b *Non declina.* Augustinus. Lxx. *Non præteribis ab omnibus verbis, q̄ ego mando tibi hodie in dextra aut ſiniſtra, ire poſt deos alienos, ſeruire illis.* Dextera in laude ponitur. Quod aūt reprehenditur in via vitæ q declinat ad dexterā, non ea reprehēduntur quæ in dextera sūt, ſed q declinat in ea, i. qui ſibi q̄ dei ſunt, arrogat. vñ: *Nō declines in dextera aut in ſiniſtra. Vias enim q̄ a dextris sūt, nouit dominus, &c.* Bonę ergo sūt dextræ, qa nouit dñs vias iuſtorū. Declinare ergo in dextera, ē nō dei gratię, ſed bonum ſibi tribuere. Vñ addit: *Ipſe enim rectos faciet greſſus tuos &c.* Dextera ergo aut ſiniſtra ire poſt deos alienos ſeruire illis, non ideo dictum eſt quod dii alieni poſſint in dextris accipi, ſed aut terrena loca, q̄ in dextra aut ſiniſtra habebant gentes alienos deos colentes. Vel ita: *Non præteribis ab omnibus verbis, &c.* vt prætereundo q̄ mandata ſunt, eas poſt deos alienos. Hoc enim poſt omnia ſeorſum commendare voluit, vt ne propter felicitatem appetendā, aut infelicitatē fugiēdam auxiliū petas ab alienis diis. Aut ſic, vt vel cōſulātur vt proſint, vel placētur ne noceāt, ſecundum illud: *Dextera eorum dextera iniquitatis*, qui opinantur hominem ſcilicet his rebus fieri beatum, quas & boni & mali habere poſſunt. Et ideo dextera iniquitatis, quia iniqui ſunt qui eam dexteram putant. Non eſt enim uera dextera, ſed

Conf. 48. | I dexterā declinare. | B | † timore Heb. 12. d. | Psal. 143. b | C

Principatum. Delectionem.
a Conſtituet te dominus Deus tuus in caput & non in caudam, 1
& eris ſemper ſupra & non ſubter, ſi audieris mandata domi
ni Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & cuſtodieris & fece-
In recta mortalitate vel operibus bonis, qui ſibi attribuit ille declinat in dexteram.
b ris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram nec ad ſini- 2
c ſtram, nec ſecutus fueris deos alienos, neq. colueris eos. Quod 3
a Corde. b Cum poſſis. c Qui audiendus, quia Deus & dominus. d Dilectione.
ſi audire nolueris vocem domini Dei tui, vt cuſtodias & fa-
a Opere.
ciās omnia mandata eius, & † cęremonias quas ego præci-
a Opprimendum & apprehendent te ne euadas.
pio tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ
& apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus 4
in agro. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ
tuæ. Maledictus fructus ventris tui, et fructus terrę tuę, armen
ta boum tuorum, et greges ouium tuarum. Maledictus eris in
grediens, et maledictus egrediens. Mittet dominus ſuper te †
a Verbi Dei. b Sterilitatem virtutum.
famem et eſuriem, et increpationem in omnia opera tua quæ
tu facies, donec conterat te, et perdat velociter propter adin- 5
uentiones tuas peſſimas, in quibus reliquiſti me. Adiungat ti- 6
a Perturbationem vitiorum & malignorum ſpirituum. In nouiſſimo. Eccleſia.
bi dominus peſtilentiam, donec cōſumat te de terra ad quam
a Veri panis.
d ingredieris poſſidendam. Percutiat te dominus † egeſtate, fe-
a Carnalium deſideriorum ardore. b Infidelitatis duritia.
e bri et † frigore, ardore et † æſtu, et † aere corrupto, ac † rubigi-
Inuidia. a Id eſt perire permittat. b Prædicatores.
ne: et perſequatur, donec pereas. Sit cęlum quod ſupra te eſt æ- 7
a Dum non rore doctrinæ profui. c Nullo humore fœcunda.
b Auditor. Hoc tempore Achab ad orationem Heliæ completum eſt.
f neum, et terra quam calcas ferrea. Det dñs imbrem terrę tuę 8
a Sterilitatem. Corruptam doctrinam. Combuſtio, æterna damnatio quæ miſerorum corpora exurat.
puluerem, et de cęlo deſcēdat ſuper te cinis, donec conteraris.

c *Quod ſi audi.* Sicut cuſtodientibus mandata promiſit benedictionem, ſic negligētibus pronūtiat maledictionem.

d *Percutiat te do.* Augustinus. Quis tā impie deſipiat, ut dicat deū malas hominū volūtates quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit in bonū non poſſe conuertere. Sed cū facit, per miſericordiā facit. Cū non facit, per iudiciū non facit, *qui cui vult miſeretur, & quem vult obdurat.*

e *Et aere corrupto.* uita polluta ex carnali immunditia. Carnalis vita polluta ex carnali immūditia. Carnalis vita per aerē exprimitur, quia aeris ſpiramine humanū corpus viuificatur.

f *Sit cælum.* Elementa quibus fructus nutriuntur, cōparat duriſſimis metallis, qa peccata hominū cōmutant ordinem rerum, & q̄ ad ſolatium condita ſunt humano generi. vnde: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.*

Cęlū eſt æneū pūaricatorib. legis, cu nullā a ſanctis doctoribus merēt clementiā, ſed duriſſimā diſciplinā, qm̄ ipſi nō cor carneū & mollē animū ſed lapideū habēt & ferreū. Sicut duro populo lex ī lapide dabāt, vt ex munere acceptor figuraret.

f *Det dominus imbrem.* quaſi ſicut puluis & cinis nō faciūt fructū, ſic doctrina tibi infuſa nō excitet germina virtutum, ſed æternum prænuntiet interitū. Puluis enim bonorum operū ſterilitatē, Cinis deſignat combuſtionem, quia paleæ peccatorum comburentur igni inextinguibili.

In Enchir. dic. c. 99. | † ſtatua. | † maledictione & perditionem. | E | † gladio. | † ariditate qua tellus areſcit. | † aduſtione | † velvrentibus ne vitio ac morbo ſegetum. | Sap. 5. d. | Allegor. | F

a *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Conſtituet te. do. &c. *Quia eſt ſuperior pars corporis.*

2 Ac non declinaueris ab eis, nec &c. *id eſt quocunque impulſu porſperitatis ſeu aduerſitatis.*

3 Quod ſi. au. no. *hic conſequenter ponitur imprecatio maledictionū ſuper legis tranſgreſſores, & ſicut imprecatæ ſunt benedictiones ſecundū ea quæ homines deſiderant in vita præſenti, vt dictū eſt, ſic etiā maledictiones imprecantur ſecundum ea quæ homines abhorrent in præſenti vita & ſecundū hoc poſſet diuidi ſequens litera, vt patebit per diſtinctiones eorū, quæ abhorrentur. Iſta eñi diſtinctio non eſt ita præciſa, quin de pertinentibus ad unam partem plura ponantur in alia & econuerſo, quia Moyſes iſta tradebat populo per modum exhortationis & prædicationis, & ideo frequenter intermiſcet illa, quæ pertinent ad diuerſas maledictiones per modum cuiuſdam exaggerationis. Accipiatur tamen diſtinctio prout poteſt fieri per oppoſitum ad benedictiones, quia primo ſolent homines abhorrere malam diſpoſitionem domus ſuæ, quæ conſiſtit in ſterilitate prolis & penuria bonorum, & quantum ad hoc dicitur.*

4 Malc. *& patet litera ex prædictis vſque ibi.*

5 Propter. *i. peccata quæ ſunt a nobis, ſed bona ſunt a deo ſecundum quod habetur Oſee xiij. c* Perditio tua ex te Iſrael, tātūmodo ex me auxilium tuum. *Conſiſtit etiam ſecundo principaliter mala diſpoſitio domus in languore & infirmitate corporis, quę poteſt cauſari multis modis & quantum ad hoc dicitur.*

6 Adiungat. *ex fulgure, tonitruo. & gradinibus, & ſimilibus bona terræ & aerem corrumpentibus, ex quibus ſequuntur infirmitates, ut languores.*

7 Sit *i. ad modum æris ſiccum & clauſum ita quod inde non procedat ros nec pluuia.*

8 Et ter. *dura & ſicca nullum fructum proferens.*

✲ *Tra-*

MORALITER.

✲ 1 *Quod ſi audi.* Sequitur.

4 *Maledi. fru. ven.* Hic ponunt maledictiones inferendæ nolentibus obedire deo, per oppoſitū ad benedictiones pdictas propter qd ex ſenſu myſt. benedictionum de facili poteſt accipi ſenſus myſt. maledictionum, quia ſicut dicitur i. de Anima. Rectum eſt iudex ſui & obliqui, ergo pertranſeo.

a *Et diſpergaris*: Sicut Iudæi captiuitati per latitudinem orbis diſperſi ſunt, quia contra deū collecti ſunt, ſic gnatio malorū a ſpiritibus immūdis diſperſa per pœnarū genera perturbatur. unde: *Inimici tui peribunt & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem*, Pſal.91.b.

A † cęlum.

b *Percutiat te dominus vlcere Aegypti*. Vlcera doloroſa & purulēta malitia. Veſicę inflata ſuperbia. Scabies & prurigo, ira feruida & furoris inſania. Hæc ī præſēti cōgrua pena peccatis infligitur. poſt hāc vitā (quod ſignatur in poſterioribus) fœtorem ſcelerum in æternis cruciatibus ſuſtinebunt.

† timore vel ſtupore cordis.

*Percutiat te dominus*. b hæretici & ſchiſmatici clareſcente euangelio in toto orbe erroris cęcitate inuoluti, amētiā ſuā exercētes catholicæ fidei cōtra dicūt. Ideo eccleſię calumniā ſuſtinēt, & a veritate opprimūtur. Amētes et cęci fuerūt, cū Chriſti miracula vidētes, ī Beelzebub ea fieri dicebant, & Chriſtū deum eſſe negabāt, nec veritatē videbāt. i. ītelligebāt. Matt.7.f.

c *Et palpes*. Tenebræ factæ ſunt cū crucifigeretᷣ Ieſus vſq; ī horam nonā, ſicut tenebræ erant in cordib. Iudæorum.

✱ PROCOPIVS. Nunc enim cum gentes in media luce a tātē degant, Iſrael verſatur in tenebris, & tanquā cæci murum palpāt, legē ipſis traditā, eo quod lucis radios Chriſti cognitionis nollent admittere, & cum Dauide dicere: *Reuela oculos meos, &c.* Pſal. 118.

†Leu.26 c Mich.6.d. Aggæi.1.b C

d *Non dirigas*, nec Chriſto pdicāte crediderunt, nec per penitentiam dirigi uoluerunt.

e *Vxorem*

a Spirituales vel Romanos.
Tradat te dominus † corruentem ante hoſtes tuos. Per vnam 1
a Collectis in vnum viribus. Multis modis.
a viam egrediaris contra eos & per ſeptem fugias & diſper-
a Diſperde eos in virtute tua, & deſtrue eos protector meus domine. Pſal. 58.c. b Pena poſt mortem futura iudicatur.
gāris per omnia regna terrę. Sitq; cadauer tuum in eſcam cun- 2
a Dæmonibus. b De quibus dicitur: Ne tradas beſtijs animas confitentium tibi. Pſal.73.d. c Deuiatio nemo liberare poteſt.
b ctis volatilibus cæli, & beſtiis terræ, & non ſit qui abigat. Per- 3
a Semel damnationi datos æterna pœna conſumet. Prurientia malitia. b Quod vlcera eſt & veſicæ turgentes. c Fœtorem poſt hanc vitam futurum ſignificat.
cutiat te dominus vlcere Ægypti, & partem corporis per 4
a Sicut Philiſthæi percuſſi ſunt in poſterioribus. 1.Reg.5.b. b Feruore iræ vel diſſidentij, quia ſcabies ex feruore humoris procedit. c Furoris inſania.
quam ſtercora geruntur, ſcabie quoque & prurigine, ita vt
a Quia in inferno nulla eſt redemptio.
curari nequeas. Percutiat te dominus amentia, & cæcitate
a Quo Chriſtum crucifixerunt.
c ac † furore mentis, & palpes in meridie, ſicut palpare ſolet
Hoc hodie in Iudæis impletur, nec vnquam liberabuntur.
d cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore 5
calumniam ſuſtineas, & opprimaris violentia, nec ha-
a Plebem. b Hoc ad literam Iudæis contingit. Diabolus.
e beas qui liberet te. Vxorem accipias & alius dormiat 6
cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea. Plan- 7
tes vineam, & non vindemies eam. Bos tuus immo- 8
letur coram te, & non comedeas ex eo. Aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo, & non reddatur tibi. Oues tuæ den-
a Diſcipuli.
tur inimicis tuis, & non ſit qui te adiuuet. Filii tui & filiæ tuæ 9
a Chriſtiano. b Hoc ipſis videntibus quotidie fit. c Inuidiæ. d Quia intentionem ad effectum ducere non valet.
tradantur alteri populo videntibus oculis tuis, & deficienti- 10
bus ad conſpectum eorum tota die, & non ſit fortitudo in
f manu tua. Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat 11
a Gentiles ſcil. fruentur ſcientia ſcripturarum tuarum.
populus quem ignoras, & ſis ſemper † calumniam ſuſtinens
& oppreſſus cunctis diebus, & ſtupens ad terrorem eorum quę
g videbunt oculi tui. Percutiat te dominus vlcere peſſimo in ge-
a Ab infimis vſque ad ſummos.
h nibus & in ſuris, ſanarique non poſſis a planta pedis vſque ad 12
i verticem tuum. Ducetque te dominus & regem tuum, quem 13
K conſtitues ſuper te, in gentem quam ignoras tu, et patres tui,
et ſeruies ibi diis alienis, ligno et lapidi, et eris † perditus, in
prouerbium ac fabulam omnibus populis ad quos te intro-
l duxerit dominus. ✝ Sementem multam iacies in terram, et 14
a Inanis gloria, mentis inſtabilitas.
modicum congregabis, quia locuſtæ deuorabunt omnia. Vineam plantabis et fodies, et vinum non bibes, nec colliges
Qui non morientur. i. peccata.
ex ea quippiam, quoniam vaſtabitur à vermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, et non vngeris oleo, quia † defluent et deperibunt. Filios generabis et filias, et

e *Vxorem accipias & alius, &c.* In vxore plebs hæreticis ſociata accipitur, cum qua diabolus fornicatur, dū in errorē ſeducitur. Animalia hæreticis rapiuntur, cū ſubiecti ab eis liberātur, cū ipſi uita & doctrina priuantur. Subſtantiā quoque quam Iudæi ſibi docendo & ſcribēdo ſingulariter præparauerunt, eccleſia ſibi conuertit in vſum. D

*coram

f *Fructus terræ tuæ*. Tota cęremoniarum vtilitas ad eccleſiam tranſlata eſt. Hæc abundantia fruitur, Iudæi egeſtate pereunt. vnde per Eſaim dicitur: *Serui mei comedent, & vos eſurietis*. Eſa.65.

g *In geni*. Fortitudinem, ſ. & ſtabilitatem auferat. Vel in genibus percutiatur, cuius nouiſſima opera damnantur. E

h *A planta pedis*. Sicut ab initio prauæ voluntatis vſque ad perfectionem operis malitiam exercuiſtis vnde: *a planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas*. Hoc in vltima captiuitate cōplerum eſt. Eſa.1.b.

† contritionem.

i *Ducetque te*. Hæretici uel mali catholici, qui contemnunt præcepta dei a dæmonibus & vitiis uariis captiuātur. Sicut ſeruus ita & domin9 & rex ſicut populus, magiſter ſicut diſcipulus.

†in perditione vel deriſionem

K *Et regem*. Oſee regem Samariæ Salmanatar rex Aſſyriorū cum decem tribubus duxit in captiuitatem, Nabuchodonoſor, Ioachin, & Sedechiam regē Iuda cū populo captiuauit. 4.Re.17 4.Reg.24

F † proiicitur oliua.

l *Sementem, &c* Nobis quoque cauendum eſt, ne perdamus panem qui cōfirmat cor hominis, & vinum quod lætificat, & oleum quod exhilarat faciem.

*Adue*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Tradat. *ſecundo ſolent abhorrere homines deprimi ab inimicis quæ quidem depreſſio fit multis modis, & quantum ad hoc dicitur.* Tradat. *& patet expoſitio ex prædictis.*

2 Sitque &c *abhorret enim homo quod corpus eius occiſum ab inimicis remaneat inſepultum.*

3 Percut. te. *id eſt quo vlcere habetur Exo.ix.*

4 Et partem. *tali plaga percuſſi fuerunt Philiſthæi, ut habetur 1. Reg. v.*

5 Omnique tempore. *Ab aduerſarijs, ita quod non ſit tibi aliquod internal ... & quietis.*

6 Vxorem acci. *non ad lætitiam, ſed dolorem, ideo ſubditur.*

7 Et alius dor. *quod ſolet fieri, quando aliqui ſunt ab inimicis deuicti, quia mulieres in prælijs non interficiuntur, ſed victores ad luxuriam eis abutuntur, & poſtea vilibus perſonis dimittuntur.*

8 Domū. *afflictio magna eſt non reportare fructum ab illis in quib. homo multum laborauit ſicut eſt in ædificatione domus, & plantatione vineæ & ſimilibus.*

9 Filij tui. *Quod fit quando aduerſarij victores exiſtentes capiunt eos, & vendunt in ſeruos & ancillas.*

10 Videntibus oculis, &c. *Quod facit ad augmentum doloris.*

11 Fructus terræ, &c. *Come dat populus quē ignoras, quia omnia bona hominum deuictorum conſumuntur ab inimicis, & ſi eſt aliquid reſiduum, rapitur & portatur alibi.*

12 Et in ſuris. *Sura eſt poſterior pars tibiæ.*

13 Ducetque. *Et hoc fit quando aduerſarij deuictos nolunt occidere, ſed ducunt eos captiuos, & affliguntur longa morte. Tertio ſolent homines abhorrere infamiā & improperia ſuſtinere. & quantum ad hoc dicitur:* Et eris perditus in prouerbium & fabulam omnibus populis. *& ſubditur.*

14 Sementem multam iacies in ter. *Vt per hoc appareat omnibus quod tu es homo maledictus a deo & derelict9. Quarto ſolent homines* ✱ *abhorre*

a *Aduena.* Aperte ſi-
A gnificatur abiectio
Iudęorum & electio
• locuſta vel vſtio. gētium. vnde. *Auferetur a uobis regnum dei,*
Matt. 21. d. *& dabitur gen. ſa. f. e.*
Matt. 20. b Et alibi: *Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi.*

Moraliter RABAN. *Aduena qui tecū verſatur, &c.*
Creator omniū per
† mutuabit. incarnatiōis ſuæ myſterium Iudæam, viſitare dignatus eſt, ſed
ipſa nō cognouit tēpus viſitationi ſuæ.
Ideo gentibus frequēter in prædā data eſt
nouiſſime Romanis
tradita, & venerunt
ſuper eam omnia genera maledictionū,
quę in libro legis ſcripta sūt. Similiter his
ſtatuta. qui gratiā Dei ingrati accipiunt, certa eſt
dānatio. Si eīn qs irritā faciēs legē Moyſi
ſine vlla miſeratione
moritur, quāto deteriora meretur ſuppli
B cia qui filiū dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit.

b *Ponet iugum ferreū.*
✻ PROCOPIVS.
De graui ſeruitute loquitur. Ac proinde
ferreū maluit ponere quam ligneum. Ieremias quoq; ob id
ſibi imponere præcipit vt captiuitatis moleſtiam ſignificet. De
qua nūc vaticinatur,
& īquit. Adducet ſuper te gentem e longinquo. Quibus uerbis Ieremias & prophetæ alii Aſſyrios
† rtem facii. ferocem, crudelem, impudentem. Babyloniosq; innuerunt. Quorū hoſtiū
pernicitatem atq; vires volatu aquilę adūbrauit Moſes. Quinetiā deuorabit, īquit
foet' vteri tui. Quod
in terrenis Ieremias
lamentatur, & a Romanis factum eſſe Ioſephus narrat.

C c *Homo delicatus.*
✻ IDEM.

non frueris eis, quoniam
ducentur in captiuitatem.
Omnes arbores tuas, & fruges terræ tuæ † rubigo con
Gentilis.
a ſumet. Aduena qui tecum 1
verſatur in terra, aſcendet
ſuper te eritque ſublimior,
Humilia(?)oeris.
tu autem deſcendes & eris
inferior. Ipſe † fęnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei.
Ipſe erit in caput, & tu eris
in caudam. Et venient ſuper te omnes maledictiones iſtę, & perſequentes apprehendent te donec intereas, quia non audiſti vocem domini Dei tui, nec
ſeruaſti mandata eius & †
cæremonias quas præcepit
tibi. Et erunt in te ſigna at- 2
que prodigia, & in ſemine 3
tuo vſque in ſempiternum
eo quod non ſeruieris domino Deo tuo in gaudio
cordiſque lætitia, propter
rerum omnium abundantiam. Seruies inimico tuo
quem immittet tibi dominus & ſiti, & nuditate & omni penuria, &
b poneti iugum ferreum ſuper ceruicem tuam, donec
te conterat. adducet domi-
a Chaldæos vel Romanos.
nus ſuper te gentem de lōginquo, & de extremis ter
ræ finibus in ſimilitudinē 4
aquilę volantis cum impetu: Cuius linguam intelli-
gere non poſſis, gentem † 5 6
Honorem.
procaciſſimam, quæ non
deferat ſeni, nec miſereatur
paruuli, & deuoret fructū
iumentorum tuorum, ac
fruges terrę tuæ, donec intereas, & non relinquat tibi
triticum, vinum, & oleum,
armenta boum, & greges ouium, donec te diſperdat &
conterat in cunctis vrbibus
tuis, & deſtruantur muri tui
firmi atque ſublimes, in quibus habebas fiduciam in om
8 ni terra tua. † Obſideberis in
tra portas tuas in omni terra
quam dabit tibi dominus
9 Deus tuus, & comedes fru-

✻ IDEM. Qui delitiis D
eſt aſſuetus, inquit ad
cibū ab omni humanitate alienū redibit.
Nec anim' quicquā
de hoc ītimis ſuis decerpere permittet.

✻ THEODORETVS. Qui fit vt plu- Quęſt. 36.
res ſint maledictiōes †4 Re. 6. b.
quā benedictiones? Thre. 4. b.
Improbi ſerui non tā
mouētur promiſſionibus libertatis, quā
plagarum comminationibus.

Et

a Filios, ſicut in libro Regum legitur, & in excidio Ieruſalem.

ctum vteri tui, & carnes filiorum & filiarum tua
rum, quas dederit tibi dominus Deus tuus, in † † obſidione & coarctatione.
anguſtia & vaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus.
Homo † delicatus in te & luxurioſus valde, inui- † tener in te & delitioſus vel in voluptatib. viuens
C debit fratri ſuo, & vxori quæ cubat in ſinu ſuo, * *& filiis ſuis quos reliquerit.
ne det eis de carnibus filiorum ſuorum quas comedet, eo quod nihil aliud habeat in obſidione
& † penuria qua vaſtauerint te inimici tui intra † coarctatione.
10 omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata
quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis
veſtigium figere propter molliciem & teneritu-
11 dinem nimiam, inuidebit viro ſuo, qui cubat in
12 ſinu eius ſuper filii & filiæ carnibus, & illuuie ſe † Chaldę' interp. ſic interpretatur & filiis qui egreſſi ſunt ex ſe.

a Pelliculam quæ tegit puerum in ventre matris etiam comedebant.

13 cundinárum quæ egrediuntur de medio femi-
14 num eius, & ſuper liberis qui eadem hora nati E
ſunt. Comedent enim eos clam propter rerum
omnium penuriam, in obſidione & vaſtitate,
qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.
Niſi cuſtodieris & feceris omnia verba legis huius, quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomen eius glorioſum et terribile, hoc eſt do-
15 minum Deum tuum, † augebit dominus plagas † vel mirabilib. tecū aget dominus in plagis, aut mirabilibus plagis affliget te d'ominus.
tuas, et plagas ſeminis tui, plagas magnas et † per † ſortes aut certas, ſtabiles, iuges, veras.
ſeuerantes, infirmitates peſſimas et perpetuas, et
conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas
timuiſti et adhærebunt tibi. Inſuper et vniuerſos langores et plagas, quæ non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius, inducet dominus ſuper te,
donec te conterat. Et remanebitis pauci numero qui prius eratis ſicut aſtra cæli præ
multitudine, quoniam non audiſtis vocem F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *abhorrere ſubiectionem maxime ab inferioribus ſe. & quantum ad hoc dicitur.*

1 Aduena. *Quantum ad diuitias, ideo ſubditur:* Ipſe fœnerabit tibi: *& quantum ad honores. ideo ſubditur:* Ipſe erit in ca. &c *ſubditur.*

2 Et erunt in te ſig. *Id eſt peſtilentię de cælo deſcendentes.*

3 Atque prodigia. *De terra vel aliter. Signa. i. infortunia de præſenti. Atq; ꝓdigia. i. infortunia de futuro. vnde dicitur prodigium, quaſi procul a digito lōge a ꝓſentibus quæ digito poſſunt tāgi. Quinto ſolent homines abhorrere obſideri ab inimicis, eo quod tunc multa mala contingunt ipſis obſeſſis, & maxime quando obſeſſio eſt longa & a gente crudeliſſima, & quantum ad hoc dicitur.* Adducet dominus &c.

4 In ſimilitudinem. *Id eſt ita ſubito venientes, quod non poteris te parare ad reſiſtendum victualibus & armis.*

5 Cuius lin. *Et ſic non poteris cum eis tractare de pace.*

6 Gentem

6 Gentem pro. *Et ideo non dimittet obſidionem.*

7 Quæ non deferat &c. *Capta ciuitate ſed omnia deſtruens.*

8 Obſideberis intra portas tuas &c. *Ita quod non poteris adiuuare alios fratres tuos nec ipſi te, nec ꝑ arma, nec ꝑ victualia, ideo ſubditur*

9 Et comedes fru. &c. *Præ nimia fame quod eſt maxime horribile.*

10 Tenera. *nō ex defectu membrorū, ſed præ teneritudine ſicut in eundo ſuſtentantur magnæ dominæ.*

11 Inuidebit. *i. abſcondet ne inde accipiat partem, ſed ipſa totum gluttiat præ nimia fame.*

12 Et illuuie. *i. immunditie.*

13 Secūdi. *Dicūtur aūt ſecūdinę pelliculę in quibus inuoluuntur pueri in ventre matris, & ſimul egrediuntur cū eis quando naſcuntur. Licūt aliqui ꝙ melius dicitur.* Secundarum de medio feminum eius. Secūdinę

14 Et ſuper. *cum prędictis pelliculis.*

15 Et plagas. *quę non ſunt ſcriptę, quia non poſſunt ad plenum ex-*

A a Et erit vita. Nihil verius inter maledicta, quæ Iudæis merito ſuperbiæ acciderūt, quam uidere uitam ſuam. i. filium dei pēdentem, & nō credere ei. Maledicta autē cum ex propheta dicuntur, non de malo voto ſunt, ſed prædicuntur. Potuit aūt ſic
B ſonare Iudæis, uidebis vitam tuā pēdentē, & nō credes uitæ tuæ, i. inter minas & dolos hoſtium uitā tuam videbis pendere ex incerto.

✲ Procopius. Erit vita. Hoc eſt, in dubio & interitus periculo erit ei, qui mortem ante pedes videbit. Traduci quo
C que in Chriſtum poteſt

domini Dei tui. Et ſicut ante lætatus eſt dominus ſuper 1
vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans, ſic lætabitur 2
diſperdens vos atque ſubuertens, vt auferamini de ter-
ra ad quam ingrediemini poſſidendam. † Diſperget te do- 3
minus in omnes populos a ſummitate terræ vſque ad termi-
nos eius, & ſeruies ibi diis alienis, quos et tu ignoras et pa-
tres tui, lignis et lapidibus. In gentibus quoque illis non quie- 4
ſces, neque erit requies veſtigio pedis tui. Dabit enim tibi 5

a Ibi trepidauerunt vbi non erat timor. Pſal. 13.b. b Obſcurentur oculi eorum ne videant. Pſal. 68.f.

dominus ibi cor pauidum et deficientes oculos et animam 6

a Chriſtus qui eſt via veritas, & vita. Io. 4.a. b In cruce. c In conſpectu tuo.

a mœrore conſumptam, et erit vita tua quaſi pendens ante te. Ti- 7

a Ne perdas locum & gentem. b Quaſi pendentem videbis. Hæc ad literam ſæpe contigere Iudæis.

mebis nocte et die, et non credes vitæ tuæ. Mane dices: quis mi- 8
hi det veſperum: et veſpere: quis mihi det mane? propter cordis
tui formidinem, qua terreberis, et propter ea, quę tuis videbis o-
culis. Reducet te dominus claſſibus in Ægyptum, *de qua dixit 9
b tibi, vt eam amplius non videres: Ibi venderis inimicis tuis in
ſeruos et ancillas, et non erit qui emat.

†Diſperdet.

*per viam

teſt q̄ dicit. Ego ſum vita, quem cum e ligno pendere viderēt, fide non exceperunt. D

b Reducet te dominus. ✲ Idem. Non reduxit ple, verum redeūtes non prohibuit. Argumēto illud eſt, de quo tibi dixit, non videbis ipſum amplius. Cum enim reditio illa vitii loco vertatur, quando ipſe autor fuiſſet? E Suo igitur marte reuerſi ſunt, nunc quidem ab ipſis auxiliū contra Aſſyrios petitum, nunc vero a Nicanore, Pharaone, & aliis Aegyptiis regibus captiui abducti.

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ primi præ multitudine & magnitudine.

1 Et ſicut. Vtens ſua benignitate & gratia, quando ei ſeruiebatis.

2 Sic. utens ſua æquitate & iuſtitia, eo quod a ſeruitute eius receſſeritis.

3 Diſperget. quod factum eſt per Titum & Veſpaſianum xlij. anno a paſſione Chriſti, eo quod peccauerant occidendo eum.

4 In gen. quia frequenter eyciuntur de ciuitate in ciuitatem, & de regno in regnum.

5 Dabit. timore malorum imminentium de futuro.

6 Et deficien. dolore malorum præſentium.

7 Et erit. i. in pendulo poſita ex periculis imminentibus.

8 Et non. ſ. quòd poſſit etiam ad modicum ſtare, utpote de mane ad ueſperam, & econuerſo. ideo ſubditur: Mane dices, &c. & patet.

9 Reducet te. & hoc fuit per Titum & Veſpaſianum, quia vt dicit Ioſephus lib. de Iudaico bello, capta ciuitate Ieruſalem multi Iudæi fuerunt captiui, in tantum quod dabantur xxx pro denario vno, vt dicunt aliqui & ideo oneratæ fuerūt plures naues de ipſis; in quib. ducti ſunt in Alexandriā. quæ eſt in Aegypto, vt ibi reuenderentur carius a mercatoribus, qui eos emerant.

✲ CAP.

*ADDITIO.*

*In cap. 28. vbi dicitur in poſtilla:* Quod ſi audire nolueris.

Maledictiones in hoc c. contentæ non ſolum ſunt comminatoriæ, ſed etiam propheticæ, quia omnes contigerunt illi populo in ſequetibus temporibus. Sed notandum eſt, quod ſicut dictum fuit ſupra Leuitici 26. in additione ſecunda, vbi aliæ maledictiones ponuntur, quæ contentis in hoc c. in multis aſſimilantur maledictiones ibidem contentæ pertinent ad Babylonicam captiuitatem. prout ibidem ſatis fuit expoſitum. Maledictiones vero in hoc cap. contentæ pertinent ad hodiernam captiuitatem Iudæorum, quam ipſi Romanam vocant, eo quod fuit per Romanos incepta, per quos etiam conſummata fuit vaſtitas templi ſecundi & ciuitatis Ieruſalem, & ſtatus eorum deſtructus, prout per Dan. 9. capitulo fuit pronuntiatum. Quod autem huiuſmodi maledictiones propheticæ in hoc c. contentæ pertineant principaliter ad hodiernam captiuitatem Iudæorum patet ex multis, ſpecialiter ex octo quæ ſequuntur. Primo quia in hoc c. non aſſignatur tāquam cauſa præcipua deſtructionis eorum peccatum idololatriæ, ſicut in alijs maledictionibus in prædicto c. Leui. contentis. Cuius ratio eſt, quia in templo ſecundo non incurrerunt peccatum idololatriæ, ſed ſolum aſſignatur hic, vt cauſa deſtructionis, hoc quod dicitur, ſ. Quod ſi audire nolueris vocem domini dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mandata eius &c. Quod quidem peccatum in hoc loco expreſſum, quod omnia mandata legis comprehendit, proprie incurrunt Iudæi in vltimo tempore templi ſecundi, & ſpecialiter tempore Chriſti qui eos redarguens dicebat: Nōne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex uobis facit legem, vt habetur Io. vij. Quæ quidem interpretatio manifeſte concordat cū cauſa huius deſtructionis ante dicta. Secundo hoc patet ex progreſſu utriuſque deſtructionis ſeu captiuitatis. Prima enim deſtructio eorum fuit paulatiue ſeu partibiliter, quia primo per Aſſyrios vt 4. Reg. xv. c. vbi dicitur, quod tempore Phaceæ regis Iſrael Teglathphalaſſar rex Aſſur cepit Galaad & Galilæam & totam terram Nephtali, & quaſdam ciuitates regis Iſrael, & tranſtulit eos in Aſſyrios. Poſtea vero a tempore Oſee filij Hela regis Iſrael, Salmanaſar rex Aſſyriorum cepit Samariam, & tranſtulit hinc Iſrael in Aſſyrios iuxta fluuium Gozan vt in 4. Reg. 17. Poſtea vero tempore Ezechiæ regis Iudæ Sennacherib rex Aſſyriorum accepit omnes ciuitates munitas regni Iudæ, vt patet 4. Reg. xviij. Poſt uero tēpore Ioachin regis Iudæ Nabuchodonoſor rex Babyloniæ tranſtulit Ioachin & matrem eius & omnes principes Iudæ in Babyloniam, vt 4. Regum xxiiij. Quam quidem deſtructionem ſeu tranſmigrationem ſic partibiliter factam uidentur ſonare uerba in prædicto c. Leuitici contenta, vbi dicitur: Si autem nō obedietis mihi, addam correptiones veſtras, & infra: Si autem ambulaueritis ex aduerſo mihi, nec audieritis me, addam plagas veſtras &c. Quę uerba & ſimilia vlterius repetuntur, in quo deſignatur quod in varijs modis & temporibus illa deſtructio erat fienda, iuxta illud Dan. 19. cap. qui de captiuitate Babylonica dicebat. Diſtillabit dominus maledictionem quæ ſcripta eſt in lege Moyſi: prout ibidem exponitur. In maledictionibus uero in hoc cap. contentis nihil huic ſimile ponitur, in quo denotatur quod deſtructio de qua hic loquitur, non partibiliter & per diuerſos reges ſed quaſi in uno ſemel & continuatim per eandem gentem eſſet conſummanda. Tertio patet ex hoc, quod in maledictionibus contentis in Leui. dicitur: Vos autem diſpergam in gentes. quod impletum fuit cum fuerunt diſperſi in Chaldæa, Perſia, & Media, & huiuſmodi propinquis regionibus tempore captiuitatis Babylo. Sed in hoc cap. dicit: Diſperget te dominus in omnes populos a ſummitate terræ vſque ad terminos eius, quod impletum fuit tantummodo in hac captiuitate in qua per omnia mundi climata ſunt diſperſi. Quarto patet propoſitum ex tempore durationis vtriuſque captiuitatis ſcilicet Babylon. & hodiernę. Prima enim durauit per lxx. annos. Hiere. xxxix. Quod quidem tempus fuit æquale tempori quo non ſeruarunt ſabbatha. vnde in prędicto capite Leuitis dicitur: Tunc placebunt ſabbatha ſua terræ cunctis diebus ſolitudinis ſuæ &c. prout ibidem fuit expoſitum in additione ſecunda. Duratio autem captiuitatis hodiernę excedit non ſolum tempus ſabbathorum, ſed etiam totum tempus durationis vtriuſque templi. vnde in hoc cap. quod reſpicit hodiernam captiuitatem, non deſignatur nec innuitur aliquod tempus determinatum huius durationis. Quinto patet ex hoc quod maledictiones contentę

Maledictiones quære alligatæ Iudæis.

A *contentæ in* Leuitici *ca. ſupradicto terminantur in conſolationem cum ibi dicitur,* Recordabor fœderis mei Iacob, &c. Et terræ quoque memor ero, *ſcilicet ad hoc, vt iterum habitarent in ea, & in hoc ad oſtendendum quod etiam poſt illam captiuitatem eſſent ſub diuino cultu ſicut antea, ſubdit ibidem finaliter.* Et recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de terra Aegypti in conſpectu gẽtiũ, vt eſſem Deus eorum ego dominus Deus. *In quo manifeſte oſtenditur, quod illa captiuitas erat terminanda in conſolationem, ſic quod Deus haberet eos in populum ſicut antea. Maledictiones vero contentæ in hoc capitulo non terminantur in aliquam conſolationem, ſed potius videntur terminari in quandam peſſimam maledictionem, quæ contigit eis in vltimo tempore templi ſecundi, ſcilicet quod fuerunt deducti in* Aegyptum *& Alexandriam in claſſibus, & hoc per Titum & Veſpaſianum, & ibi fuerunt in tanta vilitate venundati, quia non erat qui emeret, vt habetur in hiſtoria Ioſephi de quo dicitur hic:* Ibi uenderis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat. *& poſt illam finalem maledictionem ſtatim ſubdit:* Hæc ſunt verba fœderis quæ præcepit dominus, &c. *Ex quo patet, quod huiuſmodi captiuitas de qua in hoc capitulo loquitur, non erat terminanda in aliquam conſolationem, ſicut de deſtructione ciuitatis & templi ſecundi, de qua Dan. ix. dicitur.* Et finis eius uaſtitas, *ad deſignandum quod non erat in deſtructione templi ſecundi ſpectanda aliqua conſolatio reſtitutionis. Sexto patet propoſitum ex hoc quod dicitur in hoc capitulo:* Ducetque te dominus ac regem quem conſtitues ſuper te in gentem, quã ignoras tu & patres tui. *Quod impletum fuit cum Herodes rex eorum tempore templi ſecundi fuit ductus Romam, vbi erat gens quam ignorabant Iudæi & patres eorum, nuſquam enim legitur quod patriarchæ ſeu prophetæ uel populus Iſraeliticus in regionem Romanam deueniſſent, quæ quidem auctoritas non poteſt ſane intelligi de Sedechia qui fuit ductus in Babyloniam per Chaldæos. Tum quia de Sedechia non*

B *proprie diceretur:* Regem quem conſtitues ſuper te. *Sedechias aũt conſtitutus erat a Deo inquantum deſcendebat de genere Dauid, qui fuerat a Deo conſtitutus rex pro ſe & ſemine ſuo, vt patet 1. Reg. 16. Tum quia de gente Caldaica non vere diceretur,* Quam ignoras tu & patris tui, &c. *Abraham enim qui primus pater fidei fuit, non ignorauit Chaldæam, ſed in ea fuit natus, & inde fuit eductus ſupra Gen. 11. cap. De Herode uero proprie dicitur:* Regem quem conſtitues ſuper te, *quia non fuit a Deo conſtitutus, imo contra legem diuinam quæ prohibebat alienigenam conſtitui in regem, vt ſupra Deute. 17. Similiter de gente Romana proprie dicitur:* Quam ignoras tu & patres tui, *ratione prædicta. Septimo patet propoſito ex hoc quod dicitur in hoc capitulo:* Adducet dominus ſuper te gentem de lõginquo, cuius linguam intelligere non poſſis. *Conſtat aũt quod hoc ſane intelligi non poteſt de lingua Chaldaica, quæ maximam conformitatem habet cum Hebraica, ut patet in tranſlatione Chaldaica, quæ communiter habetur ab Hebræis. Vnde & Eſa. 36. legitur quod Eliachim & alij ſerui Ezechiæ Regis qui erant Iudæi, dicebant ad Rabſacen Chaldæum:* Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua, *id eſt Chaldaica, intelligimus enim. Ex quo manifeſte patet, quod lingua Chaldaica non erat ignota Iudæis, etiam ante captiuitatem Babylonicam. Vnde verba prædicta,* ſcilicet cuius linguã intelligere nõ poſſis,

D *proprie intelliguntur, de lingua Romana, cuius gentis lingua ſcilicet Latina maxime diſtat a lingua Hebraica, vt patet habenti notitiam aliqualem prædictarum linguarum. Octauo patet propoſitum in reconciliatione, quam Deus eis promittit ſeu pronuntiat infra 30. ca. quod incipit:* Cum ergo uenerint ſuper te omnes ſermones iſti, &c. *Pro quo ſciendum, quod poſtquam propoſuit Moyſes in præſenti capitu. 28. maledictiones propheticas, quæ tempore templi ſecundi Iudæis contigerunt, quas inſinuauit eſſe interminabiles per aliquam abſolutionem generalem toti populo, prout dictum fuit ſtatim ſupra conſequenter ſubiunxit in xxix. cap. quædam exhortatoria pertinentia ad ſtatum illius populi, vt eos redderet attentos ad maledictiones & benedictiones ſibi proponendas in monte Garizim & in monte* Hebal, *ut dictum eſt præcedenti ca. ibi.* Vocauitque Moyſes & omnem Iſraelem & dixit ad eos, &c. *vſque ad finem ca. Conſequenter in prædicto 30. cap. prænuntiat eis qualiter ab iſta captiuitate erant Deo reconciliandi, dicens:* Cũ ergo ſuper te uenient oẽs ſermones iſti, &c. *ſcilicet completa deſtructione ciuitatis & templi ſecundi, & diſperſione populi de quibus agit, vt dictum eſt, tunc reconciliandi erant primo & principaliter per pœnitentiam cordis, de quo dicit.* Et ductus pœnitudine cordis in uniuerſis gentibus, & reuerſus fueris ad Deũ, & obedieris eius imperijs, &c. reducet te dominus Deus tuus de captiuitate tua ac miſerebitur tibi, *quod manifeſte impletur in quolibet Iudæo, qui ductus pœnitudine cordis de infidelitate & obſtinatione priſtina reuerſus fuerit ad Chriſtum, & obedierit eius imperijs, talis .n. ſtatim reducitur a Deo de captiuitate. & Deus ei miſeretur per gratiam, & quia in tali reconciliatione ſeu redemptione nihil facit diſtantia localis, ſicut in captiuitate Babylonica, ideo dicit,* Si ad cardines cœli fueris diſſipatus, inde retrahet te dominus Deus tuus, & aſſumet atque introducet in terrã quam poſſederunt patres tui, *ſcilicet terram uiuentium, & vt inſinuet qualiter prædicta pœnitudo cordis ſalutifera eis eueniret, ſubdit.* Circumcidet dominus Deus tuus cor tuum, *ſcilicet auferendo a te duritiam cordis, per quam doctrinæ ſaluatoris non credidiſti, &*

E cor ſeminis tui a te deſcẽdẽtis ſecundum ſpiritum, ut diligas dominum Deum tuum in toto corde tuo, &c. *quia hoc eſt finis præcepti, vt poſſis viuere vita gratiæ ſeu æterna. Promiſſiones enim conſolatoriæ in hoc loco poſitæ intelligendæ ſunt ſpiritualiter, nõ aũt vt litera primo ſonat, Cuius rõ eſt, quia ſi literaliter intelligerentur, ſequeretur quod quicunq; Hebræus eſſet pœnitudine ductus ad Deum, & ei obediret, quod ſtatim a Deo fuiſſet aſſumptus, & reductus in terram promiſſionis, ſicut antea poſt ſedeciam, quod eſt falſum etiam ſecundum eos, nullo enim modo concederent, quod a tempore deſtructionis templi ſecundi vſq. hodie non fuit aliquis inter eos vere pœnitens, & tamen conſtat, quod nullus eorum fuit ſic reductus modo prædicto ad literam intellecto. Relinquitur igitur, quod huiuſmodi vltimæ conſolationes intelligendæ ſunt ſpiritualiter modo prædicto. Ex quibus bene attentis ſatis patet, quod Iudæi ſpectantes præſentis captiuitatis redemptionẽ per Meſſiã quem credunt omnes illas ſimul fore congregaturum falſo & inaniter hoc æſtimant. Præſens enim captiuitas eorum nullo modo eſt terminanda, niſi per conuerſionem ſeu pœnitudinem vniuſcuiuſq; ſingulorũ vt iam dictũ eſt, quod manifeſte concordat catholicæ ueritati.*

CAP. XXIX.

a HAec ſunt. AVGVST. LXX. *Hæc ſunt verba teſtamenti, quod mandauit dominus Moyſi in terra Moab præter teſtamentum quod teſtatus eſt eis in Horeb.* Oſtendit vnde appellatus ſit liber iſte Deuteronomium, quaſi ſecunda lex, vbi magis repetitio eſt quã aliquid aliud. Pauca enim ſunt hic quæ in eo nõ ſunt, quod primum datum

Quæſt. 49.

CAP. XXIX.

Teſtamenti.
a HÆC ſunt verba fœderis, quod præcepit 1
Statueret.
dominus Moyſi, vt feriret cũ filiis Iſrael in
terra Moab, †præter illud fœdus quod cum 2
eis pepigit in Horeb. Vocauitque Moyſes
omnem Iſrael, et dixit ad eos: † Vos vidiſtis 3
vniuerſa quæ dominus coram vobis in terra Ægypti

Propter.

datum eſt, nec tamẽ appellãtur duo teſtamenta, quamuis ita hæc verba ſonare videantur. Vtrunq; vnum teſtamentum eſt, quod dicitur vetus, Nam ſi propter hæc verba, duo teſtamenta dicẽda eſſent, iam non duo ſed plura eſſent excepto nouo Multis enim locis ſcriptura dicit teſtamentum, ſicut quod factum eſt ad Abraham de circunciſione vel ad Noe.

† Exo. 19. a

Quare Deut.

C

F

Gen. 17. b.
Gen. 6. d.

☞ THEO.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXIX

Diuiſio.

1 HAec ſunt. Hic *conſequenter ponitur prædictarũ benedictionum & maledictionũ ſuſceptio, ſicut enim in ſuſceptione legis in mõte Sinai profeſſi ſunt ſe eam ſuſcipere & ſeruare, ſic replicata lege per Moyſen ſuper Iordanem fluuium & expreſſis benedictionib. ſuper obſeruantes, & maledictionib. ſuper tranſgreſſores, profeſſi ſunt eam obſeruare ſub iſtis benedictionib. & maledictionib. Circa quod ſic proceditur, quia primo ponitur huius profeſſionis cauſa motiua, ſecundo profeſſio ipſa ibi.* Vos ſtatis hodie. *tertio tranſgreſſionis pœna ibi.* Vos enim noſtis *Circa primum ponitur primo quaſi quidam prologus cum dicitur.* Hæc. *id eſt legis ſeruantis inter Deum & populum.*

2 Præter. *Non quod ſit alia lex ab illa, quæ fuit data in monte Sinai, ſed quia ſunt in hoc lib. aliqua addita ad illius legis declar. Honem & propter benedictiones & maledictiones hic expreſſas per modum additionis. Et Conſequenter exprimitur triplex cauſa profeſſionis fiendæ. Prima eſt beneficium eductionis de Aegypto, quod notatur cum dicitur.*

3 Vos vidiſtis. *Percutiendo multipliciter Aegyptios, vt vos inde educeret.*

a Pharaoni, et omnibus ſeruis eius, vniuerſæq́; terrę illius, ten 1
tationes magnas, quas viderunt oculi tui ſigna illa porten- 2
a Voluntatem operandi qua intelligitetis.
b taq. ingentia, et non dedit dominus vobis cor intelligens, et 3
a Cordis. Intelligentes. Obedire.
oculos videntes, et aures quę poſſint audire vſque in preſen 4
tem diem. † Adduxit vos quadraginta annis per deſertū, nō 5
a Corpora ſignificat quæ non peribunt, nec capillus de capite peribit.
ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamēta pedū veſtro- 6
a Hominum: ſed angelorum, i. manna officio angelorum præparatum.
c rum vetuſtate conſumpta ſunt. Panē non comedeſtis, vinū 7
et ſiceram non bibiſtis, vt ſciretis quia ego ſum dn̄s Deus ve 8
ſter: Et veniſtis ad hunc locum: † Egreſſuſque eſt Sehon rex 9
Heſebon, et Og rex Baſan occurrens nobis ad pugnam, et 10
percuſſimus eos, et tulimus terram eorum, ac tradidimus 11
poſſidendam Ruben et Gad et dimidiæ tribui Manaſſe.
Cuſtodite ergo verba pacti huius, et implete ea, vt intelliga

A * Theod. Quare maledictiones iſtas & benedictiones patrib. eorum non conceſſit? Habet liber iſta præter cęteros nouā quandam doctrinam, quod etiam propheta notauit. Nā cōpleto ſermone de maledictionib. & benedictionibus. ſubiūxit, Hęc ſunt verba fœderis, quod præcepit dominus Moyſi, &c. præter illud quod dominus pepigit cum illis. Introducturus enim illos in terram promiſſam, bonorum pollicitationibus blanditur, & pœnarum comminationibus terreſacit eos, omnem denique tentat meatum, ut eorum ſanet animos.

Quæſt. 35.

† Ambula refecit.

Vbi ſupra Quęſt. 50.

B a *Tenta.* Avgv. Et non dedit dominus Deus vobis cor ſcire, & oculos videre, & aures audire, & cæt. Quomodo ait ſuperius: *Vos vidiſtis tentationes, & cæt.* ſed non dedit dominus oculos videre. Sed corpore viderunt & non corde. Vnde præmiſit. *Non dedit dominus uobis cor ſcire.* Ad hoc pertinent duo quæ ſequuntur, oculos videre & aures audire, id ē itelligere, & obedire. Quod vero dicit. *Non dedit dominus Deus vobis cor,* nullo modo increpās & arguens hoc diceret, niſi ad eorum quoq; culpam pertinere intelligi vellet, ne quiſq̄ ſe ex hoc excuſabilē putet. Simul enī oſtēdit ſine adiutorio domini Dei eos intelligere & obedire non poſſe oculis & auribus cordis. Et tamen ſi adiutorium Dei deſit, non ideo eſſe excuſabile hominis uitium quoniam iudicia Dei quamuis occulta, tamen iuſta ſunt.

Quęſt. 37. Rom. 1. Exod. 10.

b *Non dedit dominus uobis cor intelligens, &c.* * Theodor. Quomodo hoc intelligitur? Quemadmodum illud. *Tradidit illos in reprobum ſenſum,* &: *Indurauit cor Pharaonis.* Bonorū. n. autor eſt Deus, malorum autem minime. Nā quid ſit agendū oſtendit, & contraria diſſuadet, nō tamē cogit animū humanū, ſed libero ſuo arbitrio relinquit. At quoniā geri contraria permittit q̄ prohibere poſſet, non tamen prohibet, ne vi & neceſſitate quadā fieri videatur ꝙ agitur, quod enim a virtute procedit, tū laudatur quando voluntariū eſt, permiſſionē talem cauſam appellauit. Huic ſimile eſt, ꝙ in euangelio dictū eſt: *Excæcauit oculos eorum, & cor indurauit.* Itaq; cuniculum omnem mouit, vt ſaltem conſequerentur, edendo miracula mutilata membra curando, nutriendis illis in deſerto, & elementis imperando. Nō igitur cauſa eſt incredulitatis eorum. Quare vero teſtimoniū ꝓpheticū citauit. Vt manifeſtū faceret, Deū nihil horum ignoraſſe, ſed multo ante prænoſſe. † Auditu, inquit, audietis, & non intelligetis, videntes videbitis, & non cognoſcetis. Sic intelligi debet quod hoc loco poſitum eſt: *Non dedit dominus vobis cor intelligens, nec oculos videntes, &c.* Si verò Deus non conceſſit illis facultatem videndi, audiendi, aut ratiocinandi, cur maledicit & plectit nō ſponte delinquētes? Atqui ſuperfluū puto, de hoc prolixius diſputare. Perſpectum. n. eſt etiam valde ſtupidis, quod is qui talem doctrinā proponit, nō adimit viſum, ſed ſuppeditat & illuſtrat, ad rectam viā oſtendit, quod quidem conſtat ex ſequentib. *Non enim vobis ſolis propono fœdus illud & maledictionem hanc, ſed etiam his qui vobiſcum ambulant hodie in conſpectu domini Dei veſtri, & his quoque qui nondum ſunt vobiſcum hodie.* Porro qui poſterorum curam habet, qūo poteſt præſentes qui legem excipiunt, negligere? Itē, ad quid leges proponit intelligere non valentib. Hoc itaque ſciendum eſt, ſæpenumero prophetas vti humano more loquendi tanquam notiore. Solent enim nonnulli ſeruos aut diſcipulos obiurgātes, dicere, excæcauit Deus animum tuum, aut ſurdas tibi reddidit aures. Tale quidpiā hic egit propheta, & vſitatis verbis ſtupiditatem eorum increpauit.

C Qđ Deus nō ſit cauſa peccati

D Ioan. 12

E †Nu. 21

F c *Panem non.* Avgvst. Hinc apparet Iſraelitas tantum vini por-

Iſrael vinū ex Ægypto portauit.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Tenta. *Sicut enim dominus tentando Abraham notam fecit alijs eius obedientiam ſic toties percutiens Aegyptios, notam fecit alijs eorum malitiam & duritiā, & ideo plagæ illæ tentationes Dei poßunt dici:* 2 Signa illa. *De cælo immiſſa, ſicut grandines ignem & tonitrua, vt habetur* Exod. ix. 3 Portentaq. ingen. *Data de terra, ſicut in ſparſione cineris factæ ſunt ueſicę turgentes ſuper Aegyptios, ut legitur* Exod. ix. *& in percuſſione pulueris terrę factæ ſunt ſcyniſes Exod. 8.* 4 Et non dedit. *Quia poſt prędicta ſigna frequenter contra dominum murmurauerunt, nec eius beneficia debito modo recognouerunt. Secunda cauſa eſt ſuſtentatio in deſerto, quæ notatur cum dicitur* 5 Adduxit uos. *In columna ignis & nubis dans conductum & in deſcenſu mannæ victum.* 6 Non ſunt at. ue. *Quia diuina virtute ſunt conſeruata.* 7 Panem non come. *Labore veſtro acquiſitum ſed cęlitus datum.* 8 Vinum & ſiceram non bi. *Quia talia non leguntur habuiſſe in deſerto, ſed aquam de petra eductam.*

Secunda cauſa.

9 Vt ſciretis, &c. *Qui in deſerto ſic vobis prouidit ſua virtute & gratia. Sciendum tamen, quod aliqua victualia habuerunt peremptionem, ut dictum fuit ſupra 2. c. ſed hoc fuit in exitu de deſerto, quia emerunt ab Idumæis & Moabitis, quorum terra erat fructifera, per cuius confinia tranſierunt filij* Iſrael. *Tertia cauſa eſt protectionis in confinio, quod notatur cum dicitur.* 10 Et ueniſtis. *Qui erat inter deſertum & terram promiſſionis* Deo *deducente vos & protegente, ideo ſubditur.* 11 Egreſſusq; eſt. *Iſta expoſita ſunt* Nu. *viceſimoprimo, vbi plenius hæc habentur, & tunc infertur concluſio cum dicitur.* Cuſtodite ergo verba pacti huius, &c. *& ſequitur.*

Tertia cauſa.

* 1 Vos

## MORALITER.

* 5 *Adduxit vos, &c.* Per quadragenarium numerū, qui cōſurgit ex multiplicatione denarii p quaternarium, ſignificatur abundans impletio decē præceptorum decalogi, prout exprimit in quaternario euangeliorū, Matt. 5. c. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, &c.* Et quę ſit hæc abundantia ſubditur ibidē. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides, &c. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio.* Multo enim perfectius implet præceptum qui non iraſcitur quam ille q non occidit, licet iraſcatur. Impletio namq; ſtricta & neceſſaria ad ſalutē eſt, non occides, non mœchaberis & ſic de aliis, vt habetur Exod. 20. b. *Abundans autem impletio eſt non iraſci fratri ſuo, & auertere oculos ab aſpectu impudico,* vt habet Matt. 5. Per hoc ergo quod dicitur. *Adduxit nos per deſertum quadraginta annis.* ſignificatur abundans iuſtitia quę obſeruatur in deſerto religionis, ubi non ſolum decalogi præcepta ſed etiam euangelii conſilia ſaltem aliqua ſunt obſeruanda.

6 *Non ſunt attrita veſtimenta veſtra.* Per ueſtimenta virtutes intelliguntur, quæ per exercitium bonorum operum in religione non atteruntur, ſed magis ſolidantur.

† *Nec calceamenta pedum veſtrorum, &c.* Calceamenta fiunt de pellib. animalium mortuorum, & ideo ſignificant memoriā ſanctorum patrum defunctorum, quæ non debet in religione per obliuionem conſumi, ſed per iugem meditationem quotidie renouari.

7 *Panem non comediſti.* Nam in deſerto filii Iſrael manna nutriti fuerunt loco panis, quæ fuit figura ſacramenti euchariſtię, quo religioſi & fideles alii ſpiritualiter nutriuntur.

8 *Vinum & ſiceram non bibiſtis, ut ſcietis quia ego ſum dominum.* Per hoc ſignificatur ſobrietas, quæ dēt eſſe in religioſis, vt ſcietis, quia ipſe eſt dominus Deus veſter. Per ſobrietatē enim in uita corporali, & deuotum vſum euchariſtiæ in vita ſpirituali, habetur quædam prælibatio futuræ beatitudinis in ſpe, ad quam poſtea veniemus in re domino concedente.

* MO-

A portaſſe, cum de Aegypto exirent, quod cito conſumere poſſent. Nam ſi omnino nihil tuliſſent, vnde diceretur: *Sedit populus manducare & bibere & ſurrexit ludere?* Non enim hoc de aqua diceretur, cum & Moyſes dicat non fuiſſe illam vocem † principium belli, ſed principium vni.

a *Ne forte ſit.* AVG. Lxx. Nũquid aliquis eſt inter vos vit aut mulier, vel familia, vel tribus cuius mens declinet a dño Deo veſtro, ire ſeruire diis gentium illarũ, Num eſt qua in eo radix ſurſum germinans in felle & amaritudine, & erit cum audierit verba maledictionis huius, & opinabitur B in corde ſuo dicens: Sancta mihi fiat, &c. Quod dicit, *Nunquid eſt inter vos?* requirit ne forte ſit. Si autem eſſet terret vehementer, ne audiens maledicta dicat: Sancta mihi ſunt, id eſt nõ ſunt mihi mala, ſed ſacta, id eſt propitia & innoxia. Non perdat ſimul peccatorẽ & eũ qui ſine peccato eſt, talia ſcilicet perſuadẽdo qualia cogitat, non quod ex toto ſit illo cui pſuadet ſine peccato, ſed quia ſine illo. Similiter dictum eſt: *Si non veniſſem & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent.* hoc ſcilicet quod nõ crediderunt in eum. Dicit etiam Deus ad Abimelec de vxore Abrahæ: *Scio quia mundo corde feciſti hoc*, non vtique mundum cor C illius ita voluit intelligi, ut ſimilis eis eſſet,

[Left margin: ...facturie‑ ...ſis, vel vt ...rudentes ...tis in oĩ‑ ...bus quę fa‑ ...tis. | ...xo. 32.b. | † præfecti ...ſtri. | ...tatuat ...bdie. | † principũ | Queſt. 52. ...leraliter. | † tametſi ...bulem. | ...n. 15.d. | * ...i patrũ | Gn. 20.b.]

tis vniuerſa quæ † facitis. Vos ſtatis hodie cuncti coram domi- 1
no Deo veſtro, principes veſtri, et tribus, ac maiores natu, atq;
† doctores, omnis populus Iſrael, liberi, et vxores veſtræ, et ad-
uenæ qui tecum morantur in caſtris, † exceptis lignorum cæ-
ſoribus, et his qui comportant aquas, vt tranſeas in fœdere do- 2
mini Dei tui, et in iureiurando quod hodie dñs Deus tuus per 3
cutit tecum, vt † ſuſcitet te ſibi in populũ, et ipſe ſit Deus tuus
ſicut locutus eſt tibi, et ſicut iurauit patrib. tuis Abrahã, Iſaac,
et Iacob. Nec vobis ſolis ego fœdus ferio, et hæc iuramenta con 4
a Qui nunc viuunt. b Qui naſcituri ſunt.
firmo, ſed cunctis præſentibus et abſentibus. Vos enim noſtis
quomodo habitauerimus in terra Ægypti, et quomodo tran- 5
ſierimus per medium nationum, quas tranſeuntes vidiſtis, ab
ominationes et ſordes, id eſt idola eorum lignum et lapidem,
a argentum et aurum, quæ colebãt. Ne forte ſit inter vos vir aut 6
mulier, familia aut tribus, cuius cor auerſum † eſt hodie a do-
mino Deo noſtro, vt ſeruiat diis illarum gentium, et ſit inter 7
b vos radix germinans fel et † amaritudinem. Cumque audierit 8
a Blandiatur quaſi non poſſit inter multos inueniri.
verba iuramenti huius, benedicat ſibi in corde ſuo, dicens: 9
Pax erit mihi, et † ambulabo in † prauitate cordis mei, et aſſu- 10
Curioſam animam in oono.
c mat ebria ſitientem, et dñs non ignoſcat ei, ſed tunc quam ma 11
xime furor eius † ſumet, et zelus contra hominem illum, et ſe- 12
a Quælibet omnibus, non ſit immunis ab omnibus. 13
deant ſuper eum omnia maledicta quæ ſcripta ſunt in hoc vo-
a Al j ſic. Et deleat ſuper omne nomen eius.
lumine, et deleat dñs nomen eius ſub cælo, et conſumat eum
in perditionem ex omnibus tribubus Iſrael. iuxta maledictio-
nes quæ in libro legis huius, ac fœderis continentur. Dicetque 14
d ſequens generatio, et filii * qui naſcentur † deinceps, et peregri-
ni qui de longè venerint, videntes plagas terræ illius, et infir-
a Sicut Sodomam & Gomorrham.
mitates quibus eam † afflixerit dominus ſulphure et ſalis ar-
a In diebus Ach. b tribus annis & ſex menſibus non pluit. reg 17.a.
dore comburens, ita vt vltra non ſeratur, * nec virens quippiã
germinet, et in exẽplum ſubuerſionis Sodomæ et Gomorrhæ,
Adamæ, et Seboim, quas ſubuertit dñs in ira, et in furore ſuo,
et dicent omnes gentes: Quare ſic fecit dñs terræ huic? Quæ
eſt hæc ira furoris eius immenſa? Et reſpondebunt: Quia dere
liquerunt pactum dñi, † quod pepigit cum patribus † eorum,
quando eduxit eos de terra Ægypti, et ſeruierunt diis alienis,
et adorauerunt eos quos neſciebant, et quibus nõ fuerant attri
bui. Idcirco iratus eſt furor dñi cõtra terrã iſtam, vt induceret
ſuper eã omnia maledicta, quæ in hoc volumine ſcripta ſunt,
et eiecit eos de terra ſua, in ira et in furore et in indignatione

D ſet, de quibus dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* ſed ab illo peccato de quo agebatur, quia quantum ad ipſum pertinebat, nõ coniugem ſibi concupiuerat alienam.

b *Cumq; audierit verba, &c.* ✲ THEOD. Hic ſermo deſcribit eum qui ſe contumacem reddit aduerſus mandata Dei. Multi enim per ignauiam committũt in legem diuinam. Plures etiã per contumaciam & ſuperbiam aſpernantur mandata. Huiuſmodi hominem ſubiecit, velut aduerſariam viam eligẽtem, & erroneam rectæ viæ præferentem, cui quidem extremũ cõminatur interitum, vt omnibus tum videntibus, tum audiẽtibus, ſit impietatis exemplum. Præterea inſtruens eos Deum nihil eorum latere, quæ clam fiunt, ſubdidit, *Abſcondita domino Deo veſtro, manifeſta vero vobis & filijs veſtris*, quaſi diceret, Vos cognoſcitis quæ conſpicue geruntur, ita mihi patent vel ipſi cogitationum motus.

E

c *Ebria ſitientem & dominus, &c.* Id eſt ne quis plenus malitia & idololatria ſeducat eũ, qui ſitit diſcere & ſcire veritatẽ, ſicuti faciũt hæretici.

d *Dicetq; ſequens generatio.* ✲ PROCOP. Generationem alteram, cœtum ex gentibus collectum vocat. Quẽadmodũ Dauid quoq;: *Diuulgate in generationem alterã, quod ipſe Deus veſter* F *eſt*

[Right margin: Matt. 5. a. | † alignorũ ...celoribus, vſq. ad eos | Queſt. 58 | † ſit. | † abſynthium. | † cogitatione, i. quẽadmodum videt cordi meo. | † aſcendet | * veſtri. † poſt vos. | † ęgrotare fecerit. | * cõminiſter ia eius. | † eis.]

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Vos ſtatis. *Hic conſequenter ponitur profeſſionis forma, quæ fuit ſub iuramento vt eſſet firma, & primo cum præſentibus, cũ dicitur:* Vos ſtatis hodie. *ut profiteamini legẽ eius obſeruare ſub pœna maledictionum ſupradictarum, & præmio benedictionum, ideo ſubditur.* 2 Vt tranſeas. *Sicut ſeruus in homagiũ domini ſui.* 3 Et in iureiurando. *Quia veritas diuina ratione ſuæ firmitatis habet vim iuramenti de impletione promiſſi, & ſimiliter obligatio populi fuit ſub atteſtatione iuramenti, ſecundo fit cum futuris, cum dicitur:* 4 Non vobis. *Quia filij naſcituri in parentibus obligabãtur.* 5 Vos enim. *Hic conſequenter ponitur tranſgreſſionis pęna quę eſt duplex. Prima eſt deſtructio conſumens, ſecunda deripſo ſubſannans, quę ponitur ibi:* Dicetq; ſequens generatio. *Circa primũ pręmittitur probabilis timor tranſgreſſionis, cũ dicitur:* Vos enim noſtis. *in qua abundat idololatria, et ideo timendũ erat, ne filij Iſrael ex his quæ ibi viderant, inclinarẽtur ad eã, & ſimiliter ex viſione idolorũ illarũ gentiũ per quas trãſierãt, & hoc notatur cum dicitur:* Et quomodo. *ideo ſubditur.* 6 Ne forte. *Declinãs ad idololatriam pp iſta.* 7 Et ſit. *id eſt aliquis corruptus per idololatriã, qui vlterius corrũpat alios per ſuam iniquam perſuaſionem* 8 Cumq; au. *Ex tunc non peccabit per ignorantiam.* 9 Benedicat. *Promittat ſibi veniã, & ſic confidentius tranſgrediatur legẽ Dei, ideo ſubditur:* 10 Et aſſu. *Qui prius peccabat ex ignorantia ſicut ebrius. per aſſuefactionem acquirit ſibi habitũ vitiorum, & ſic tunc peccat ex certa malitia, in qua delectatur, ſicut ebrius ſitiens in potu, ſecundum quod dicitur Prouerb. 2. c.* Qui lętant cũ malefecerint, & exultãt in reb. peſſimis *In Hebræo habetur. Et augmentat ſatiata ſitientem, id eſt addat ſuper multitudinem peccatorũ præcedentiũ. ſatieta ſitientem ſequitur deſiderium potus, & in idem redit quia ex multitudine peccatorũ generatur habitus.* 11 Et do. *In peccante enim ex infirmitate vel ex ignorantia eſt aliqua ratio miſerationis diuinæ, ſed non in peccante ex certa malitia.* 12 Sed tunc. *Loquitur ſcriptura de Deo ſecundũ modũ humanũ, quia de naribus hominis multũ irati egreditur fumus.* 13 Et ſe. *id eſt ſint ſup eũ lõgo tẽpore, & non tranſitoriè vſq; ad cõſumptionẽ.* 14 Dicetq. *Hic cõſequẽter ponitur deriſio ſubſannans, quæ valde aggrauat hominis miſeriam, quando non ſolum ſuſtinet pœnam, ſed etiam cum hoc omnem deriſionem, & patet litera vſque ibi*

[Left margin: Diuiſio.]

✲ 1 Abicon-

A eſt. Et iterum. *Populum quoq; acquiſitus laudabit dominum.* At quę hæc generatio ſeu hic populus ſit, Moyſes ſubiunxit dicens, ac dicent omnes gentes, quare ſic fecit dominus terræ huic. Terrā vero non ſenſilem concipere oportet. De nulla enim terra preter Sodomorū & Gomorre quod mala ignis & ſalis ſit perpeſſa in hiſtoriis extrat. De ea vero quæ per figuram dicitur, quæ cum olim eſſet fertilis, in ſalem propter incolarum improbitatē eſt redacta ac igne conſumpta, quam ſpiritus immundus vtpote aridam & a Deo deſertam permeat. D

a *Abſcondita domino Deo, &c.* ✠ IDEM. Quę Chriſtus cum veniſſet legis auctario expoſuit. Veluti, diligite inimicos, &c. Quæ ab Iſraelitis olim abſtruſa erant, ob quæ Moſis facies velo tegebatur.

maxima, proiecitq; in terram alienā, ſicut hodie cōprobatur.

a Id eſt apud dominum Deum noſtrum.

†i. manifeſtauit nobis Deus voluntatē ſuam præ cunctis populis. Abſcōdita dicuntur.

a †Abſcondita dn̄o Deo noſtro, quę manifeſta ſunt nobis et filiis 1
noſtris vſq; in ſempiternū, vt faciamus vniuerſa * legis huius. 2

* verba.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Abſcondita. *Quod dupliciter exponitur. Vno modo referendo ad illud, quod ſupra dicitur.* Quia dereliquerunt pactū domini, *id eſt legem a Deo datam, quæ quidem lex fuit abſcondita gentibus aliys & reuelata Iudęis, ſecundum quod dicitur Pſa. cxlvy. b.* Non fecit taliter. Et iudicia ſua, &c. *& Rom. 3. a.* Quid ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circunciſionis, multum per omnem modum. Primū quidē, quia credita ſunt ei eloquia Dei, &c. *& ſecundū hoc legi poteſt, quod poſt hoc dicitur.* Abſcondita a domino Deo noſtro, quæ manifeſta ſunt nobis, &c. *Vel etiā alio modo vt referatur ad illud quod præmittitur:* Vt induceret ſuper eam omnia maledicta: *quia talia ſunt abſcondita in præſcientia Dei, vt manifeſte congruo tempore inferantur, ſecundum quod dicitur infra c. 32.* Nonne hęc recondita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore: *vt ſicut dicitur.* Abſcondita. *verba ſunt Iudęorum pro peccatis ſuis in afflictione maxima poſitorum, & ſit ſenſus.* Abſcondita domino, *id eſt mala pœnæ abſcondita apud eum ratione ſuę preſentiæ.*

2 Quæ manifeſta. *Scilicet per effectum inquantum inflicta ſunt nobis & filiis noſtris. In Hebręo habetur.* Abſcōdita domino, &c. *& ſic exponitur ab Hebręis Peccata abſcondita domino, id eſt diuino iudicio reſeruantur.* Quæ manifeſta. *id eſt humano iudicio puniuntur, ſecundum quod dicitur 1. Reg. 16. b.* Homo uidet ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. *q. d. per literam prædictam peccatores non poſſunt euadere pęnam, quia ſi ſit peccatum manifeſtum ab hominib. punietur ſi aūt occultū diuino iudicio, quod eſt grauius, relinquetur.*

*ADDITIO.*

*In c. xxxix. vbi dicitur in poſt. l.* Cumq; audierit verba iura. huius. *Hoc quod dicitur hic, & augmentetur ſatiata ſitiente vel ſitienti: aliter videtur exponendum & magis conſonum ad prædicta. Ad quod ſciendum, quod vbi in hoc c. dicitur (Iuramentum) in Hebræo habetur,* אלה *alah, quod eſt idem quod maledictio iuratoria ſeu execratoria, & refertur ad illas maledictiones quæ debebant publicari in monte Hebal, ut ſupra c. 27. vnde quod dicitur hic:* Vt tranſeas in fędere do- B mini Dei tui, *refertur ad illas benedictiones & maledictiones quę fuerunt dictæ per Moyſen ſupra c. 28. de quibus dicitur in principio huius capituli:* Hæc *ſunt uerba fœderis quæ pręcepit dominus Moyſi, quod autem ſequitur:* Et in iureiurādo quod hodie dn̄s Deus tuus, &c. *referendum eſt ad illud iuramentum execratorium ſupra dictum.* Nō *enim legitur in hac materia, quod populus confirmaſſet iuramento obſeruare legem, niſi ſolummodo prædicto ſcilicet iuramento execratorio.*

*Item attendendū eſt, ꝙ prædicta maledictio ſeu iuramentum execratorium fiendum in monte Hebal, reſpicit peccata occulta, non aūt manifeſta, vnde in prima maledictione, quæ eſt de primo & principaliter mandato prohibente idololatriam, de qua principaliter in hoc capitulo agitur, ſic dicit:* Maledictus homo qui facit ſculptile, &c. *ponetq; illud in abſcondito, ubi manifeſte hæc maledictio reſpicit idololatriā in abſcondito commiſſam, & quia talis ſcilicet committens idololatriā in occulto, intelligitur nō timere prædictā maledictionē, nec ꝑ conſequens iudicium Dei, qui de occultis iudicat, idcirco hic dicit:* Ne forte inter vos ſit vir aut mulier, cui⁹ cor auerſum eſt hodie. *quod denotat hoc eſſe occultū in corde, in quo propoſitum idolatrādi tenet, quod dicit:* Vt vadat & ſeruiat diis aliarū gentium: *et de tali ꝓprie ſubditur* Ne ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinē. *Humana enim opera habent radicē in corde. Sicut enim ex radice arboris procedunt flores, folia, & fructus, ſic ex corde procedūt bona vel mala opera humana, vn̄ Matt. 15. b.* De corde exeūt cogitationes malę, &c. *Et quia habens talem radicē poſtponit diuinū timorem, vt dictum eſt, & non curat de huiuſmodi maledictione, ſed cum eam audierit ſibiipſi benedicit, ideo ſequitur:* Cūq; audierit uerba iuramēti hui⁹ benedicat ſibi ī corde ſuo, dicēs: Pax erit mihi, & ambulabo ī pra- E uitate cordis mei, *id eſt propter hoc nō dimittam adimplere quod in corde propono, & ſequitur prout in Hebræo, Et augmentetur ſatiata ſitientem, cuius ſenſus eſt, nam voluntas huius qui in abſcondito habet propoſitum idololatrandi, licet & ſaciata inquantū hoc conſiſtit in ſua poteſtate faciendi, eo quod eſt dominus ſuorum actuū, eſt tamen ſitiens inquantum afficitur ad implendum ſuum propoſitum etiam publice, & ideo poſtquā dixit:* In prauitate cordis mei ambulabo. *ſtatim ſubiūxit.* Vt augmentetur ſatiata. *ſcilicet voluntas mea quę in ſe eſt deliberata ad hoc faciendum. Sitientem id eſt vt conſequatur effectum deſideratum, ſcilicet ut non tantum in abſcondito, ſed in publico iſta impleantur, unde ſequitur* Dominus non ignoſcat ei, *ſed talia abſcōdita quæ cadunt ſub maledictione iuratoria prędicta a Deo punietur, & ideo concludit:* Abſcondita a domino Deo noſtro, &c. *hoc eſt dicere peccata talis viri inquantum fuerunt abſcondita non ſunt imputanda nobis, quia diuino iudicio reſeruantur. Manifeſta autem nobis & filiis noſtris imputentur, niſi fuerint punita, quia talia humano iudi iudicio ſunt punienda:*

## CAP. XXX.

a Cum reliquiæ Iſrael ſaluæ fient ad prædicationem Heliæ, & Henoch.

CVM ergo venerint ſuper te omnes 1
ſermones iſti, benedictio ſiue male- 2
dictio quam propoſui in conſpectu 3
tuo, et † ductus pœnitudine cordis 4
tui, in vniuerſis gentibus, in quas diſperſerit te
dominus Deus tuus, et reuerſus fueris ad eum, 5
et obedieris eius imperiis, ſicut ego hodie præ-
cio tibi, cum filiis tuis in toto corde tuo, et in 6
tota anima tua, reducet te 8
dominus Deus tuus de cap-
tiuitate tua, ac miſerebitur
a tui. Et rurſum congrega-
bit te de cunctis populis
in quos te ante diſperſit. 9
Si ad cardines cæli fueris

† reduxeris ad te cor tuum Hebr.

a *Et rurſum congregabit, &c.* ✠ PROC. Hoc euenit in reditu Cyri auſpiciis facto. Nec non in nobis quoq. ſecundum ſpiritum. Ipſe enim peccatorum noſtrorum vulnera ſanauit, ac noſtri eſt miſertus.

☞ a *Man-* F

C NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXX.

1 CVm ergo venerint. *Hic cōſequenter ponitur maledictionem prędictarum mitigatio, quæ quidem mitigatio primo pęnitentib. primittitur, ſecundo in peccato pſeuerantib. denegatur, ibi* Si autē auerſū fuerit cor tuū. *Prima in duas, quia primo pœnitentib. promittitur Dei miſeratio, ſecundo tollitur hominis excuſatio, ibi* Mandatū hoc, &c. *Circa primū dicitur.* Cum ergo ve. ſu. te. *per effectū diuinæ benignitatis ſeu iuſtitiæ.*

2 Benedictio. *Si legem ſeruaueris.* 3 Siue maledictio. *Si eam trāſgreſſus fueris.* 4 Et ductus penitudine cordis. *Interius.*

5 Et obedieris eius imperiis. *Per opus exterius.* 6 In toto corde tuo. *Id eſt affectu.* 7 Et in tota anima tua. *Id eſt intellectu.*

8 Reducet te, &c. de captiuitate tua. *Ad libertatem & proſperitatem priſtinam.*

9 Si ad cardines cæli. *Id eſt ad extrema terræ.*

✠ 1 Cir

*MORALITER.*

✠ 1 *Cum ergo.* Hic inducit trangreſſores ad pœnitentiam, promittendo eis diuinam miſericordiam, cum dicitur.

6 *Si ad cardines cæli fueris diſſipatus.* Per cardines cęli intelliguntur quatuor partes mundi pn̄cipales. Moraliter igitur homo ad orientem diſſipatur, quando tempore iuuentutis conſumitur in peccatis. Ad meridiem aūt diſſipatur, quando tempore virilitatis vtit̄ iniuriis & rapinis. Ad occidentē vero diſſipatur, quādo ſenectute ſua declinat ad enormia, ſicut de rege Salomone dicitur 3. Re. 11. a. *Cūq; eſſet ſenex, deprauatū eſt cor eius per mulieres, &c.* Ad aqlonē vero diſſipat̄, qn̄ ex multitudine & magnitudine peccatorū ad deſperationē ꝓpīquare videt̄,

✠ † *Inde*

A a *Manda.* AVG. LXX. Quia mandatum hoc quod ego mando tibi hodie, non eſt ſupra mo dū, neq; longe abs te eſt, non in cælo eſt, dicens, id eſt ut dicas, neq. trās mare eſt, dicens, id eſt vt dicas, &c. Prope eſt hoc verbum valde in ore tuo & in corde tuo, de in mani bus tuis facere illud. Apoſtolus dicit hoc eſſe verbum fidei, qđ ad nouum teſtamen tū pertinet. Quæ ergo ſcripta ſunt in libro legis huius in figura dicta ſunt, pertinentia ad nouum teſtamentum. Hoc vero quod ſcriptū eſt, neque trans mare eſt vt dicas, Quis transfretabit è nobis mare, & accipiet nobis? Apoſtolus dixit: *Aut quis deſcendet in abyſſum?* & expoſuit, hoc eſt Chriſtum a mortuis deducere. Sed
B mare appellauit totā vitam in hoc ſeculo quę morte tranſitur, vt quodā modo mare finiatur. Et trans mare mors illa appelletur, velut trans iſtā vitam quæ mare dicitur. Quod additū eſt: *Et in manibus tuis.* nō ait Apoſtolus. *niſi in ore tuo, & in corde tuo,* & hoc vſq; in finem proſecutus vt ait: *Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Sed in Hebræo non habetur, In manibus tuis, non tamen hoc fruſtra LXX. addiderunt, quia manus, id eſt opera in corde intelligi voluerunt,
C vbi eſt fides quæ per dilectionem operatur: Sine qua ſi foris in manibus fiant, & in corde non ſtant, præcepta Dei non implentur. D

dissipatus, inde te retrahet dn̄s Deus tuus, & aſſumet atq; in- †
troducet in terram quam poſſiderunt patres tui, & obtinebis †
eam, & benedicens tibi maioris numeri eſſe te faciet, quā fue-
a Euidens promiſſio gratiæ. Promittit.n. Deus ſe eſſe facturum quod ſolet iuuare vel iubere vt fiat.
rint patres tui. Circuncidet dominus Deus tuus cor tuum, & 1
cor ſeminis tui, vt diligas dn̄m Deum tuū in toto corde tuo,
& in tota aīa tua, vt poſſis viuere. Omnes aūt maledictiones
has conuertet ſuper inimicos tuos, & eos qui oderunt te &
perſequuntur. Tu aūt reuerteris, & audies vocem domini Dei
tui, facieſq. vniuerſa mandata, quæ ego præcipio tibi hodie,
& abundare te faciet dn̄s Deus tuus, in cunctis operibus ma-
nuum tuarum, in ſobole vteri tui, & in fructu iumentorum
tuorū, in vbertate terræ tuæ & † in rerum oīum largitate. Re-
uertetur.n. dn̄s, vt gaudeat ſuper te in oībus bonis, ſicut gaui 2
ſus eſt in patribus tuis, ſi tamen audieris vocem domini Dei
tui, et cuſtodieris præcepta eius, et † cæremonias quæ in hac
Alias ſcriptæ.
lege ſcripta ſunt, et reuertaris ad dominum Deum tuū in to-
a to corde tuo, et in tota anima tua. Mandatum hoc quod ego 3
præcipio tibi hodie, non† ſupra te eſt, neque procul poſitum,
nec in cælo ſitum, vt poſſis dicere: † Quis † noſtrum valet ad
cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atque
opere compleamus, neque trans mare poſitum, vt cauſeris et
dicas: Quis † è vobis transfretare mare poterit, et illud ad nos
vſque deferre, vt poſſimus audire et facere quod præceptum
b eſt? Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo, et in corde tuo, vt 4
facias illum. Conſidera quod hodie propoſuerim in conſpe- 5
Si obedieris. Si contempſeris. 6
ctu tuo vitam et bonum, et econtrario mortem et malum,* 7
vt diligas dn̄m Deum tuum, et ambules in viis eius, et cuſto- 8
dias mandata illius ac † cæremonias atque iudicia, et viuas, ac
multiplicet te benedicatq; tibi in terra ad q̄ ingredieris poſſi-
dēdam. Si aūt auerſum fuerit cor tuū, et audire nolueris, atq; 9
† errore deceptus adoraueris Deos alienos, et ſerueris eis, præ
dico tibi hodie, ꝙ per eas; et paruo tempore morieris in terra,

✻ THEO. Obſeruandarum legū ſubiicit oculis.

✻ PROCOP. Non igitur immēſum eſt mandatum, tāquam infantes enim lacte potauit. Quod mirum vero eſſe debet, cum Ioannes quoque Chriſti mandata leuia eſſe aſtruit, Quin & ipſemet inquit, Iugum meum bonum, & onus meū leue, quantomagis pædagogi quod circa ſenſilia vertitur, mandatum.

b *Iuxta te eſt ſermo.* Id eſt mandata Dei moderata & contemperata ſunt humanis viribus. Poteſt hoc de incarnatione Chriſti accipi, qui aſſumpta humanitate ſuper terram viſus eſt, & inter homines conuerſatus.

✻ THEODO. Indicat per os, eloquiorum diuinorum meditationem, per cor vero promptitudinē animi: per manus, ipſorum executionē mandatorum. Hoc ipſo teſtimonio vſus eſt D. Paulus. *Si enim confeſſus fueris in ore tuo dominum Ieſum, & credideris in corde tuo quod Deus ſuſcitauit eum a mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autē fit confeſſio ad ſalutem.*

☞ a *Teſte* F

Queſt. 54. | Quęſt. 38. | Ro. 10. b | † in bonū | Tripol. | † ſtatuta | Baru. 3. d | Ibi ſupra | † eſt tibi os | † Ro. 10. b. | † poo nobis. | Vbi ſupra | Rom. 10 | † ſtatuta

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Circuncidet &c. cor tuum. *Auferendo malas cogitationes.*
2 Reuertetur enim dominus, vt gaudeat. *Quia ſicut lætatus fuerat effectu iuſtitiæ ſuę te puniendo, ita lętabitur in effectu ſuæ miſericordiæ tibi benefaciendo.*
3 Mandatum hoc. *Hic conſequenter tollitur hominis excuſatio, ne poſſent aliquis dicere: Si ſcirem Dei voluntatem & eius mandatum libenter adimplerem, hoc remouet per hoc quod Dei mandatum non eſt. ſuper hominem nec vltra, ſed iuxta & infra, ideo ſubditur.*
4 Sed iuxta te, &c. ſer. in ore tuo. *Ad confitendum.*
5 Et in corde tuo. *Ad credendum.*
6 Vt facias illum. *Per effectum. Aliter exponitur, cum dicitur:* In corde tuo: *quia pręcepta decalogi ſunt quędam concluſiones primæ principiorum in operabilibus, quæ ſunt dilectio Dei & proximi. Alia autem præcepta ſunt quę iam concluſiones ſecūdarię deductę ex prędictis principiys mediantibus prę eptis decalogi, vt dictum fuit ſupra 6. cap. & ſic patet quod omnia legis prę cepta ſunt quodammodo de dictamine iuris naturalis, & per conſequens ſcripta ſunt aliquo modo in cordibus hominis, ſecundum quod dicitur Roma. 2. a.* Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciūt. oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, *& hoc eſt quod dicitur hic,* Iuxta te eſt ſermo valde in corde, tuo. *qua ibi ſcriptum eſt modo prędicto, & per conſequens, In ore tuo, quia verbum conceptus mentis indicatiuum.* Vt facias illum, *opere adimplendo, quia* non auditores legis tm̄ iuſtificabunt, ſed factores. *Ro. 2. a.*
7 Conſidera, &c. *Si mandatis Dei obedieris.*
8 Et econtrario mor &c. *Si tranſgreſſus fueris.*
9 Si autem. *Hic conſequenter venia obſtinatis denegatur, & patet littera ex ſupradictis vſque ibi.*

✻ 1 Teſtes

## MORALITER.

✻ † *Inde retrahet te dominus Deus tuus.* Si vere & perfectè peniтueris. Peccatorē enī retrahit ab Aquilone, quādo reſpectu ſuę clementię dat ei ſpē veniæ, ſicut fecit regi Manaſſe, vt habet 2. Paralipo. in fine, ab occidente vero retrahit peccatorē, qn̄ gratiam pęnitendi ſibi confert prope mortem, a meridie vero ipſum retrahit, qn̄ voluntatem ſatisfaciendi de iniuriis & rapinis ſibi immittit, ſicut de Zacheo legitur, ab oriente vero peccatorē retrahit, quādo ad deplorandum iuuentutē in laſciuiis & carnalitatib. conſuptam inducit. Exemplum de Magdalena Luc. 8. de qua dicit Grego. Quot in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta.
† *Et aſſumet.* Id eſt ad ſe ſumet, peccatorem enim vere pœnitentem ad ſe ſumit per gratiam in uita præſenti.
† *Atque introducet in terram.* Scilicet viuentium.
† *Quam poſſederunt patres tui.* Illam enim iam poſſident apoſtoli & alii ſancti patres noſtri.
† *Et obtinebis eam.* Sine timore amiſſionis, nam certitudo tenendi includitur in ratione beatitudinis.

✻ MORA-

a *Teſtes inuoco hodie.* A ✻ Procop. Quare cum falſo ſimulacro tũ cultu deliquiſſent ipſi in Iudicũ libris dicitur. Et manus do mini mala. intendit, quemadmodum locutus eſt eis domin' & eis iurauit. Porro dilectionem domini vitam vocat, & dierum non ſenſilium longitudinem. Quas ĩ ducere cum deſideraſſe Dauid. inquit, *Heu mihi quia habitatio*

* vt.

a ad quã Iordane tranſmiſſo, ingredieris poſſidendã.+ Teſtes in- 1
uoco hodie cælum & terram, ꝙ propoſuerim vobis vitam &
mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam
*& tu viuas, & ſemen tuum, † & diligas dominum Deũ tuum,
atque obedias voci eius, & illi adhæreas. (Ipſe.n. eſt vita tua, & 2
longitudo dierum tuorũ) vt habites in terra pro qua iurauit do-
minus patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret eam illis.

*mea eſt protracta.* Verum earũ quibus ſancti bonis fruuntur, & dona eximia accipiunt, & a via in vitam, a fide in fidem, a virtute in virtutem tranſeunt. Longæui itaque non vſquequaque dies extendunt, verum hi qui præclaræ actionis magnitudine eas augent. Quapropter Iacob dicebat, pauci & iniqui ſunt dies mei.

D †Sup. †vt dil.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Teſtes inuo. Id eſt *angelos & homines, accipiendo continens pro contento.*

2 Ipſe. *Non formaliter ſed effectiue.*

## CAP. XXXI.

ABIIT itaque Moyſes, & lo- 1
cutus eſt omnia verba hæc
ad vniuerſum Iſrael, et di-
xit ad eos: Centum viginti
annorum ſum hodie, non 2
poſſum vltra egredi & in-
gredi, præſertim cũ & dñs †
dixerit mihi, nõ tranſibis Iordanem iſtum. Do- 3
minus ergo Deus tuus tranſibit ante te: Ipſe dele- †
bit omnes gentes has in conſpectu tuo, & poſſi-
debis eas. Et Ioſue iſte tranſibit ante te, ſicut locu
B tus eſt dominus: Facietque dominus eis ſicut fe-
cit Schon & Og, regibus
Amorrhæorum & terræ eo-
rum, † delebitque eos. Cum 4
ergo & hos tradiderit vobis,
ſimiliter facietis eis ſicut præ
cepi vobis: † Viriliter agite, 5
& confortamini: Nolite ti-
mere, nec paueatis conſpe-
ctũ eorũ, q̃a dñs Deus tuus
ipſe eſt ductor tuus, et non 6
dimittet nec derelĩquet te.
a Vocauitq́. Moyſes Ioſue et 7
dixit ei coram oĩ Iſrael: †
b Cõfortare, & eſto robuſt⁹. 8
a Ieſus verus. b Chriſtianum ſemen.
Tu.n. introduces populũ
a Viuentium.
iſtum in terram, quam da
a Patriarchis & prophetis.
turum ſe patribus eorum
a Firmiter promiſit.
iurauit dñs, & tu eam ſor- 9
a Electione diuinæ gratiæ. b Singulis.
te diuides. Et dñs q ductor 10
a Vnitatem patris & filii oſtendit. Vnde qui me miſit mecum eſt, & nõ relinquit me ſolum. Io. 8.d
veſter eſt, ipſe erit tecũ non +
dimittet, nec derelinquet
te: Noli timere nec paueas.

CAP. XXXI.

a Vocauitq́: Verba Moyſi ad Ioſue ſignificant ꝙ Chriſtus terram viuentium ſingulis ſecundum propria diſtribuit merita, & omnia promiſſa Dei impleat. Ipſe enim introducit populum in terrã promiſſam. Eo namq; duce cęleſtem ingredimur patriam, qui ait: *Nemo venit ad patrem niſi per me: Et nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcendit cælo, filius hominis qui eſt in cælo:* q enim vnĩt ei & ꝑ ipſum aſcẽdit. b *Confortare & eſto robuſtus.* ✻ Proco. Cedit Moyſes Ioſue. Dei decreto lex gratię cedit, ſeruus domino, Chriſti enim figurã Ioſue gerit. Qui poſtquam in mundũ venit, nulla vmbræ aut figurarum habetur ratio. Ad ignominiã diuinæ gubernationis ipſum ſpectat. & autores eius alienos a gratia reddit.

† vel quã diſpdidit. Myſtice. † fortifica te vos. Ioan. Ioan. †Ioſ. 1. E

☞ a *Poſt*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXI.

1 ABiit itaque. *Hic incipit quarta pars principalis huius libri, in qua inducitur populus ad perſeuerãtiã in lege in conſummatione Moyſi per modum cuiuſdam teſtamẽti, vbi ſic proceditur, quia primo ponitur inſtitutio noui ducis. ſecundo exhortatio plebis cap. 32. tertio conſummatio legiſlatoris, verſus finem 32. c. ibi:* Locutuſq. eſt dominus ad Moyſen. *Circa primũ præmittitur noui ducis inſtitutio, ſecundo inſtituti confirmatio, ibi:* Et ait dominus ad Moyſen. *Prima in duas, quia primo oſtenditur inſtitutionis neceſſitas, ſecundo inſtituti habilitas, ibi.* Vocauitq. Moyſen Ioſue. *Neceſſitas autem inſtitutionis fuit mors Moyſi imminens de propinquo. Fuit enim neceſſarium, ꝙ eius ſucceſſor inſtitueretur ipſo viuente, ne poſt mortẽ eius ſurgeret ſeditio ꝓ alterius ſubſtitutione, q̃a populus ad malũ erat ꝓnus, & ne populus aliquo tẽpore eſſet ſine ductore, & hæc cauſa tãgitur cũ dicitur a Moyſe.*

Diuiſio.

2 Non poſ. *Non propter corporalem impotentiam, cum ſcriptum ſit infra 34.* Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt. *ſed propter ſententiam domini de morte Moyſi ante ingreſſum terrę promiſſionis, & hoc eſt quod dicitur:* Præſertim. *ſubditur.*

3 Domi. *q.d. licet inſtituam te mihi ſucceſſorem & populi ducem, dominus tamen eſt dux principalis.*

4 Cum ergo. *Similiter facietis eis, eos totaliter delendo.*

5 Viri. *Tanquam de diuina deductione & protectione ſecuri.*

6 Et non, *Donec totaliter conterantur inimici tui.*

7 Voca. *Hic conſequenter oſtenditur ducis inſtituti humilitas. Illi enim qui ſe ingerunt ad regimen populi, non ſunt ad hoc apti, ſecundum quod dicitur Heb. 5. a.* nec quiſquã ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquã Aaron. *ſed humiles qui non veniunt ad hoc niſi inducti & vocati, illi ſunt digni, & hoc notatur in Ioſue, cum dicitur.* Vocauitque Moyſes Ioſue, *& ſubditur.*

8 Confortare. *Ad ſuſtinendum tanti regiminis onus, hoc autem dixit Moyſes, quia Ioſue ex humilitate ſua formidabat tantum onus accipere, maxime quia Moyſes qui erat talis & tantus, onere populi grauatus, ꝑpeccauerat in aquis contradictionis, ut dictum fuit Nu. 20.*

9 Tu eam. *Tanquam uictor exiſtens perfectè, non tamen tua uirtute, ſed diuina, ideo ſubditur.*

10 Et do. ipſe erit tecum. *victorias faciendo.*

✻ 1 Sci

MORALITER.

✻ 1 *Abijt.* Cuius finis ſibi prædicitur, cũ dicitur. † *Non tran.* Per hoc aũt, ꝙ Moyſes circa Iordanẽ mortu' fuit, nec populũ Iſrael ad terrã ꝓmiſſã introduxit. ſignificat, ꝙ lex data ꝑ Moyſen nõ introduxit ad terrã viuẽtiũ. Heb. 7 c. *Nihil ad perfectũ adduxit lex.* † *Et Ioſ.* Per Ioſue figuratus fuit Cr̃s. non ſolũ in geſtis, ſed ẽt in nomine, vt dicit Hier. in prologo libri Ioſue. & habet ẽt Eccl. xlvi. a. Fortis in bello Ieſus Naue. Per hoc igitur ꝙ populũ Iſrael ad terrã ꝓmiſſam introduxit, ſignificat ꝙ lex euãgelica ꝑ Chriſtũ data introducit ad cęleſtia. 9 *Et tu.* Per has ſortes ſignificant ĩ cęleſtib. diſtincti gradus beatitudinis ſiue mãſiones, de qb. dicit ſaluator Io. 14. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt,* quæ ꝑ Chriſtũ aſſignãtur electis ſecundũ meritorũ varias quantitatis. 10 *Et do.* hoc dicitur q̃a cũ hoĩe Chriſto ꝑ Ioſue figurato eſt Deus in una ꝑſona, q̃ fideles ducit ad cæleſtia. † *Non di.* Secundũ.n. Damaſcenũ, ꝙ ſemel aſſumpſit nunq̃ dimiſit. Hęc dicta ſunt ſm ſenſum alleg. Moral. aũt per Moyſen, qui interpretatur extractus de aquis, ſignificatur carnis maceratio, ꝑ ieiunia, vigilias, & cætera exercitia corporalia, ꝑ quæ retrahitur caro a delitiarũ aquis, & ſicut Moyſes nõ introd. populũ in terrã ꝓmiſſionis, ſic nec iſta introducũt ad viuẽtiũ terrã i. Cor. 13. b. *Si tradidero corpus meũ, ita vt ardeã, charitatẽ aũt nõ habue. nihil mihi prodeſt.* Prędicta vero fieri poſſunt ſine charitate, ꝑp quod ĩ ipſis nõ cõſiſtit perfectio virtutis, ſed in ipſa charitate. Vñ dicitur in Collationib. patrum Coll. prima: Ieiunia, vigiliæ, nuditas facultatũ, meditatio ſcripturarũ nõ perfectiones, ſed inſtrumẽta ꝑfectionis ſunt, ſ. in quãtũ diſponunt ad charitatẽ, ut diffuſè declaratur ibidẽ, ꝑp quod per Ioſue q ſalus interꝑtatur, & ad ſalutẽ terrę viuẽtiũ ĩtroduxit, charitas cõuenĩeter põt deſignari. Tu eã ſorte diuides, q̃a ſm

Alleg. C Moralitas F

✻ gra-

a Quibus maxime legis cuſtodiam commendauit. vnde: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, &c. Malach. 2. b.

Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus, filiis 1
Leui, qui portabant arcam fœderis domini, & cunctis ſenioribus Iſrael. 2
a Gratiæ, hic eſt annus acceptus domino. vnde: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ Pſal. 64. c.
a Præcepitq; eis dicens: Poſt ſeptem annos anno remiſſionis in ſolenni- 3
a Præſentis eccleſiæ, ſcil. in qua militamus Deo.
rate tabernaculorum, conuenientibus cunctis ex Iſrael, vt appareant in
Eccleſiæ.
conſpectu domini Dei tui, in loco quem elegerit dñs, leges verba legis
huius coram omni Iſrael, audientibus eis, & in vnum omni populo con
gregato, tam viris quam mulieribus, paruulis, & aduenis, qui ſunt intra
portas tuas, vt audientes diſcant & timeant dñm Deum veſtrum, & cu
ſtodiant, impleátque omnes ſermones legis huius. Filii quoque eorum 4
qui nunc ignorant, vt audire poſſint, & † timeant dominum Deum
ſuum cunctis diebus, quibus † verſantur in terra, ad quam vos Iordane
Vel pergetis.
tranſmiſſo pergitis obtinendam. Et ait dominus ad Moyſen: Ecce pro- 5
pè ſunt dies mortis tuæ: Voca Ioſue, & ſtate in tabernaculo teſtimonii, 6
vt præcipiam ei. Abierũt ergo Moyſes & Ioſue, & ſteterunt in taberna 7
culo teſtimonii: Apparuitque dominus ibi in columna nubis, quæ ſte- 8
b tit in introitu tabernaculi. Dixit dominus ad Moyſen: Ecce tu dormies 9
cum patribus tuis, & populus iſte conſurgens, fornicabitur poſt Deos 10
alienos in terra ad quam ingredietur, vt habitet in ea. Ibi derelinquet 11
me, & irritum faciet fœdus quod pepigi cum eo. Et iraſcetur furor meus
contra eum in die illo, & derelinquam eum & abſcondam faciem 12
meam ab eo, & erit in deuorationem. Inueniẽt eum omnia mala & af-
flictiones, ita vt dicat in illo die: Vere quia non eſt Deus mecum, inue- 13
nerunt me hæc mala. Ego autem abſcondam & celabo faciem meam
in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia ſecutus eſt Deos alienos.
c Nunc itaque † ſcribite vobis canticum iſtud, & † docete filios Iſrael, vt 14
† memoriter teneant, & ore decantent, & ſit mihi carmen iſtud pro te- 15
ſtimonio † inter filios Iſrael. Introducam. n. eum in terram, pro qua iu-
raui patrib. eius lacte & melle manantem. Cumq. comederint & ſatura
ti craſſiq. fuerint, auertentur ad Deos alienos, & ſeruient eis, & detrahẽt
mihi, & irritũ facient pactum meum. Poſtq̃ inuenerint eum mala mul
ta, & afflictiones, reſpondebit canticum iſtud, pro teſtimonio quod nul
la delebit obliuio, ex ore ſeminis ſui. Scio. n. cogitationes eius, quę factu
rus ſit hodie antequam introducam eum in terram quam ei pollicitus
ſum. Scripſit ergo Moyſes canticum, *et docuit filios Iſrael. Præcepitq.
dominus Ioſue filio Nun et ait: Confortare et eſto robuſtus: Tu. n. intro
duces filios Iſrael in terram quam pollicitus ſum, et ego ero tecum. Poſt 16
d quam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine atque com-
a Per quos intelliguntur veri ſacerdotes, arcam, i. eccleſiam ſuſtinentes.
pleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis domini, di- 17

A a Poſt ſeptem. In quibus pręſens vita ſignatur, quæ ſeptenario numero voluitur, vel tẽpus veteris legis ꝓpter ſabbathum. Poſt ſeptẽ ergo annos in anno remiſſionis lex in conuentu legi præcipitur: quia cõpleta legis obſeruãtia lex ſpiritualis ſuccedit. vnde: *Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, &c.* (Eph. 4. a.)

✠ THEODO. (Quæſt. 40) Quare poſt ſeptennium librum hunc legi illis præcepit legiſlator? B Non licebat illis per otium, cum bellũ gererent, vrbes obſiderent, & inde poſt victoriam terrã diuiderẽt per tribus, per populos, per regiones, & in ſingulos, deinde ędificarent, terrã colerẽt, & alia peragerẽt, quę facere oportet eos qui terræ peregrinæ dominium adipiſcuntur. Idcirco anno ſeptimo cum his curis liberati fuerint hãc fieri actionẽ præcipit.

b *Ecce tu dormies.* *PROC. C Notandum obiter eſt, ꝙ mors in veteri teſtamento requies ſeu ſomnus vocatur. D

c *Scribite verba cantici huius.* ✲ IDEM. Digito quaſi hic mõſtratur, qđ futurum erat, quemadmodũ in euangelio, *Quicunque ſoluerit vnum ex mandatis his.* Canticum autem eſt Theologia, quæ ĩ veris & rectis dogmatib. eſt fundata, quam iuſti anima ſola magno ſtudio & cura ſecum deſtinauit Deo. vel certe vox eſt argutem ac cõtinue, abſq; E concentu organi reddita. Quæcunque enim nuda & abſtracta contemplatione ac Theologia cõprehenduntur, hoc nominis ſortiuntur.

d *Poſtquam ergo ſcripſit.* Deuteronomium cõmendatur Leuitis, quia euangelium Chriſti per verorum ſacerdotum miniſterium ĩ memoria reconditur eccleſiæ, q̃ eſt arca domini, vbi cæleſtes theſauri reconduntur. Ibi duę tabulę teſtamẽti, libri ſcilicet legis & euãge- F lii.

ſcribe. | pone illud in os eorũ Heb. | contra. | † diſcanti | mere. | viuitis. | † docete illud. | Deuteronomium Leuitis cõmẽdatur. | * in die ipſa.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Scripſit. *Poſt inſtitutionẽ ducis, hic conſequenter ponitur informatio plebis, quia dux inſtitutus nihil proficeret, niſi plebs Deo principaliter & duci ſecundario obediret, quæ quidem obedientia per legis memoriam conſeruatur, & ideo dicitur.* Scripſit legem hanc. *ad perpetuam memoriam.*

2 Et tra. *Qui tenentur eam intelligere, & populum docere.*

3 Poſt. *Id eſt in quolibet ſeptenario annorum ſemel, ſcilicet anno remiſſionis, quia tunc filij Iſrael liberi a debitis poterant melius ire ad tẽplum in Ieruſalem, & diligentius audire legem.*

4 Filii quoque eorum. *Iſta enim obligatio ſe extendebat ad futuros ſicut ad præſentes.*

5 Et ait dominus ad Moyſen. *Hic conſequenter deſcribitur ducis inſtituti confirmatio, & hoc per dominum, qui eſt ſimpliciter ſuperior & primo deſcribitur dicta confirmatio, ſecundo præcipitur legis conſeruatio, ibi:* Poſtquam ergo. *Circa primum dicitur:* Et ait dominus ad Moyſen: *Tanquam ſuperior ad inferiorem.*

6 Ecce prope ſunt. *Propter quod indiges ſucceſſore.*

7 Voca Ioſue. *Mea auctoritate.* 8 Et ſtate. *Tu & ipſe.*

9 Et ſteterunt in tabernaculo teſtimonii. *Confirmando eum in officia tuo te præſente.*

10 Apparuitque dominus. *Vt per præſentiam Dei in ſigno viſibili, Ioſue eſſet maioris autoritatis in conſpectu populi.*

11 Et populus iſte. *Dominus futurorum præſcius prænuntiat id quod erat futurum poſt mortem Moyſi, non tamen immediate, quia toto tempore ipſius Ioſue filij Iſrael non declinauerunt ad idololatriam, ut habetur Ioſue ultimo.*

12 Et abſcondam faciem meam ab eo. *Quaſi afflictiones eorum non videam, nec clamores audiam.* (Eſa. 28. c.)

13 Ita vt dicat in illo die: Vere. *Quia vexatio dat intellectum.*

14 Scribite vobis canticum iſtud. *Quod habetur capitulo ſequẽti.*

15 Vt memoriter te. *Vt ſic nullus poſſit excuſari, quia ego prædixerim futuras tranſgreſſiones & pęnas ſequentes. Cętera patent ex dictis.*

16 Poſtquam ergo. *Hic conſequenter deſcribitur legis ſcriptæ conſeruatio, Quia pro nihilo ſcriberetur, niſi diligenter cuſtodiretur & hoc eſt quod dicitur:* Poſtquam ergo ſcripſit. *& ſubditur.*

17 Præcepit Leuitis. *Vocantur aũt hic Leuitæ non ratione officij, ſed ratione generis, quia erant de tribu Leui, erant tamẽ officio ſacerdotes.*

✲ 1 Tollite

MORATER.

*grad⁹ charitatis diſtribuũt grad⁹ ſupnę felicitatis, nõ dimittet te, qa charitas nũq̃ excidet, 1. Cor. 13. c. & vbi charitas eſt, ibi De⁹ eſt 1. Io. 4. c. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus ĩ eo.*

✲ MO-

a Deuteronomium, i. euangelium. b Quaſi veſtrum eſt in memoria eccleſiæ euangelium recondere.
a cens: Tollite librum iſtũ, & ponite eum in latere arcæ fœde- 1
a In quo accuſat vos Moyſes in quo vos ſperatis. Io. 5. g.
ris domini Dei veſtri, vt ſit ibi contra te in teſtimoniũ. Ego
a Superbiam. b Indomabilem.
enim ſcio contentionẽ tuam, & ceruicem tuam duriſſimam.
a Sic Chriſto in carne cum Iudæis conuerſante.
Adhuc viuente me & ingrediente vobiſcum, ſemper conten 2
a Dicente, dæmonium habes, & huiuſmodi. b Mortuo ſecundum carnem Chriſto, apoſtolos perſecuti ſunt, & nomen eius delere conati ſunt.
tioſè egiſtis contra dominum, quanto magis cum mortuus
a Sapientiores. In ſenſibus eſt ſapientia.
b fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus ve-
a Quibus lex committenda. b Intelligentibus. Vt ſint inexcuſabiles.
Cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Luc. 12. b.
ſtras atq; doctores, & loquar audientibus eis ſermones iſtos
Cæleſtes. Terreſtres.
& * inuocabo contra eos cælum & terram. Noui enim quod 3
poſt mortem meam inique agetis, & declinabitis cito de via
quam præcepi vobis, & occurrent vobis mala in extremo
a Quem nihil latet.
tempore, quando feceritis malum in conſpectu domini, vt
a Qui natura mitis. b Non ſolum per cogitationes.
c irritetis eum per opera manuum veſtrarum. Locutus eſt ergo
Moyſes audiente vniuerſo cœtu Iſrael verba † carminis hu-
ius, & ad finem vſque compleuit.

Ibi terra quæ conti-
A net manna, id eſt caro
Chriſti, in qua cibus
vitæ æternæ. Ibi virga
Aaron, quæ fronduerat,
quia ibi ſacerdotiũ
Chriſti quod manet
in æternum vel in per
petuum, vt ſit ibi con
tra te in teſtimoniũ.
Verba legis cuſtodiẽ-
tibus ſunt ad ſalutem
contemptoribus in te
ſtimonium contuma
ciæ & inobedientię.
vnde: *Eſt qui accuſat* Ioan. 5. g.
*vos Moyſes, in quo ſpe-* * teſtis.
*ratis. Si enim credere-*
*tis Moyſi, crederetis &*
*mihi forſitan, de me e-*
*nim ille ſcripſit.* & ali- Io. 12. g.
bi: *Sermo quem ego locu*
*tus ſum ipſe iudicabit.*
a *Tollite.* ✲ PROC. Ceterum in medium concedit lex, indicio quod noua per Chriſtum edenda oracula non longe ſunt defutura. Nam & legem quoq; in ſacris cętib. recipere oportebit,
B minimeq; reiicere. Veruntamen primæ ei non deferuntur.
b *Congregate:* IDEM. Vox quidẽ Dei vna eſt erga omnes quot quot earundem virtutũ & dogmatũ ſe ſubmittũt imperio. Imprimis vero ad eos D qui dignitate præſtãt aliis, pertinet. Quos ideo conuocare dignatur, quo dicto audientiores faciat. Horum enim vultu obedientiã pendere oportebat. Teſtimonium autem ſuum præmittit, quo futurorũ malorum culpa ſeſe eximat Deus, & quod ea mẽtis mutatione euitari poſſint indicet.
c *Locutus eſt ergo.* E Verba Moyſi non ſimpliciter ſunt accipienda, quia ſecundum hiſtoriam Iſraelis largitori Deo ingratis exprobrãt perfidiam, & allegorice ſanctã inſtruit eccleſiam, & ad morum honeſtatem prouocat per tropologiã. Seruanda eſt ergo in hiſtoria veritas, in allegoria myſteria, in tropologia diſciplinæ vtilitas, vt ſic ad cæleſtis theoriam prouehamur. Notãdum quoq; quod dicitur: *Locutus eſt Moyſes verba carminis huius, &c.* vt qui Deum ore laudat, opere non contradicat. *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.* Eccl. 15.

† vel canticum.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Tollite librum. *Dicunt aliqui Hebræi, quod erat in latere arcæ, tamen exterius ſuper quandam tabulam in latere arcæ prominentem. Alij autem dicunt, quod erat interius iuxta tabulas.*
2 Semper contentioſe egiſtis. *Vt patet in Exod. & lib. Num.*
3 Noui enim quod poſt mortẽ meam. *Hoc antẽ cognouit Moyſes per ſpiritum prophetiæ. Cætera patent.* E

*ADDITIO.*

*In capit. 31. vbi dicitur in poſtil. Et hæc cauſa tangitur cum dicitur a Moyſe,* non poſſum ultra ingredi, &c. *Hoc quod dicitur a Moyſe,* non poſſum ultra ingredi nec egredi, *propriæ eſt intelligendum propter corporis impotentiam ratione ſenectutis. Quod patet ex hoc quod immediate præmiſit. Centum viginti annorum ſum hodie q. d. ætas mea iam hoc non patitur quod ego ſim ductor veſter. Similiter ex hoc quod ſequitur.* Nõ poſſum vltra ingredi & egredi: *quod denotat impotentiam eundi ad vnam partem vel aliam. Idem patet ex hoc quod ſequitur, Præſertim cum dominus dixerit mihi:* Non tranſibis, &c. *Si enim ſolum hæc prohibitio domini, eſſet ratio ſuæ impotentiæ, non diceretur præſertim, quod denotat aliam rationem a prædicta:* Nec obſtat, *quod allegat poſtillator de hoc quod dicitur infra vlt. c.* Non caligauit oculus eius, &c. *quia hoc attribuendũ eſt alij cauſę, prout ibidem dicetur: Si forte contra hoc dicatur, quod ex quo Moyſes erat prohibitus a domino ne tranſiret Iordanem, non debuiſſet impotentiam ſuam pro cauſa aſſignare, ne ex hoc uideretur, quod ſi non eſſet ſic impotens, tranſiſſet. Ad hoc dicendum quod ſuam impotentiam eis popoſuit ad eorum conſolationem, ne crederent quod Deus amouebat ab eis ducatum Moyſi in pœnam eorum q. d. non debeti contriſtari de abſentia mea, quia iam ſum impotens ad ducendum vos preſertim, &c.*

CAP. XXXII.

a Audite cæli. In principio maxima elementa in teſtimonium vocat, vt ſi mandata neglexerint, eorum teſtimonio conuictos puniat.

Hebraicè שמים Samaim, id eſt cęli, quod eſt plurale & maſculini generis, ſed volunt ſingulariter intelligi, ſicut ſingulas ciuitates Thebas & Athenas dicimus.

CAP. XXXII.

Metonymia. a Attentum facit. Qui habet aures audiendi audiat. b Cæleſtes.
Maiores qui intelligere poſſunt. c Terreſtres, ſenſibus intenti.
a Audite cęli, quę † loquar, audiat terra verba oris mei. 1

† & loquar Quæſt. 40

✲ THEODO. Iuſſus eſt Moyſes conteſtari cælũ & terram, nõ quod animata ſint & ratione prædita, ſed quia creaturas oẽs comprehendunt. Hoc idem fecit Iſaias propheta: *Audi, inquit, cęli et auſculta terra, quia dominus locutus eſt.* Quoniam ergo vocauit ea ĩ teſtimo
C nium comminationis, merito poſt tranſgreſſionem legũ cõtremuiſſe dicuntur & obſtupuiſſe. Sic Iacob & Labã tumulum vocauerunt, tumulum teſtimonii. Abraham patriacha & Abimelech Rex Gerare, puteum iuramẽti, eo quod cum iureiurando iniiſſent fœdera.

✲ PROCOP. Quoniam ea oracula longis poſt temporibus euenere, mortale vero diuturnum nõ eſt, diuinas & immortales, hoc eſt, longæuas terræ partes teſtimonio rerum futurarum inuocat. Nam & alibi Deus per Moyſen loquitur. Cũ vero an cõtra Iudæos tantũ huiuſmodi voces proferatur, haud ſciã, cęlum & terra inuocantur merito. Quæ gentes per torum orbem verſantes ac cęleſtib. ſedib. dignas, repræſentant.

*Audite cęli.* RAB. Audiant cæli allegoriam, terra hiſtoriam. F

☞ Quidam

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXII.

1 Audite cæli. *Deſcripta inſtitutione ducis, hic conſequẽter deſcribitur exhortatio plebis ad perſeuerantiam in lege & diuinis mandatis, & hoc per canticum ab eis memoriter tenendum, & decantandum, in quo Moyſes pręmittit procinium, ſecundo exequitur intentum, ibi.* Date magnificentiã, *tertio ponit epilogum ibi:* Venit ergo Moyſes. *In prologo excitat attentionem populi ad dicenda, primo ex verbi firmitate cum dicitur.*
Audi. *Ac ſi dicatur, ſicut cęlum & terra ſunt res ſtabiles, ſic mei ſermones, ſecundo ex utilitate, cum dicitur.*

✲ 1 Concre

A Quidam cœlum & terram quaſi animata ad audiendũ ꝓuocari putant ſecundum illud: *Qui reſpicit terram & facit eam tremere*, cum hoc Dei poteſtatis ſit non eorum intelligentiæ.

Pſ. 103. d. Iſa. 1. in Lu. c. 7.

✻ RVPERTVS. *Audite celi*. id ē Apoſtoli, *audiat terra*, id eſt, colligenda de cunctis gentibus Eccleſia, & derelicta hac gente ſtulta, proficiſcimini, vt in omnem terram exeat ſon⁹ veſter in unitate gentes ad laudãdum Deum, vt non dubitet terra quõdã deſerta ſuſcipere pluuiam de ſummis cælorum, id eſt, prædicationem de ore Apoſtolorum.

Stillet † el venti at aſſpirat⁹ & vapores cal. itero. vtus pluuię qui pflat.

a *Concreſcat* Doctrinã legis pluuiæ, & rori comparat, quia a fide liũ cordib. germina ſpiritalis fructus exigit. Hæc. n. ſũt ager & vinea Dei. Tale eſt illud Eſaiæ. *Quomodo deſcendit imber, & nix de cęlo, & illuc ultra non reuertitur ſed inebriat terram & irrigat faciem eius, & germinare eam facit.*

Eſa. 55. c.

a ¶ Id eſt multiplicetur pluuia quæ innumerabiles habet guttas, & Dei inſcrutabilia ſunt iudicia.

a † Concreſcat in pluuiâm doctrina mea, fluat, vt ros eloquium

a ¶ Quam viuere facit & creſcere, ſic doctrina auditorum corda, vt proferant virtutum germina.

b meũ. Quaſi † imber ſup herbâm, & quaſi ſtillæ ſup gramina,

a ¶ Id eſt virtutes & magnalia Dei cantabo.
b ¶ Deum magnificare, eſt corde, ore, & opere maieſtatem eius prædicare.

c quia nomen domini inuocabo. Date † magnificentiam Deo

a ¶ Qui perfectus eſt. b Quia omnia diſcrete & ordinate facit.
¶ Id eſt omnia mãdata eius iuſta, vnde iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa, & alibi: Pronunciaui omnia iudicia oris tui.

d noſtro, Dei perfecta ſunt opera & oẽs viæ eius iudicia. Deus

a ¶ Promiſſa fideliter implens & minas. b ¶ Quia æquitas eſt. c ¶ Pro meritis retribuens malis mala.
d ¶ Bonis retribuendo bona. e ¶ Quia a Deo patre degenerauerunt.

e fidelis & abſque vlla iniquitate, iuſtus & rectus. Peccauerũt ei

a ¶ Infideles, qui ex patre diabolo. b ¶ Idolis.
¶ Peccatis. Nihil ſordidum, niſi peccatum, cætera. n. naturaliter bona ſunt.
c ¶ Senſu & voluntate. d ¶ Operatione.
¶ Beneficia ingrata. ¶ Id eſt pro bonis reddens mala.

f g & non filii eius in ſordibus. Generatio praua atque peruer-

✻ PROCOPIVS. Cum nubis inſtar Moyſes eſſet, iſto dicẽdi genere vtitur, Sic. n. ſancti appellantur. De quib. dictum extat *Veritas tua uſque ad nubes*. His vero verbis hortatur, vt locum apud ſeipſos parent. in quo eloquia iſta excipiũt, quęadmodũ agricolę terram parare ſolent, quo nulla elabatur aqua. Dein

B de lenitatẽ & verborũ modeſtia q̃ paulatim ſubſidũt, corque molliuſculũ ferax reddunt, cum ea roris proponit nomine.

✻ RVPERT. Quomodo pluuia cõcreſcit? Quomodo fluit ros? Notum eſt quia de deorſum tenuem nebulã exhalantib. aquis humor in nubib. denſeſcit, & de nubib. in terram concreta pluuia deſtillat, ros autem ſine nubib. nocturno frigore concretus, de cęlo in terrã matutino ſereno cadit. Sic celi. id eſt, Apoſtoli qui enarrauerunt nobis gloriã Dei gloriã illam partim per ſtudium, partim p ſolam didicerunt reuelationẽ Dei. Quod legendo didicerunt, nobisq; loquẽdo refuderũt quaſi de deorſum humorem ſuſceptum, & in pluuiã concretũ, gratioſę nubes p herbam reddiderunt. Quod p ſolã reuelationem didicerunt, quaſi rorẽ nocturnũ meditando cõgregauerunt, & prædicando vel ſcribẽdo ſuper leta fidei vel ſpei noſtræ gramina diſtillauerunt.

Vt ſupra

b *Super herbam*. ✻ PROCO. ἀγρῶστις herba quædam eſt, ſuper terra ſerpens, ac altis radicib. tenuib. multis ac frequentib. terram ſuæ humiditati reſiſtentẽ complectitur, altioreſq. ne euehatur radices agit. Ad hunc modum in mentis profunditatem verbi ſui imbrem dimittere dignatur, ne forte qui non excipiunt exareſcat, & tanq̃ herba arida abſumatur, fortaſſis propter ſterilitatem fœni & ἀγρώστιος ſterilitatem eorum qui audiunt innuit.

c *Nomen*. Demonſtrat q̃ ſit pluuia. Nomen. n. domini inuocare, eſt euãgelium prędicare, quod quia audit & facit, fructũ vitæ poſſidebit.

d *Dei*. Vnde. *Perfecti ſunt cęli, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitq. Deus die ſeptimo opus ſuum*, quod eſt redemptio humani generis, quam oſtendit nobis, quando perficiens ſpirituale ſabbathum in ſepulchro requieuit.

Gen. 2. a.

e *Pecca*. ✻ PROCO. Nihil humile aut creaturę ſimile de eo cõcipiatis. Porro Dauid quoq; ait magnificate do. mecum. Si n.

C eius opera magni ſiunt, quanto magis ipſe eorum conditor.

Ex operũ. n. magnificentia, ipſorũ opifex perſpicitur. Necnõ Iſaias inquit: *Oculos veſtros extollite, & videte qs hæc deſcripſit.*

D

*Peccaue*. AVGVST. Lxx. Peccauerunt non ei filii vituperabiles. Qui. n. peccat, nõ Deo peccat, id eſt, nocet, ſed ſibi. Sed ſi hoc generaliter dictũ eſt, quõ leg. tur: *Tibi ſoli peccaui, & malũ corã te feci*, & illud

1 Hiere. *Tibi peccauimus*
2 *patientia Iſrael domine*, & alibi. *Sana animam meam quia peccaui tibi*. Querendum eſt q̃ quo que vtrũ idẽ ſit peccare Deo, quod pec-
3 care in Deũ. vnde. *Si in*
4 *Deum peccauerit vir, qs orabit pro eo*. Dicã qd mihi in præſentia videat, aut alio tempo-
5 re quantũ Deos adiuuerit. Peccare in Deũ eſt ĩ his quę ad cultũ
6 dei pertinẽt peccare.
7 Sic peccabãt filij Heli. Sic exiſtimãdũ eſt
8 peccare ẽt in homines, quæ pertinent ad hĩem, vt dicitur ad Abimelech de Sara *Propterea peperci tibi ne peccares in me*. Peccaſſe domino illi dicuntur, qui peccati ſui penitentiam agunt, vt glorificetur ignoſcens. Ideo cum dixiſſet Dauid. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci*. ſubiecit. *Vt iuſtificeris in ſermonib. tuis. & uincas cum iudicaris*. Siue cum dominus deus dicit: *Iudicate inter me & uineam meam*. Siue de Chriſto intelliguntur qui ſolus veriſſime dicere potuit. *Venit. n. princeps mundi huius, & in me non habet quicquam*, ſ peccati, quod morte dignum ſit. *ſed ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem, &c.* Quaſi etſi leuiſſima peccata mortis ſupplicio perſequatur princeps mundi huius, in me non habet quicquam, ſed ſurgite eamus hinc, id eſt, vt patiar, quia in eo q̃ patior impleo voluntatem patris mei, nõ pęnam ſoluo peccati mei. Qd ait Hieremias. *Tibi peccauimus patientia Iſrael domine*, ſuppliciter dr̃ in pęnitente cum ſpe ſalutis & venia. Et cum dicitur: *Sana animam meam, quia peccaui tibi*. hoc ait, vt glorificetur deus ignoſcendo. qa magna miſericordia ei⁹ ſup cõfidentes ſibi & redeũtes, qui nõ uult mortẽ peccatoris. Hinc Dauid, cũ argueretur per Nathan reſpondit. *Peccaui domino*. Medico. n. vulneratus videt quodammodo, q ſe ſubdit ei, vt ſanetur, vt in eo medicinæ opus impleat. In hoc autem cantico præuidebat propheta quoſdam ſic peccaturos, vt nec pęnitentiã agere, nec ad deũ vellent redire, vt ſanarẽtur. De qb. dicitur. *Quia caro ſunt, ſpiritus uadens, & non rediens*. Poteſt ẽt ſic intelligi. Peccauerunt, non ei, ſecundum id quod non ei nocuerunt peccato ſuo. ſed ſibi.

Gen. 20. b.

Io. 14. d.

E

*Peccauerunt*. ✻ PROCOPIVS, Aquilas reddidit, corruperũt ei non filii eius, Symmachus vero, corruperunt ipſum nõ filii ei⁹ in vniuerſum. Amborũ vero hæc ſententia eſt. Adoptionem ſuam pernegauerunt. Corporeo quidẽ modo, qd ex nihilo ꝓducti, iuxta creatoris ſimilitudinẽ, creaturam, creator neglecto, coluerunt. Spirituali vero quod oĩs qui peccat, vt ait Chriſtus a diabolo natus eſt.

✠ PARAPHRA. HIEROSOLYM. ſic habet. Corruperunt filii opera ſua & non coram eo corrũpũt, ſed ſibi, eo quod corruperunt data eis in eis generatio praua & peruerſa, quia peruertit opera ſua, etiam ordines mũdi peruerſi ſunt ꝓpter ea.

Io. 1. b. Io. 8. e.

f *Et non*. Quia non ex fide. *Dedit enim eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his q credunt in nõ eius*. infidelib. aũt dr̃. *Vos ex patre diabolo eſtis*.

g *Generatio praua*. De qua in euangelio. *Generatio praua atque*

F

☞ *peruer-*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Concreſcat. *& dicitur. Concreſcat, id eſt, concreſcere faciat opera uirtutum*. 2 Doctri. *ſicut ros & pluuia creſcere faciunt terrã naſcẽtia. tertio ex auctoritate, cum dicitur*. 3 Quia. *q. d. non loquor autoritate mea, ſed diuina*. 4 Date. *Hic Moſes exequitur intentum, & primo oſtendit Deum eſſe perfectiſſimũ & optimum. ſecundo colendũ, ibi: Nunquid, & c. tertio iudicium eius eſſe iuſtũ ibi*: Vidit dñs. *Circa primum exprimitur primo Dei perfecta bonitas, ſecundo per oppoſitum populi malignitas, ibi*. Peccauerunt. *Perfectionem autem diuinæ bonitatis oſtẽdit ex ſeptem conditionib. Primo quia magnus eſt in proprijs quod notatur cum dicitur*. Date magnificentiã Deo noſtro. *ſecundo perfect⁹ in factis, ibi*. Dei perfecta ſunt opera. *tertio, uerus in iudicijs, ibi*: Et oẽs viæ eius iudicia. *quarto fidelis in promiſſis, ibi*. Deus fidelis. *quinto ſanctus in donis, ibi*, Et abſq; vlla iniquitate. *quia nulli iniuriatur, ut det uni gratiam & non alteri, ſed totũ facit ſancte, licet aliter aliquando uideatur ab homine, Mat. 20. b.* An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum. *ſexto iuſtus in præmijs reddendis, ibi*. Iuſtus. *ſeptimo rectus in pœnis inferendis ibi*. Et rectus. 5 Pecca. *Hic per oppoſitum. oſtenditur populi malignitas, cum dicitur*. Pec. *ſ. idololatriæ*.
6 Et non. *Quia ex hoc qui prius filij Dei erant per gratiã, facti fuerũt filij perditionis per culpam*. 7 Generatio. *Per corruptionẽ affectus*.
8 Atque peruerſa. *Per corruptionem intellectus*.

✻ 1 Hæc.

MORALITER.

✻ 7 *Generatio*. Propter corruptionem affectus, qua clerici frequenter diligunt malos & perſequuntur bonos & exaſperãs per corruptionem intellectus, qua frequẽter in cauſis vertũt

 in men-

Mat. 12. c. *peruerſa ſignum quærit*, Et alibi. *Genimina viperarum quis oſtēdet vobis fugere a ventura ira.*

A Luc. 3. b. Rom. 11. d. a *Nunquid non, &c.* Qui omniū creator & cōditor vnus Deus a quo ipſa, & p ipſum, & ĩ ipſo ſunt oĩa. Præpoſterus ordo. primo enim creauit Deus diſponendo vt eſſet ſecundo fecit formando, tertio dominando poſſedit.

✻ PROCOPIVS. Qui n. ex manu hoſtium ſeruū eripuit, iure vtique tenet quē redemit. Ex fictitiis vero Diis te aſſeruit, nec tñ herum ſerui, verum patrem filii vocat. Qui ob id primogenitus vocatur, ipſomet dicente, *filius meus primogenitus Iſrel.* Quod vero maius eſt, ſubintulit, *veluti quod fecit, te & cōdidit.* Quod ipſi⁹ opificiū denotat. At vero eius quoque nomine. pater vocari dignatur. Verum fecit & condidit ſimul poſita, filio ſecundum naturam diſtingunt ac aditum eſt alterum, vt ex gratia nec natura pater eſſe intelligatur. In progreſſu vero capitis, cum genuit dixiſſet, non patris nomen, verum Dei prapoſuit, dicens, *Deum qui te genuit.* Ne generatio naturalē filiorū conditionem ſignificaret. Quapropter hereticorum argutiæ valeant, qui in idem facere, condere, & gignere cum redigūt, naturalē Dei filiū cōditū eſſe magna gloriatiōe aſſerunt.

(margin: †vt priorū aut ſeruū iudices ex quo mundus eſſe cœpit.)

B b *Creuit.* Creauit, dum materiam vnde formari poſſit condidit. Stultus ergo & inſipiens, quia creatorē, & factorē ſuū digna veneratione non colit, immemor eius beneficii, quo eū Deus de manu inimicorum erũit & poſſedit, per mare rubrū duxit, manna de celo dedit, ipſe ingratus idola coluit dicēs. *Hi ſunt dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti.* Exo. 32. d.

c *Patrem.* Doctorem legis & prædicatorem euangelii, cuius doctrina & exemplo. ſ. inſtruaris.

d *Quando diuide.* Quaſi cum multitudo hominū innumerabilis ſit filios tātum Iſrael in hæreditatem ſuam dñs elegit, quibus potentiam ſuam, & ſecreta ſua per legis & prophetarū manifeſtabat indicia.

✻ PROC. Initium gentium diuiſionis in diſperſione filiorū C Adam factum iuxta numerum anelorum Dei occaſionē ei pbuiſſe linguarum, quæ in turris extructione accidit, cōfuſione videtur. Qm̃ enumeratio filiorū & nepotū & neptū Noe non longe eſt deſcripta. Quæ complectitur inſtituta genium quarum ſeptuaginta exiſtunt numero. Ac ēt Iacobi filii & nepotes in ſeptuagenarium numerum concludūtur, qui in Aegyptum deſcenderūt. D

a ¶ Pro beneficiis,

a ſa, hęccine rēddis domino populę ſtulte & inſipiens? Nun-

a ¶ Creatione non generatio. b ¶ Per fidem expulſis errorib. vindicauit ſibi. c ¶ Id eſt ad imaginem formauit.

b quid non ipſe eſt patēr tuus, qui poſſēdit te, & fēcit & creauit

a ¶ Vt ad Deum tedeas. ¶ Quib. data beneficia. b ¶ Quando elegit patres tuos in populum peculiarem tibi. c ¶ Quib. elegit Abraham, Iſaac, & Iacob. ¶ Nulli enim deſuit liberalitas creatoris.

te? Memēnto diērum † antiquorum: † cogita generātiones

a ¶ Anteceſſores. b ¶ Opera Dei quæ pro gente tua fecit. c ¶ In antiquis eſt ſapientia, &c.

c ſingulas. Interroga pātrem tuum, & annuntiabit tibi: † maiores tuos, & dicent tibi.

¶ In confuſione linguarum.

d Quando diuidebat altiſſimus gen-

a ¶ Diſſeminando per omnes terras. b ¶ Hyperbole, i. eſt tot conſtituit ſingulas gentes, quot erant ſingulæ perſonæ in populo Iſrael, vel quot ingreſſæ ſunt in Aegyptum, id eſt ſeptuaginta. ¶ Vel ſtatuit.

e tes, quando ſeparabat filios Adam. Conſtitūit † terminos
f populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem

e *Conſtituit.* GREG. Alia editio. Statui termi- Hom. euang. Myſt. Mar.
1 nos gentium iuxta
2 numerum angelorū
3 Dei. Vbi videtur mini
4 ſteria angelorum ſup
gentes ſingulas vel ēt
5 homines ordinata ſi-
† gnificare, quib. regant
6 & defendantur. vnde.
*Angeli eorum ſemper vi-*
7 *dent, faciem patris mei.*
8 Dei. n. ciuitas ex ange
9 lis & hominib. conſtat
10 ad quā tanti conſcen-
11 dunt hominū quāti il-
12 lic remanſerunt. ange-
13 lorū, q̄ ex hoc pōt haberi. Statuit terminos gentium ſecundum numerum angelorum Dei. Debemus ergo ex imitatiōe eorū ad vſū noſtræ cōuerſationis aliquid trahere, & æmulatione boni ſtudii nos inflammare, vt ſimiles ſimus illis ad quos debemus aſcendere. Diſtinctę. n. conuerſationes hominum diſtinctis congruit ordinib. angelorum, & in eorum ſortem per conuerſationis ſimilitudinem aſcendunt.

(margin: † inte... vel at...; † ſene... E; † id ē ... nes ... bet p... lo hal... das.)

✻ SEVERVS. *Conſtituit.* Hęc verba hūc habent ſenſum. Omnibus gentib. diuiſis, angelos ſm eundem numerum præfecit, attribuens aliquem vnicuique ad cuſtodiam menſura & numero. Non. n. gentium terminos eiuſdem numeri myriadū angelorū, qui ſine numero ſunt, fecit, ſed terminos ſm numerum prefectorum Angelorum diſtribuit. Secundum igitur hanc prouidentiam, quæ continet omniū hominū vitam, & illud quod vnuſquiſq; eſt erant quodam modo omnes gētes eiuſdem conditionis, quæ habent ad cuſtodiam angelos fauētes. Poſtea vero Iſraeliticam gentem ob cognitionem ſuū familiarem ſibi feciſſet, partem propriam & funiculum & hęreditatem nominauit. F

(margin: In epi. Trib. Ex ca. Græc.)

f *Pars autem domini populus eius.* Cum Deus vniuerſas gentes creauit, ſolos Iſraelitas elegit, quos ſua cognitione ſignis & miraculis glorificauit.

a *Funi-*

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Hæccine reddis. *ſ. malum pro bono.*
2 Popule ſtulte. *Credens vtile quod non eſt.*
3 Et inſi. *Non cognoſcens vtilitatem vbi eſt.*
4 Nunquid. *Hic conſequenter oſtenditur Deum eſſe colendū, & ex ſeptem beneficijs Primum eſt primæ creationis, quod notatur, cum dicitur.* Nunquid. *colendus & venerandus. q. d. ſic.* (margin: Dei beneficia ſeptē Iudęis impenſa.)
5 Et creaui te. *In eductione de nihilo.*
6 Fecit. *In diſtinctionis primordio.*
7 Poſſedit. *Conſeruationis auxilio, quod ſi ignoras.*
8 Memento, &c. *Per tuam cognitionem reducendo generationes ad primam creationem.*
9 Interroga patrem tuum. *vt diſcas per aliorum narationem Secundum beneficium eſt gratuitę electionis, quia elegit populum Iſrael. præ alijs & quantum ad hoc dicitur.* (margin: Secundū)
10 Quando diui. *confuſione linguarum, quia per hæc diuiſę ſunt gentes, & diffuſæ per mundum.*
11 Conſtituit. *Qui diſtincti ſunt ſecundum. 70. linguas,*
12 Iuxta. *Qui ingreſſi ſunt Aegyptum cum* Iacob, *qui fuerunt 70. vt habetur.* Gen. xlvi. e *vbi dicitur* Omnes animæ dom⁹ Iacob, quæ ingreſſæ ſunt Aegvptpm, fuere 70. *& ſm hoc ſunt 70. populi diſtincti ſm diuerſas linguas ſeu idiomata. Tranſlatio* Lxx. *habet.* Iuxta numerum filiorum Dei, *per quos aliqui intelligūt angelos. ita quod ſm eos tot ſaluabuntur homines quod remanſerunt angeli boni vel tot homines quot ſunt angeli ſtantes & cadentes, vt dicunt aliqui & ſecundum hoc dicitur hic.* Conſtituit. *determinatur numerus electorum.*
13 Pars. *Quia populus Iſrael fuit Deo ſpecialiter dedicatus. Tertium beneficium eſt ſeparatio ab errore idololatriæ. primo Chaldęorum, vnde abſtulit* Abraham, *vt habetur Gene. 11 & quantum ad hoc dicitur.*

✻ 1 Inuenit

## MORALITER.

✻ in mendacium veritatem & econuerſo.
1 *Hæccine.* malum pro bono populo. Propter defectum bonę cognitionis.
3 *Et inſi.* propter defectum bonæ affectionis. non. n. ſapiūt ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ ſunt hominum. Conſequenter hic arguitur ingratitudo malorum clericorū in ſpeciali, cum dicitur.
4 *Nunquid.* faciendo te naſci. q. d. ſic.
† *Qui po.* gubernando.
† *Et fe.* promouendo.
5 *Et cre.* in eccleſiaſtica dignitate te ſtatuēdo, eo modo quo dicitur prælatus creari, quando ſtatuitur in dignitate.
8 *Memento dierum, &c.* In quib. Leuitę præ cæteris filiis Iſrael fuerunt electi.
† *Cogita ge.* Per quas clerici fuerunt eleuati.
9 *Interro.* Ieſum Chriſtum.
† *Et an. ti.* ſ. in euangelio.
† *Maio. tuo.* id eſt apoſtolos.
† *Et di. ti.* qualiter ipſi fuerunt præ cæteris illuminati.
10 *Quando.* Quia populum Chriſtianū diuiſit per diuerſas diœceſes ſub archiepiſcopis, epiſcopis, & alijs curatis.
✱ 1 Loquutuſque eſt. *hic deſcribitur conſummatio legiſlatoris Moſis, & primo ei mors a domino prædicitur, ſecundo populus Moſe benedicitur, cap. 33. tertio moritur & ſepelitur, cap. 34. Circa primum dicitur Moyſi.*

2 Aſcende in. עברים *Abarim eſt nomen montis magni, &* נבו *Nebo cuiuſdam partis ſupereminentis in illo: vnde melius uideri poterat terra promiſſionis.*

3 Et uide

3 Et vide terram. *hoc dicitur ad eius conſolationem, ut quam non poterat ingredi, poſſet tamen intueri.*

4 Et morere in. *quia hoc diffinitum eſt apud me.*

5 Iungeris populis tuis. *in libro ſanctorum patrum.*

6 Sicut mortuus. *id eſt ita ſuauiter & qete, de cuius morte dictum fuit Num. 20. & ſubditus cauſa quare ambo mortui ſunt ante ingreſſum terræ promiſſionis, cum dicitur.*

7 Quia preuaricati. *de qua præuaricatione dictum fuit.* Num. 20.

✱ CAP.

*ADDITIO. I.*

*In c. 32. ubi dicitur in Poſtil. hic conſequenter deſcribitur exhortatio ple. &c. Hoc carmē Moſaicum non eſt exhortatorium ſeu comminatorium, ſed mere propheticum, in ipſo enim non ponuntur aliqua uerba comminatoria nec conditionalia, vt dicendo. Si hoc feceritis uel non feceritis, continget vobis hoc vel illud, vt ſupra c. 28. ubi procedit non ſolum prophetice ſed etiam comminatorie, ut ex ipſo modo loquendi ibidē patet: ſi. in hoc cap. prophetice tantummodo denunciabantur ea quæ uētura erant circa ſtatum illius populi in his quæ ad diuinum cultum uidētur pertinere: & hoc prædicendo circa peccata magna eorū futura quibus Deus illum populum a ſua ſpeciali familiaritate ſaltem pro minori parte abiecturus erat pertinebat enim ad perfectionem Moſaicæ prophetiæ, ut Moyſes qui legiſlator fuerat uet. teſt. & tanquā principalis Dei miniſter populum illum adduxit ad diuinum cultum, prophetando prædiceret ultimum, ad quod lex per ipſum data deueniret. Quod quidem vltimum erat, ut populo illo ſuis peccatis a Dei peculiari familiaritate pro maiori parte excluſo, aliqua pars eorum cū Gentibus in cultum diuinum adunaretur, quod fuit impletum ſub Chriſto, & ſic ultimum in Moſaica doctrina cōtinuatur cum exordio publicationis legis Chriſti in qua Gentium vocatio in populum Dei per apoſtolos fuit inchoata, unde & hoc carmen tanquam maxime notandū diſtrictiſſime cōmendatur a populo retineri, de quo dicitur in præc. c. Nunc itaq; ſcribite uobis canticum iſtud, & docete filios Iſrael, ut memoriter teneat, & ore decantent, & ſit mihi carmen iſtud pro teſtimonio inter filios Iſrael Quæ quidem prophetica denunciatio proponitur abſque aliqua conditione ut patet intuēti, ſicut in dictis prophetarum ſæpe contingit, quod prophetæ aliquando denunciant futura, prout ſunt in diuina præſcientia, quæ infallibilis eſt: & ſic contenta in hoc ca. ſunt mere prophetica, non autem exhortatoria nec comminatoria. Illa uero quæ ſuperius in prædicto c. 28. dicuntur, quæ ad hanc materiam pertinent, comminatorie ſeu permiſſorie & etiam cōditionaliter intelligenda ſunt prout ſonant, & hoc propter cōtingentiam humanorum actuum, quam non tollit diuina præſcientia ſeu prouidentia prout in 1. p. q. 22. in corpore quæſtionis, & ē in reſpo. ad ult. arg. licet ēt prophetice intelligantur vt iam dictum eſt. Item quod hic dicitur Audite cæli & aurib. per. ter. & c. intelligendum eſt per modum atteſtationis: nā ſtatim ſupra ante huiuſmodi carminis propoſitionem dicitur. Et inuocabo contra eos cælum & terram, ubi in He. habetur, & teſtificabo contra eos cælum & terram, qualiter autem cælum & terra intelligantur eſſe teſtes, habetur ex gloſ. ord. quæ ubi dicitur cælum, interpoſuit cæleſtes: & vbi terram, terreſtres: & ſic vocantur hic in teſtes angeli beati qui cæleſtes ſunt. Similiter per hoc quod dicitur Terra, inuocantur animæ ſanctorum patrum, quæ nondum erant in cælo, vt quando ea quæ continentur in hoc c. populo contingerent, prædictæ creaturæ cæleſtes & terreſtres teſtificarent iuſtitiam & veritatem diuinam in abiectionem huius populi propter demerita eorum, unde Iſa. cuius tempore ea quæ hic prænoſticantur ad executionem procedere incipiebāt, ab huiuſmodi Moſaica atteſtatione ſuam prophetiam incepit dicens Audite cæli, & auribus percipe terra, ubi gloſ. Sicut populo Iſraeli per Moyſen dictum fuit. Audite cæli loquar, & audiat terra uerba oris mei: ſic poſt præuaricationem populi, eos uocat in teſtimonium, ut omnia cognoſcant deum, ut ultorem ſuorum mandatorum ad iracundiam concitatū, ut in glo. Vnde aduertenti vtrunque capitulum, ſ. iſtud, & primum Iſaiæ, ſatis patet, quod ea quæ in hoc capitulo prænoſticantur, in illo capitulo Iſa. denunciantur tanquam procedentia ad executionem, dicitur. n. ibi. Filios enutriui & exaltaui ipſi autem ſpreuerunt me &c. & hic dicitur. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es domini creatoris tui, & multa ſimilia.*

*Item circa iſta quæ hic tradūtur de Deo, ſcilicet cum dicitur: Dei perfecta ſunt opera &c. quæ uerba litera ſatis uidetur, prout in Poſtilla exponuntur. Vlterius tamen in eis aliqua ſunt attendenda, quæ ad propoſitum proprie pertinent.*

*Ad quod ſciendum, quod quia Deus promiſerat patribus multa bona ſe daturum illis, ut patet de Abraham Gene. 12. & in quam plurimis alijs capitulis ſequentibus, in quorum executione magnalia fecerat cum eis in Aegypto & in deſerto &c. Similiter & legem eis dederat tanquam populo peculiari, ut Exo. 12. Ideo quod Moyſes in loco deiectionem eorum prophetare & teſtificari intendebat, ne forte quis præſumeret Deo attribuere aliquam imperfectionem, ſaltem in operibus ſuis cum populum imperfectum accepiſſet, uel legem imperfectam dediſſet, & huiuſmodi, ideo in exordio ſuæ atteſtationis dicit: Date magnificentiam*

Deo

A Deo noſtro.q.d.Ex iſtis quæ dicturus ſum nihil imperfectionis Deo eſt attribuendum,nec eius operibus, quia Dei perfecta ſunt opera. Similiter iſta quæ ſequuntur,ne quis debeat reputare contrariari diuinæ miſericordiæ ait. Et omnes viæ eius iudicia.

Circa quod attendendum eſt, quòd viæ domini quibus regit vniuerſum ſecundum Pſal.ſunt miſericordia & veritas, id eſt iuſtitia. Sed in quibuſdam effectibus diuinæ gubernationis magis relucet miſericordia quàm iuſtitia, prout patet de vijs Dei quas Deus Moyſi oſtendit ſuprà Exod.34.Et hoc eſt pręcipue cum Deus procedit parcendo & miserando,ſicut in peccato vituli,de quo ibi agitur.In quibuſdam vero diuinis effectibus magis relucet iuſtitia qua miſericordia, ſicut cum punit peccata,præſertim illa quæ contra diuinum honorem publice committuntur: de quibus in hoc ca.ſpecialiter agitur, oſtendendo qualiter talia fuerunt a populo commiſſa,& a Deo ratione ſuæ iuſtitiæ erant punienda,in quibus iudicijs diuinis diuina fidelitas abſque vlla iniquitate demonſtratur, ex hoc quod nullum malum remanet impunitum, & de hoc dicit: Deus fidelis abſque vlla iniquitate. Similiter & eius iuſtitiæ rectitudo oſtenditur,inquantum punitiones procedentes a ſua iuſticia ſecundum quam iuſtus dicitur,recte correſpondent peccatis: quæ per delinquentes fuerunt commiſſa, prout in hoc capite patebit, & de hoc dicit: Iuſtus & rectus & cætera.

## ADDITIO. II.

In eo.cap.vbi dicitur in Poſtilla.Secundo comminatur eis ſubiectionem reſpectu vilis populi: In his duobus verſibus, ſcilicet ipſi prouocauerunt me,&c.Et ego prouocabo eos &c.notabiliter & proprie oſtenditur rectitudo iuſtitiæ diuinæ in Iudæorum punitione. Ad quod ſciendũ

B quòd Iudæi principaliter receſſerãt a Dei obedientia in duobus. Vno ſcilicet modo colendo idola, vt præcipue patet in hiſtorijs 3. & 4.Regum,& in alijs locis de quo dicitur hic: Ipſi me prouocauerunt, in eo quòd non erat Deus, ſcilicet in idolo quod non eſt Deus, recipiendo illud tanquam Deum.Secundo peccauerunt principaliter contra Deum, non idola colendo.ſed Deũ irritando per vanas & inſanas doctrinas à Phariſæis malitiosè confictas,quibus mandata Dei irritauerunt, iuxta illud Mat.15.a. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones ueſtras. de quo dicit: Et irritauerunt in vanitatibus ſuis. vnde ubi dicitur in vanitatibus ſuis,Glo.inter.in ſuperſtitionibus eorum. Quæ quidem ſuperſtitiones proprie pertinẽt ad doctrinam Phariſæicam, qui præcepta Dei ſic falſe & vanè exponebant, vt intentio Dei pręcipientis irritaretur propter eorum falſas traditiones, vt Chriſtus eis oſtendit circa præceptũ de parentum honoratione in prædicto capitulo. Ex qua quidem falſiſſima doctrina Chriſtum dominum reum eſſe mortis iudicauerunt dicẽtes Ioan.21.b.Nos legem habemus,& ſecundum legem debet mori.propter quæ duo peccata prænoſticant eis duplicem pœnam prædictis peccatis correſpondentem.Pro primo enim peccato,ſecundũ quod coluerunt non Deum pro Deo, Deus puniuit eos correſpondenter aſſumendo non populum ſcilicet populum Gentilẽ in populum Iudæis reprobatis,de quo dixit. Et ego prouocabo eos ĩ eo qui nõ eſt populus vnde glo.ſuper hoc verbo.Sicut irritauerunt me, multitudinem falſorũ deorum colendo,& me reprobando:ſic irritabo eos,multitudinem gentiũ aſſumendo,& illos reprobando.Quę quidem gloſſa in dictis Apoſtoli manifeſte fundatur; qui hanc auctoritatem ad propoſitum allegans ad Ro.

C 10.d.ſic di.primus Moſes ſic dicit: Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem & nõ gentem in gentem &c. Pro ſecundo vero peccato per quod non colendo Deos alienos,ſed ſuperſtitionibus varijs Deum irritando atque blaſphemando a Deo uero receſſerunt, prænoſticat eos fore puniendos per gentem ſtultam, ſcilicet paganorum, quã Deus non aſſumit ſibi in populum,ſed habet tanquam gentem uanam et ſtultam,quæ tamen gens,ſcilicet pagana irritat eos cum quotidie Iudęi ſub eorum dominio habitantes maxime affliguntur & irritantur.de quo dicit.Et in gente ſtulta irritabo illos.Et ſic notandum eſt, quod in hoc loco ſtatus Iudæorum à Chriſto recedentium hodiernus proprie prænoſticatur,qui quidem ſtatus eſt maxime ſeruilis,qui tamen antea fuerat maxime liber,cum ſoli Deo ſeruire regnare eſt ante huiuſmodi peccata ſubdebantur,de quo dicitur ſupra eo.ca. Dominus ſolus dux eius fuit & cæt. De hoc etiam ſtatu ſeruili eorum hodierno paulò ante dixerat, & conſiderabo nouiſſima eorum,id eſt ſtatum eorum tempore legis Chriſti,quod quidem tempus prophetæ nouiſſimum vocant.unde Iſa.2.a.Erit in nouiſſimis diebus.

## ADDITIO. III.

In eodem ca.32.ubi dicitur in Poſtilla: Ideo concluditur. Laudate Gẽtes populum eius. In expoſitione huius verſus. ſcilicet Laudate Gentes quæ concluſio finalis totius huius huius cantici, videtur Poſtillator manifeſte a veritate deuiare. Exponit enim prædictum uerſum, qui ſolus inter cæteros verſus huius cantici conſolationem ſonat de reuerſione Iudæorum a captiuitate Babylonica,quod eſt manifeſte contra Apoſtolum ad Rom.15.qui allegat hunc textum ad probandum vocationem Gentium.Ibi enim inter alias autoritates ſacrę ſcripturę,quas ad hoc allegat iſtum uerſum inducit ſic dicens: Et iterum dicit. Lętamini Gentes cum plebe eius.Vbi notandum, quod in hoc loco ubi tranſlatio noſtra habet Laudate Gentes populum eius. Idem enim verbum omnino ponitur hic & in Pſ.vbi dicitur. Exultate iuſti in domino, & ſic ueritas Hebraica concordat cum allegatione Apoſtoli,& per conſequens prædicta autoritas ad literam intelligenda de vocatione Gentium. Expoſitio autem Poſtillatoris quę eſt ipſius Ra.Sa.manifeſte eſt inconſona literæ;tum ratione iam dicta,tum quia vt litera manifeſto ſonat,in hoc cantico principaliter intendit prænoſticare reprobationem Iudęorum propter eorum maxima peccata in hoc c.aſſignata, vt dictũ eſt. Tum quia a captiuitate Babylonica principaliter fuerunt reducti ex meritis patrum, & etiam ex compunctione ſeu confeſſione eorum,prout ſatis clare habetur ſupra Leui.26.vbi de illa captiuitate & de termino ipſius plene agitur ut ibi fuit expoſitum.In hoc autem capitulo nihil ponitur pertinens ad pœnitentiã ſeu confeſſionem Iudęorũ,nec ad merita patrũ,unde ille uerſus nullo modo eſt allegendus ad reductionem,ſed uere & proprie applicandus eſt, prout allegatur ab ipſo quem ſequitur glo.noſtra ad aſſumptionem Gentilium in populum Dei,de quo dixerat: Ego prouocabo eos in eo qui nõ eſt populus.Ratio autem continuationis huius uerſus ad precedentia declaratur per dicta Apoſtoli ad Rom.11.c.vbi dicit. Cæcitas ex parte cõtigit in Iſrael,donec plenitudo Gẽtium intraret.Et ideo poſtquã Moyſes declarauit in toto cap.preſenti cæcitatem quę in Iſrael contigerat,ſtatim concludit introductionem Gentium in hoc ver.finali dicens: Exultate ſeu lętamini Gentes cum plebe eius,& eſt ſenſus: O vos Gentes exultate cum plebe eius,cũ qua eſtis aſſumpti in populum Dei, quia prędicta cęcitas Iudęorum in veſtrum commodum uerſa eſt: ſed quia in primitiua eccleſia quando Gentes fuerunt aſſumptę in populũ Dei, multę afflictiones & ſanguinis effuſiones contigerunt in ſeruis Dei, ſcilicet in martyribus & ſanctis,ideo ſubdidit: Quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur, quos quidem ſeruos nominat ſiue hoc quod dominentur a Gentilibus uel ab Iſraelitis,quia iam indiſtinctè ab utroque populo,ſcilicet Gentili & Iudaico ſerui Dei,ſcilicet diſcipuli Chriſti affligebantur ſeu cruciabantur.Conſequenter quia in hac uocatione eccleſia Dei fuit fundata & dilatata,ideo finaliter ſubdit: Propitius erit terrę populi ſui, id eſt miſertus erit eccleſiæ ſanctorum,prout in glo. Eccleſia enim Gentium de cuius aſſumptione hic agitur in ſola miſericordia Dei fundatur, nam ſecundum Apoſtolum ad Ro.15.b. Dico enim Chriſtum miniſtrum fuiſſe circuncisionis propter veritatem,&c. Gentes autẽ ſuper miſericordia,unde hæc uidetur uera & catholica expoſitio, ſecundum quam precedentia in hoc cantico ſunt exponenda,ut cum paulo ante dicitur. Reddam ultionem hoſtibus meis &c.non eſt intelligendum de Chaldæis,ſed de Phariſæis & ſimilibus odientĩbus Chriſtum. Et conformiter eſt intelligendum de alijs ſimilibus in hoc capitulo contentis.

D — Pſ. 32. a.

E

REPLICA. In cap.32.vbi Poſtil.optime exponit canticum Moyſi: Audite cæli &c.Burg ponit longam digreſſionem,qui primum cõtra Poſtil.dicit carmen illud Moſaicum non eſſe exhortarium & comminatoriam,ſed mere propheticum ſed Burg qui ſępe allegat glo.ordinariam,in propoſito habet eam contra ſe. Ait enim glo. Hæc verba Moyſi non ſunt ſimpliciter accipienda,quia ſecundum hiſt.Iudęis Deo largitori ingratis exprobrat perfidiam.per allegoriam ſanctam inſtruit eccleſiam, & ad morum prouocat honeſtatem per tropologiam Seruanda eſt ergo in hiſtoria ueritas,in allegoria myſterium,in tropologia diſciplinę vtilitas,et infra addit glo. Locutus eſt Moyſes uerba carminis huius, ut qui Deum ore laudat,opere non contradicat, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris,& infra circa illum verſum. Ego occidam gloſ.dicit. Generalis admonitio eſt. Huic conſonat magiſter hiſtoriarum in expoſitione huius carminis dicens ipſum eſſe monitorium.Burg.igitur irrationabiliter notat Poſtil.ſic exponentem,& mirum unde ueniat hęc ſingularitas Bur. ut dicat in hoc carmine nullum uerbum exhortatorium uel comminatorium contineri,cum Moyſes ad exprobrandum, admonendum & exhortandum fecit ad ſe uocari ſenes per tribus,ut dicitur in litera introductoria carminis. Scio inquit ceruicẽ tuam duriſſimam, quoniam ſemper contentioſe egiſtis contra dominũ me viuente,quanto magis cum mortuus fuero. & infra. Locutus eſt ergo Moyſes uerba carminis huius,&c.unde patet,quod litera ipſa introducit hoc carmen,tanquam exhortatorium &c.cũ quo bene ſtat quod in multis ſit propheticum. Eadem etiam literę introductio eſt comminatoria cum dicitur. Occurrent nobis mala in extremo tempore &c.cũ quo tamen ſtat,quod comminatio ſit prophetica. Neſcio quid mouit Bur. ut tanta digreſſione ſe reſtringeret ad locutionem propheticam ſolum niſi quia forte uoluit aliquid habere contra Poſt. quamuis quo ad hoc non ſit magni ponderis. Et certe comparatio huius c.& primi ca. Iſa. quam Burgen. pro confirmatione ſuæ intentionis adducit,eſt contra eum, & pro intentione Poſtil. Conſiderantι enim diligenter modos loquendi, hic & ibi clare videbitur quod ſtilus eſt duplex,ſcilicet comœdicus & tragedicus, nam prophetando ubi obique exprobrat uitia,comminatur pœnam,exhortatur ad pœnitentiam,promittendo ueniam,& puto raro tã præciſam propheticã reperiri,quin habeat exprobationis mixturã. &c.

F

*In eodem carmine cum Poſtil. exponit illum verſum: Ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo eos de oppreſſione Iudæorum a paganis, vt ſicut ipſi Iudæi coluerunt non Deũ pro deo, ita Deus ſtultum populum Deum ignorantem prætulit Iudæis, ſubÿciendo eos paganorum oppreſſionibus. Burg. non ſtans contentus in tali rationabili & literali expoſitione, exponit prouocationem de electione nõ populi ſ. Gentilis: congregando ex eis eccleſiam Iudæis reprobatis, & irritationem in gente ſtulta exponit de punitione Iudæorum a paganis. Sed hæc Bur. expoſitio etſi poſſet myſtica expoſitione ſuſtineri, literalis tamen eſſe non poteſt, niſi valde extorte. Exorta eſt enim ſententia, electionem populi Gentilis dicere Iudæorum prouocationem, quia ex Iudæis & Gẽtibus eſt a principio collecta eccleſia diuina electione in charitate, non prouocatione, & in fine fiet ex eiuſdem & Iudæorũ reliquÿs vnum ouile & unus paſtor ſine prouocatione, quia prouocatio hic ſonat in pœnam, non in gratiam. Videtur igitur prouocatio & irritatio ad vnũ effectum pertinere, & ſic ad idem pertinent, non populus & ſtultus populus: nam & glo. interli. dicit ad vtrunque pertinere, quia deum uerum ignorans fuit Gentilitas etiam ſtulta, & per conſequens non populus, ſed conuerſa ad Chriſtum facta eſt Dei populus & ſapiens populus. Nec igitur irritatio prouocatio eſt, quia illum populũ aliquando non populũ & ſtultum prætulit. Iudæis incredulis, & ipſos Iudæos illius populi ſubiecit ſeruituti, ut ſic maior ſeruiat minori prout declarat Apoſtolus ad Ro. 11. quem etiam allegat Bur. ſed non ad ſuam intentionem ut patet. Si enim irritatio in gente ſtulta dicitur afflictio Iudæorum a Gentibus prout Bu. vult, dicit utique Chriſtianos eſſe gentem ſtultam, quod in eccleſia tolerari non debet a Iudęo baptizato.*

*Ĩn eo carmine cum Poſt. illum uerſum: Laudate Gentes populũ eius &c. exponit de conſolatione Iudæorum in reditu captiuitatis Babylonicæ, Bur. dicit eum manifeſte a ueritate deuiare, aſſerens eſſe illam expoſitionem contra Apoſtolum ad Rom. 15. qui vt Bur. dicit illum uerſum adducit de uocatione Gentium ad fidem, &c. Hic dico, quod ſi ita eſſet, ut Burg. allegat, non obſtaret quin particularis reductio captiuitatis Babylonicæ ad literam, etiam exponatur de humani generis generali redemptione. Hoc enim ſæpe fit in ſacra ſcriptura, quod tranſitur de parte ad totum, & conuerſo, vt patet in regulis Ticonÿ, quas ponit beatus Aug. 2. de doctrina Chriſtiana. & eſt regula quarta, ſed non apparet ꝙ Apoſtolus hunc verſum aſſumat ad intentionem Burg. nam ſcribens Romanis, diſtinguit in loco allegato inter vocationem Iudęorum & Gentium, dicens in ſententia Chriſtum vocaſſe Iudæos ex debito quodam ad confirmandum promiſſiones patrum. Gentes autem ſuper miſericordia ſine tali præuia promiſſione. Hortatur igitur vtroſque ad Deum honorandum, & ad hoc inducit tria teſtimonia ſacræ ſcripturæ, quorum ſecundum ſumpſit ex hoc loco. Nunc autem inuitare Gentes & Iudæos, imo omnes creaturas ad laudandum Deum, non obuiat expoſitioni Poſt. Nec ualet quod Burg. ſecundo adducit, quod vilicet hic prę noſticatur reprobatio Iudęorum propter eorum maxima peccata. in hoc enim c. aſſignatur principaliter idololatria pro cauſa reprobationis & deiectionis eorum, cum dicitur. Prouocauerunt eum in dÿs alienis &c. quę præcedunt & ſequuntur, quæ idololatria tempore uocationis Gentium in Iudęis locum non habuit, ut Bur. ſæpe teſtatur in hoc ſuo correctorio, ſpecialiter ſupra Leu. 23. Abiectio igitur Iudæorum de qua in hoc c. fuit ꝑ captiuitatem Babylonicam, igitur hæc conſolatio quæ concluditur eſt eadem prout Poſtil. vult. Nec valet quod vlterius Burg. pro ſua intentione adducit, dicens, quod reductio captiuitatis Babylonicæ fuit meritis patrum, confeſſione captiuorum, & in hoc c. talium ponitur. Nam ſępe dictum eſt argumentum ex auctoritae negatiue nõ valet ſed ſapit errorem Vuiklef & Huſſitarum, nam ſi ualeret, poſſemus & nos arguere contra ſuam, & gl. allegoricam expoſitionem. Deiectio hæc Iudęorum & Gentium vocatio eſt propter Iudæorũ perfidiam, quia Chriſtum negauerũt ſed nihil talium habetur in litera niſi de idolatria quæ locum pro tunc habuit, vt dictum eſt, ſed manifeſtum eſt utrunque argumentum non valere. cum expoſitione igitur uera Poſtillatoris expoſitionem glo. ord. nõ abÿcio. quia ſtant ſimul ſecundum regulas Ticonÿ ſupra allegatas, quamuis Bur. ſe ad unam aſtringat, & in odium Poſtillatoris primum obÿciat ſine ratione ut patet ex dictis.*

## CAP. XXXIII.

a HÆc eſt benedictio, qua benedixit 1

## CAP. VXXIII.

a A De benedictione Moyſi. HAec eſt benedictio. Bene in fine Deuteronomÿ benedictionem poſuit, quia Chriſtus poſt cõpletionẽ euangelÿ aſcenſurus in cælum eleuatis manibus diſcipulos ſuos benedixit. Bñdictio qua filis Iſrael in Deuteronomio (quod eſt ſecunda lex) benedixit ad gratiam pertinet no. Te. in quo priſcæ legis myſteria reſerantur. & veri Iſraclitæ benedictionem per Moyſen hominẽ Dei prædictam per hominem Chriſtum conſequuntur. Bene autem imminẽte morte Moyſi benedictio datur, quia legis vmbra morientes, cæleſtium donorum veritas aperitur. Præ
B uidens ergo Moyſes Saluatoris aduentum & gratiam no. Te. quaſi præteritam explicans voce primitiuæ eccleſię lætabundus exultat, dicens. Dominus de Sina venit, &c.

✻ PROCOPIVS. Non ſolum hominibus pecuniæ hæreditatio obueniunt, verum etiam ſanctorum ſeorum qui è viuis excedũt filüs, benedictiones ſpirituales. Qua propter cum ad ætatem exactam perueniſſet Iſaac, ipſi Eſau benedicere cupiebat. Iacob item moriens Ioſephi liberis, alüſque quotquot digni erant, benedixit. Nunc vero Moſes tribubus. Patres enim decedentes donum id quod ipſis peculiare erat, in cõe tranſmittebant. Nam ex vnico principio in vniuerſos Deus ſuam prouehit gratiam, quod verum principium Chriſtum repſẽtat, qui donum ſuum in ſuos trãſmiſit, poſtquam ad cęlos migrauit. Iacob moriens futura prædicturum promiſit, nec fauſta illis nũcupauit. Aliquib. n. tribubus dira eſt imprecatus, vt Leui ac Simeoni. Sua vero verba bñdictiones vocat Moyſes, qui Iacobi execrationes eneruauit. At bñdictio quid aliud eſt,
C quam execrationis diſſolutio. Hoc quidem figurã gerit Chriſti, qui Iſraclem a legis maledictione erat liberaturus.
D Quę. 56 AVGVS. Alia litera: Hęc eſt benedictio qua benedixit Moyſes homo Dei filiis Iſrael, priuſquã defungeretur, & dixit: Dominus ex Sina venit & alluxit ex Seir nobis, feſtinauit ex mõte Pharã cum multis millibus Cades. Ad dexterã eius angeli cũ eo, & pepcit populo ſuo, & oẽs ſanctificati ſub man⁹ tuas, & hi ſub te ſunt. Et accepit de verbis ipſius legem quam mandauit nobis Moſes in hæreditatem congregationis Iacob. & erit dilecto princeps, congregatis principibus populorum ſimul cum tribus Iſrael. Non negligenter prætereunda eſt iſta prophetia. Apparet. n. hęc bñdictio ad nouũ populũ pertinere, quẽ Chriſtus sãctificauit, ex cuius pſona hęc dicuntur a Moyſe, nõ ex perſona Moyſi, quod in ſequẽtib. apparet.
E Allegoricę. Si enim hoc dictũ eſt: Dominus ex Sina venit: ideo quia in monte Sina lex data eſt, quod ſequitur, & alluxit nobis ex Seir, cũ Seir mons Idumęę ſit, vbi regnauit Eſau. Deinde, cum Moyſes filios Iſrael benedicat, quomodo idem dixit, & accepit de verbis ipſius legem quam mandauit Moyſes. prophetia eſt ergo nouum populum Chriſti gratia ſanctificatum prænunciãs Ideo ſub nomine filiorum Iſrael, quoniã ſemen eſt Abrahę, ideſt filii promiſſionis, & interpretatio eius, vidẽs Deum. Dominus ergo e Sinã uenit, id eſt Chriſtus quia Sina interpretatur tẽtatio Venit ergo ex tentatione paſſionis, crucis, mortis Et alluxit ex Seir, quod interpretatur piloſus, ꝙ ſignificat peccatorem. Sic. n. natus eſt Eſau odio habitus. Sed quoniam qui ſedebãt in tenebris & vmbra mortis lux orta eſt eis, ideo alluxit ex Seir. Intelligitur etiã de Gentibus, ꝙ ſignificatur per nomen Seir qui mons eſt pertinens ad Eſau, venturã Chriſti gratiã populo Iſrael, vnde Apoſtolus: Ita & hi nũc nõ crediderunt Ro. 11.

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXIII.

Diuiſio.
1 HAec eſt benedictio, &c. *Hic cõſequenter ponit bñdictio Moyſi ſuper populum ſicut & Iacob patriarcha benedixit filios ſuos imminente morte ſua ut habetur Gen. xlix. In hac ergo benedictione præmittitur præfatio, ſecundo ſubditur executio, ibi. Viuat Ruben tertio ponitur concluſio, ibi. Non eſt alius. Circa primum præmittitur titulus cum dicitur. Hæc eſt benedictio. & ſubditur benedictionis cauſa, qua fuit datio legis & eius ſuſceptio. & hoc notatur cum dicitur.*

✻ 1 Domi-

## *MORALITER.*

✻ i *Hæc eſt bened. &c.* Et primo ponitur benedictio Rubẽ primogeniti Iacob, cum dicitur infra: Viuat Ruben. Per Ruben, q interpretatur viſionis filius cõuenienter intelligi poteſt cõtemplatius diuinis meditationibus intentus, ideo dicitur.

✻ 4 *Viuat*

A runt in veſtra miſericordia, vt & ipſi miſericordiam cōſequātur. Hi ergo dicūt, alluxit ex Seir nobis, & feſtinauit ex mōte Pharan. i. fructifero, quo ſignificatur eccleſia cum multis millibus Cades & mutata interpretatur Cades & ſanctitudo. Mutata ſunt ergo multa millia, & ſanctificata per gratiā: cū qb. venit Chriſtus ad Iſraelitas poſtea colligendos ad dexterā eius. Et angelicum eo. hoc expoſitione non indiget. Et pepcit populo ſuo donās ſ. remiſſionē peccatoru. Inde ad ipsū conuertit ſermonē. Et oēs sāctificati ſub manus tuas. & hi ſub te ſunt, non ſuperbiētes ſcilicet ſed agnoſcētes gratiam. Et accepit de verbis ipſius legem, populus Chriſti ſcilicet quam mandauit nobis Moyſes, quia doctrina eius intellexit legem quam mādauit nobis Moyſes: vnde: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi.* Nō enim accepit populus ille legem, quando nō intellexit, ſed tunc accepit qñ intellexit de verbis eius, carens velamine veteri conuerſis ad dominū. Hanc dicit hæreditatem congregationis Iacob, quæ non eſt terrena ſed cęleſtis, non temporalis ſed æterna. Et erit in dilecto princeps, ipſe vtique in dilecto populo erit princeps dominus Ieſus. Congregatis principib. populorum, id eſt Gentiū ſimul cū tribub. Iſrael. vnde: Letamini Gentes cū populo ei⁹. Quia cęcitas cōtigit ex parte ī Iſrael, donec plenitudo &c.

[Sinai] [...is uel ad ...os. Etiam ...l quam, ...miratu- ...e pronū- ...rum. ...5.g] [B]

a Moyſes homo Dei filiis Iſrael ante mortem ſuam, & ait: Do-
b
*a ¶ In quo lex data fuit, quia per legem coniunctus eſt Iudęis. ¶ Sina amphora mea vel menſura mea vel mandatum.*

c minus de † Sina[a] venit, & de Seir ortus eſt nobis. Apparuit de
d
*a ¶ Qui ferocitas eorum vel frugifer. b ¶ Primitiua eccleſia. ¶ Per eccleſiam de gentibus acquiſitam. ¶ Id eſt ſanctis qui mandata Dei audientes facibus amoris inardeſcunt.*

e monte Pharan, & cum eo ſanctorū millia. In dextera[b] eius ignea
f
*a ¶ Charitas. b ¶ Legem charitatis primus impleuit. ¶ Vſque ad mortem. c ¶ Vtroſque circunciſionis & præputij. ¶ Poteſtate. d ¶ Vt diſcant humiliter uel qui ſequuntur ueſtigia eius. ¶ Fide & dilectione.*

g lex: * dilexit[b] populos, oēs ſancti in manu illius ſunt, & qui appro-
h
i

[om.15.c] [om. 11.c] a *Moyſes homo.* Moyſes ſignificat legē, q̃ ante mortē id eſt anteq̃ in ipſo finiretur prædixit eccleſiā in Chriſto benedicendā.

[ropolo.] b *Dominus.* סיני Sinai interpretatur amphora mea vel menſura mea vel mandatum. שעיר. Seir piloſus vel hiſpidus. פארן Pharan ferocitas eorum vel frugifer; Sina igitur figurat vetus teſt. quia certam menſuram mandatorum iuxta decalogi decretū tenens prohibere nouit non iuuare, nec ſpiritu dilectionis liberat, ſed timore pęnę ſubditos ligat. vnde. [Gal.4.d] Vnum quidē in monte Sina in ſeruitutem generans &c. Dñs ergo uenit de Sina, i. ex lege, & prophetis credentibus innotuit. Inde enim [Luc.24.d] venit, cū ibi legens innoteſcit, unde; *Ipſe incipiens a Moyſe & omnibus prophetis,* diſcipulis exponebat, ad quorum corda venire cupiebat. De Seir ortus ſecundum carnem, ſcilicet de Iu[Mala. 4 a.]dæis malitiæ & præſidiæ ſpineto aſpertimis, nouæ lucis ortu [Nu. 24.c.] tāq̃ verus ſol iuſtitiæ fideles illuminauit, unde: *Nobis orietur ſol iuſtitiæ.* Et alibi. *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget homo de Iſrael.*

[Allegorice] Dominus &c. Sina interpretatur tentatio. Dominus ergo [C] de Sina venit, quia carnem noſtrā, in qua tentaretur, accepit.

c *Et de Seir. &c.* Qui & Edom vel Eſau, hic populus Iudæorū, qui gulę deſiderio quaſi pro lētis edulio primatus gloriā pdidit, & bñdictionis grā ī fide iunioris populi ſupplātat⁹ amiſit. [D]

De Seir ortus eſt nobis &c. Hunc mōtē longo tpe circumierunt & in eo aliqua præcepta acceperunt. Seir id eſt hiſpidus vel piloſus, Gē
1 tilitatē ſignificat q̃
2 peccatis erat horrē
da de qua ort⁹ ē do.
3 quia ī fine de eccle-
4 ſia gentiū Iudæis p̄-
dicabit, quia reliq̃æ
5 ſaluæ fient.
6 d *Apparuit. &c.* Qui
7 frugifer interpreta-
tur, q̃a de eccleſia
8 Gentium virtutib.
frugifera fides Chriſti prædicabatur Iudęis, de monte Pharā ferocitas eorum vel frugifer interpretatur. Chriſtus ergo de Pharan apparuit, quia quanto contra eum ferocitas infideliū extarſit, tanto altius diuinitatis eius notitia creuit. Quanto enim inter paſſionis contumelias latuit, tanto per virtutem reſurrectionis effulſit, & qui prius incredulitatis ferocitate perſecuti ſunt, poſtmodum ei charitatis ardore adhęſerunt, de quibus additur, & cum eo ſanctorum millia. [E]

e *In dextera.* Tabulæ ſcilicet in quibus lex quæ purgat & vrit peccata. Dextera quoque patris eſt filius, qui attulit legē charitatis dicens. *Ignem ueni mit. in ter. &c.* [Luc.12 f.]

*In dextera eius ignea lex.* Dextera euangelium, per quod beatitudo æterna promittitur, quæ dextera dicitur, non temporalis ſicut ī lege, quę dicitur leua. vnde *Dextera illius amplexa me.* [Gen.2.b.] In hac dextera lex ignea id eſt charitas ſpirituſancto in electorum cordibus inflammata, vnde dicit. Plenitudo legis dilectio. Et alibi. *Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem.* [Ro. 23.c.] [Io.13.d.] Hæc igneis linguis ſpirituſſancti apoſtolis infuſa, omnem legis plenitudinem tāquam digito Dei deſcripſit. & ſpiritu feruentes & operatione lucentes fecit. Sed quia non vni populo vt lex Moyſi, ſed omnibus data eſt, adiungit, dilexit populos.

f *Dilexit.* unde. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat &c.*

g *Omnes.* ſin perſonæ acceptione. unde. *Qui timet Deum & ope. iu. acce. eſt illi.* [Ioan. 15.b] [Act. 10.f.]

*Omnes ſancti.* Sanctificati ſcilicet in nomine eius qui audierunt. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum &c. [Leui.19.a.]

h *In manu.* id eſt potētia, qua proteguntur. vnde: *Non rapiet quiſquam de ma. mea.* Hi p charitatē ſunt vnū regnū ī manu dñi. vñ Eſa. *Et eris co gloriæ in ma. domini, & diade. regni in manu dei tui.* [Io.10 f.]

i *Et qui appropinquant. &c.* quaſi non contriſtentur qui Chri- [Eſa. 62.a] [F]

c Et ue … ſtum

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Dominus de. *quia ibi dedit legem, vt habetur* Exo. 20.

[Quib. lex primo data.] 2 Et de. *Dicunt* Hebræi, *quod dominus primo legem obtulit Idumæis, qui habitant in monte Seir, & Hiſmaelitis, qui habitant circa montem Pharan, ſed ipſi noluerunt eam accipere, & tunc dedit eam filijs Iſrael in monte Sinai. & ſic ſecundum eos exponitur quod dicitur: De Seir. or. eſt. no. &c. id eſt illius locis venit ad nos dando nobis legem ab alijs recuſatam. Sed quod dictum non conſonat facræ ſcripturæ, quæ in toto ſuo proceſſu videtur ſonare, quod populus Hebræorum a Deo fuit ſpecialiter electus, ut inde Chriſtus naſceretur, ꝓpter quod ſpeciali ſanctitate debuit pollere: propter quod ab alijs populis primo fuit ſegregatus, per fidem vnius Dei ſcilicet in Abraham. vt habetur Gen. 12. & poſtea diſtinctus per circunciſionē, quæ fuit ſignum fidei, ut habetur Ge. 17. poſtea Deo ſpecialiter applicatus per legis ſuſceptionem. Exod. 20. & de talibus beneficijs illi populo ſingulariter datis, dicit Pſ. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni na. & e. iudicia. &c. *quæ in lege continentur, & ideo a Iudæis uidetur eſſe confictum, quod lex illa oblata fuerit alijs populis, ꝓpter quod aliter exponunt doctores noſtri ſic:* De Seir. *id eſt Idumæis & Hiſmaelitis in ſua infidelitate & idololatria dimiſſis, Deus per ſpeciale beneficiū ortus eſt nobis in datione legis. Licet autem hoc ſit bene dictum, tamen non conſonat ad plenum literę: quia ſcriptura vniformiter loquitur hic de Sina & de monte pharan, ut patet in textu, ideo poteſt aliter exponi, quia poſt dationem legis in monte Sinai populus eundo verſus terram promiſſionis tranſiuit iuxta montem Seir, vt habetur Nume. 20. Et dum circuirent montem illum, cœpit populum tędere itineris & laboris, & ex hoc murmurarunt, propter quod dominus immiſit ſerpentes ignitos in populum, ut habetur Nu. 21. Et cum populus clamaret propter morſus ſerpentum, dominus præcepit Moyſi vt faceret ſerpentem æneum, ad cuius conſpectum percuſſi à ſerpentibus ſanabantur. Ille autem ſerpens habebat ſimilitudinem animalis venenoſi, erat tamen ſine ueneno, & ideo fuit figura Chriſti qui habuit carnem ſimilem peccatrici, ſed fuit ſine peccato, cuius intuitus per veram fidem ſanat a morſibus peccatorum. Illam autē figurā intellexit Moyſes. & ideo dixit.* De Seir ortus. *quia in circumitu montis Seir reuelatum fuit ei beneficium incarnationis Chriſti & paſſionis, quod eſt maximum.*

3 Apparuit. Nu. 10. *habetur quod cum populus receſſiſſet de monte Sinai, nube eos ducente, requieuit nubes in ſolitudine Pharan. & cum populus ibi deſideraret carnes dominus dedit eis coturnices in tanta multitudine, quod habuerunt ſatis uſque ad menſem integrum, quod Moyſi uiſum fuit valde magnum ut habetur Nume. 11. Tunc etiam in adiutorium Moyſi in regimine populi repleuit dominus 70. ſenes ſpirituſancto vt ibidem habetur & propter iſtud beneficium dixit Moyſes.*
Apparuit de monte Pharan. *illuminando 70 ſenes.*

4 Et cum eo ſanctorum millia. *i. angelorum ei miniſtrantium, ſecundum quod dicitur Dan. 7. c.* Milia milium miniſtrabant ei &c. *Sic igitur poſt beneficium legis datæ in monte Sinai Moyſes facit hic mentionem de alijs duobus locis propter prædicta beneficia ibi collata.*

5 In dextera eius. *quia fuit data de medio ignis ut habetur Exodi. 11.*

6 Dilexit popu. *id eſt 12. tribus quia quęlibet poterat dici populus vnus. Vel aliter. Dilexit populum, generaliter, ſecundum illud Sapient.* 11 Diligis domine omnia quæ ſunt & nihil odiſti eorum quę feciſti. *ſed ſpecialiter dilexit populum Iſrael tanquam ſibi deputatum, ideo ſubditur.*

7 Omnes ſancti. *id eſt in gubernatione & protectione, licet enim ibi eſſent aliqui mali, tamen pro maiori parte erant boni.*

8 Et qui appropinquant. *hoc dicitur quia in datione legis dominus ſuper montem Sinai loquebatur, & populus erat in valle iuxta pedem montis audiens verba … & quia decem præcepta decalogi data ſūt ab eo immediate, … mediante Moyſe, ideo ſequitur.*

* Legem

A ſtum in carne docentem nõ audierunt, quaſi ab hominib. decipiãtur. Per os, i. ſãctos loquitur Chriſtus, per pedes doctrina capitis audit [illegible] nde: *Qui uos audit, me au. &c.* Vel illi appropinquant pedibus eius ad capiendam doctrinam, qui ſpiritali deſiderio flagrãtes euãgelicis & apoſtolicis ſcripturis die noctuque inuigilant. Sed quia hęc de nouo teſt. dicta ſunt, ſequitur: quorum voce Moyſes loquitur de veteri lege dicens legem precepit nobis, &c.

Luc. 10. c

a *Hæreditatem.* quia hæc eſt vtilitas legis, hæreditas Abrahę promiſſa. *Si uolueritis & audieritis me, bo. ter. comedetis.*

† vel hæreditate.

† Chal. interpre. in Iſrael.

Rabanus.

B b *Erit &c.* Iacob ab angelo benedictus, Iſrael vocatus eſt, id eſt rectus Dei, & Iudęus ad fidẽ conuerſus ab eo poſt reſurrectionẽ benedictus cui ĩ paſſione preualuit ob iuſtitiæ ꝓfeſſionem rectiſſimus appellatur. vnde: Audi Iacob ſeruemus, & rectiſſime quem elegi, &c.

Eſa. 44. a

Pſ. 2. b

Moraliter

c *Rex.* Chriſtus. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, vt ſcilicet faciat regnũ & poteſtatẽ, qui eſt rex & poteſtas prima.

d *Cũ tri.* De qb. primitiua eccleſia. Bñ pri⁹ principes, deinde trib. cõgregãdę dicũt, qa prĩi apoſtoli, & p eos crediderũt alii.

e *Viuat Ruben.* Prædicta ſalute primitię eccleſiæ ſingulis tribubus proprias benedictiones tribuit, veros Iſraelitas de vtroque populo prænuntians, nunc de Chriſto nunc de apoſtolis, nunc de primitiua, nunc de tota eccleſia uaticinatur.

*Viuat Ruben.* Quaſi, licet Ruben cubile patris violauerit, & primogeniti dignitatem amiſerit, viuat tamẽ, & agẽs penitẽtiã non moriatur. Filii Ruben id eſt Iudei per Ruben ſignificati, lectum patris violauerũt, id eſt Chriſtum filium eius ſpũ tris immundis polluerunt: tamen ad penitentiam reſeruantur ſed pauci ad comparationem eccleſiæ gentium.

C

Ruben. Ge. 29. g.

*Ruben.* Viſionis filius, quia mater ait. Vidit Deus humilitatẽ meam. Hic eſt primogenitus ſignificans electos ex Iudæis, q Chriſtum negando & crucifigendo mortui predicatione apoſtolorum conuerſi ex fide Chriſti ſunt viuificati: hi viſionis filii, quia reſpectu diuinę miſericordiæ ſalui

D

a ¶ Apoſtolis, euangeliſtis, quorum doctrina repletur orbis. Vnde: Quam pulchri ſupra montes pedes euangelizantium pacem &c. b ¶ Euangelium.

pinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præ- 1

a ¶ Non iuuit, non iuſtificauit, imo inpendo præuaricatores fecit. b ¶ Chriſtus, cui obediente, cæleſtem acquirunt hęreditatem. ¶ Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Act. 4. a

¶ Quæ ſcilicet benedictionem gratiæ conſecuta de maledicto legis liberatur.

a cepit nobis Moyſes, & + hæreditatem multitudinis Iacob. Erit 2

b a ¶ In vnitatem fidei. ¶ Apoſtolis & ſequacibus.

† apud rectiſſimum rex, congregatis principibus populi cum 3

c a ¶ Reſpectu infidelium. ſed fide maximus & glorioſus.

d tribubus Iſrael. Viuat Ruben & non moriatur, & ſit paruus 4 5

c a ¶ Deſiderii ſancti, dé qua, voce mea ad dominum clamaui. Pſ. 76. b ¶ Chriſti.

¶ Eccleſiæ laudantis. 6

f in numero. Hæc eſt Iudæ benedictio: Audi domine vocem Iu- 7

a ¶ Gentilem ſcilicet ſaluandum. ¶ Patriarchas, prophetas, apoſtolos, per quos eccleſia genita.

¶ Multi ab oriente & occidente uenient & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cælorum. 8

b ¶ Vt audiat: intra in gaudium domini tui. Matth. 25. b. c ¶ Virtus, operatio.

d ¶ Chriſti. e ¶ In cruce contra aereas poteſtates. 9

g dę, & ad populum ſuum introduc eum. Manus eius pugnabunt 10

a ¶ Iuda uel populo. b ¶ Dæmones vel quoſlibet. c ¶ Chriſto & choro perfectorum.

h pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios eius † eris. Leui quo 11

✠ Theodoretvs. Primum benedicit Ruben, ſoluit paternam maledictionem, opponẽs fraternum amorem ſceleri in patrẽ admiſſo. Poterat autem tanq̃ legiſlator maledictionẽ in benedictionem cõmutare. Viuat Rubẽ &c. Si quidem cum dixiſſet pater, Deferueſces velut aqua, hoc eſt, nõ caleſies ad multiplicãdam ſobolẽ, merito poſterorum multudinẽ illi precatur.

Quęſt.

f *Hæc eſt Iudæ.* Iudas qui interpretatur cõfeſſio, vniuerſalẽ ſignificat eccleſiã, in 12 qua laudis diuinę cõfeſſio & gratiarum actio de quo mater ait. *Modo confitebor domino.* Hæc eſt vera ſponſa Chriſti que virtutum monilibus adornata, nõ ſuperbit, ſed gratias agit, pro hac orat vt audiatur.

E Iuda.

† eri. Gen. 49.

*Iudæ.* Regum. ſcilicet qui de Iuda, qui Chriſtũ deſiderabant, & ipſius Chriſti, qui ait *Confitebor tibi pater rex cæli & terrę &c.*

✠ Theodoretvs. Iudæ cõfert benedictionem, propter dominum hunc ſecundum carnem oriundum. Pænuntiat et regnum Dauidicum. Exaudi, inquit, domine vocem Iuda, & ad populum ſuum redeat.

Luc. 10. Vbi ſup.

g *Manus.* Orauit dominum pro Iuda, cui nunc domini ꝓmittit auxilia quaſi non præſumat de viribus ſuis Iudas, ſed in illo confidat qui ait. *Confidite ego vici mundum.* cuius manus in cruce contra ſpiritales nequitias pugnauerunt, ut per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium.

Io. 16. g

h *Adiutor.* Vt vincat, & dicat: *Super excelſa mea deducet me victor.* Ipſe enim in nobis vincit, & pro victoria ſua coronat nos in miſericordia & miſerationibus.

Abac. 3.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Legem precepit, *auctoritate Dei.*

2 Hereditatem multitudinis. *quia ſicut hæreditas eſt res immobilis, ita lex fuit data Iudæis, vt immobiliter ſeruaretur ab eis.*

3 Erit apud rectiſſimum rex. *ſi lex ſit conſeruetur a populo, erit rectiſſimus, quia lege diuina gubernatus. & dominus erit eorum rex, unde & 1. Re. 8. quando primo elegerunt alium regem, dixit dominus ad Samuelem.* Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.

4 Viuat Ruben. *Hic conſequenter ponitur benedictionis executio., & diuiditur in 11. partes ſecundum tribus 11. benedictas a Moyſe: & patebunt partes proſequendo. Primo ergo ponitur benedictio ipſius Ruben, quia fuit primogenitus, cum dicitur:* Viuat Ruben. *vita naturæ.*

5 Et non moriatur. *morte culpæ vel gehennæ.*

6 Et ſit paruus in numero. *Hoc autem addit Moyſes ad concordandum cum verbo Iacob, quo dixit ipſi Ruben Gen. xlix. a. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, &c.*

7 Hæc eſt Iudæ benedictio. *Poſt benedictionem Ruben immediate ponitur benedictio Iudæ, quia ſucceſſit ei in honore regni quantum ad eius primogenituram.*

8 Audi domine vocem Iudæ. *Dicit Ra. Sa. quod hæc prophetia reſpicit ad vocem orationis ipſius Dauid & Salomonis, qui fuerũt exauditi in pluribus orationibus ſuis, & ipſius Aſa pro exercitu Aethyopum inuadente ipſum. 2. Paral. 14. & Ioſaphat pro Ammonitis 2. Par. 20. & Ezechiæ pro Sennacherib. 4. Reg. 21. qui fuerunt reges Iuda.*

a Perfectio.

Reges Iuda ſemper exauditi.

9 Et ad populum. *id eſt ad limbum patrum poſt vitam præſentem, vnde de ſanctis communiter ſcribitur de morte eorum. Et appoſitus eſt ad populum ſuum, vel ad patres ſuos.*

10 Manus eius pugnabunt pro eo. *quia vſque ad electionem Saulis, tribus Iuda habuit ducatum belli, ut habetur Iudic. 1. a. Quis aſcendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixitque dominus: Iudas aſcendet, & 20. c. in bello contra filios Beniamin, cum aliæ tribus quærerent, quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis. Reſpondit dominus Iudas ſit dux veſter.*

11 Et adiutor illius cõtra aduerſarios eius. *Dicit Rab. Sa. quod hoc ſpecialiter dicitur pro Ioſaphat rege Iuda, qui impetu facto contra eum in Ramoth Galaad, exclamauit ad dominum, & audiuit eum, 3. Reg. 22. Poteſt etiam intelligi de pluribus aliis regibus de tribu Iuda, qui fuerũt adiuti a domino in periculis.*

12 Leui. *Poſt benedictiones Iudæ immediate ponitur benedictio Leui propter dignitatem ſacerdotii.*

✠ 1. Perſe-

## MORALITER.

✠ 4 *Viuat Ru.* ſcilicet vita gratiæ in pſenti, & gloriæ in futuro.

5 *Et non.* morte culpę nec gehennę. Contẽplatio nanque quędam eſt participatio cæleſtis & immortalis vitæ.

6 *Et ſit paruus.* Contemplatiuus enim debet fugere tumultũ multitudinis preſentis vitæ quantum poteſt, bono modo, ne per hoc impediatur in contemplatione.

7 *Hęc eſt.* Per Iudam, qui confitens interpretatur, uere pœnitens ſignificatur, qui nõ abſcõdit nec excuſat peccata ſua, ſed ea fideliter confitetur. propter quod dignus eſt exaudiri & conſequi miſericordiam Dei, Prouer. 28. b. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. ideo ſubditur.

8 *Audi domine.* peccata confeſſa ſibi remittendo.

9 *Et ad populum ſuum introduc eum.* cum ſanctis in cæleſtibus recipiendo.

10 *Manus eius pugnabunt pro eo.* de cætero fortiter tentationibus reſiſtendo.

11 *Et adiutor illius cõtra aduerſarios eius.* ſupple ipſe Deus qui adiuuat legitime decertantes.

12 *Leui quoq; ait.* Per Leui, cuius tribus electa fuit ad cultũ Dei, ſignificatur bonus prælatus, qui de cultu Dei debet eſſe maxime ſollicitus, & quia debet eſſe perfectus in actiua uita & contemplatiua, ſecundum quod dicit Greg. in paſto. Sit præſul in actione præcipuus, ſit præ cæteris in contemplatione ſuſpenſus. ideo ſubditur.

*Audi*

✠ 1 Perſe-

☞ a *Perfectio*. Quaſi quam ſis perfectus, & quã ſancta doctrina tua per Moyſen declaraſti. Vel a ſancto viro tuo, id eſt Leuitis eſt perfectio tua & doctrina tua. Illi enim debent legẽ cuſtodire, facere, & docere.

Vi ſupra

✲ THEODORETVS. Poſtquam tribum regiam benedixit tranſitu ad ſacerdotalem. Date Leui omni feſtos ipſi & ueritatẽ illius uiro ſancto. Humero ſacerdotali imponebatur rationale quod continebat manifeſtationem & ueritatem. Nam per illud multa declarabãtur. Claris autem cohęret ueritas propter certitudinẽ declaratorum. Quem tentauerunt in tentatione & conuitiati ſunt ei ad aquam contradictionis. Meminit illorum quæ in illum & fratrẽ cõmiſſa ſunt.

†s. diſt. c. d coni ſut.

Qui dicit patri ſuo & matri ſuæ. Nõ vidi te, & fratres ſuos nõ nouit. Cuſtodiuit eloquia tua, & pactũ tuum obſeruauit. Integritatem ſacerdotũ exponunt hæc uerba. Nã omnia quę ſpectant ad vitã, debet ſacerdos contemnere, & in miniſterio diuino aſſiduè verſari, ꝓpterea nullã ei dedit hæreditatẽ nec ꝑ legem conceſſit, vt poſſeſſionem habere liceret, ſed cauit ut ab omni populo primitię atq; decimę præſtarentur, vt a curis huius vitę liberati, ſanctè peragant ordinatam ſanctificationẽ. Verbi gratia: Aaron primo pontifici non fuit conceſſum ut filios defunctos curaret.

Myſtice.

✲ PROC. Aſer vt pote maritimo vberem prouentum futurũ prædicit, quem impertiturus ſit ſuperiora tenentib. Adeo vt regib. deliciarum materiam ſuppeditet. Quapropter fratrib. plauſibilem quoque fore ait. At mollitiem reſque delicatas adumbrauit oleo, ferrum autem & æs calceorum officio functurum eſſe apud eos qui per mare importent.

Allegor. Act.5.g.

b *Et tingat in oleo pedem ſuum.* Chriſtus caput noſtrũ aſcendens in cęlum, apoſtolos, ſcilicet pedes ſuos mundũ prædicando circuituros in terra adhuc cõſiſtẽres, oleo ſpiritusſancti copioſſimè vnxit, vt nullo labore deficerẽt, ſed immarceſſibilis gaudii claritate pollerent. Incorruptibile quoq; prębuit calceamenti munimentum de quo ſubditur.

Li.34. Moral.c 5. Eph.6.c.

C

c *Ferrum & æs cal.* GREG. hoc de eccleſia ſub ſpecie Aſer dicitur. Calceamentum prędicationis munimentum. vnde: *Calceati pe. in præpa. euange. pacis.* Ferrum, virtus, æs, perſeuerantia intelligitur. Ferrum vero & æs calceamẽtũ eccleſiæ dicit, cuius prædicatio acumine & conſtantia munitur. Per ferrũ. n. aduerſantia penetrat per æs teſtimonia q̃ proponit lõganimiter ſeruat. Ferro quippe antiq̃ legis firmitas vel duritia ſignificatur, q̃ ſicut ferrũ omnia mortalia domans, cõtumaces rigore iuſtitię, vel domuit corripiendo, vel puniuit conterendo. Quomodo Chriſti quoq. potentia virgæ ferreę comparatur, qui

D q de legis firmitate teſtatur. Facilius eſt cęlum & terrã tranſire, quã de lege vnum apicem cadere. In ære, q rubigine non violatur, & vetuſtate ſit fortius, & iter metalla vocali⁹ eſt euãgelii doctrina exprimitur longè lateq; reſonantis, & exuta vetuſtate literæ inuiolata pollet ſpiritus nouitate, hoc eſt. n. euãgelium æternum, his

Luc.16

1 calceamentis verum

2 paſcha celebrandum.

d *Sicut.* Significat

3 hanc tribum proſpe-

4 ritate & delitiis abun-

daſſe vſque ad ſene-

5 ctutem captiuitatis.

6 *Sicut.* Promittitur

eccleſiæ cruda viri-

7 diiſque ſenectus, vt ſi-

8 cut fortiter in princi-

9 pio omnes impetus

euicit, ita eminente ſi

10 ne Antichriſti furorẽ

11 euincat. vnde: *Ecce e-*

*go vobiſcum ſum omni.* Mat.28

12 *di. vſque ad conſ. ſe.* Et

alibi: *Senectus mea in miſericordia uberi*

Pſal. 91.

E

Quęſt.

✲ THEOD. Quamobrem non benedixit Simeoni? fraternus amor Ruben, fuit illi benedictionis occaſio. Nam illius ergo liberatus eſt a maledictione. Leui ſimiliter ob magnum illũ Moyſem benedictionem adeptus eſt, quandoquidem tribus illa quę diſſoluebat aliorum maledictiones, multo magis ſuã ſoluebat. Porro Simeõ, nullã habuit cauſã maledictionis, vt benedictionẽ conſequi deberet. Ego vero arbitror eum autorẽ fuiſſe pręcipuum ſtructarum in Ioſeph inſidiarum, q inde cõuincere licet, qa vir ille admirandus alios oẽs fratres dimitti iuſſerit, hunc aũt ſolum comprehendi, vinciri & in carcerẽ trudi. Sed hic nihilominus benedictione non caruit, quia nõ ſolum peculiarem cuiq. tribui dedit benedictionem, ſed omni populo communem: *Habitabit enim*, inquit, *Iſrael confidenter ſolus, ſuper terram frumenti & uini. & cęlum tibi roſcidum erit*, multa que alia benedictioni addidit.

e *Non eſt Deus.* Supradicta admirans in laude Chriſti, qui hęc omnia fecit lætabundus erumpit.

f *Aſcenſor cæ.* propria virtute aſcendit, & quotidie eccleſiã ad ſe trahit. *Trahe me poſt te, curre in odo. vnguentorum tuorum.*

Can.1.b.

g *Nubes.* Apoſtoli q pluunt uerbis, coruſcant miraculis, quos aſcendens in cęlũ miſit ad predicãdum. vnde. *Vocem dederunt nubes*, quę. ſ. nullo remorante diſcurrunt, non ſua, ſed Chriſti virtute ſigna & prodigia facientes, & quaſi coruſcationib. corda mortalium terrentes. vnde *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui.*

Allegor. Pſal.76. F

2.Tim.4

h *Habitaculum ei ſurſum, &c.* Corpus a mortuis ſuſcitatũ in patris dextera collocatum, de quo dicitur, Soluite templũ hoc.

Ioan.2.

☞ a Bra-

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Aſer. *ipſum benedicendo.*

2 Benedi. *in hoc deſignatur pulchritudo prolis. ideo ſubditur.*

3 Si pla. *quia filiæ eius erãt ita pulchræ, vt eſſent aptæ ad maritandum regibus ac ſacerdotibus, ut dicit Ra. Sa.*

4 Et tingat in oleo pedem ſuum. *quia in ſorte ſua multæ fuerunt oliuæ & fructiferæ ex quib. ibi abundabat oleum, quę abundantia deſignatur per tinctionem pedis, ſicut* Iob. *xxix. a.* Lauabã pedes meos butyro.

5 Ferrum & æs Calceamentum eius. *quia in ſorte Aſer fuerunt mineræ ferri & æris, quæ calcabantur calceamentis eorum, qui ibi operabantur.*

6 Sicut dies iuuen. *ſunt delectabiles & placidi.*

Quæſt. 7 Ita & ſe. tua. *ſit amabilis & placida. Hic quæritur, quare Simeon non habuit benedictionem? Ad quod reſpondent Hebræi, quod hoc fuit quia primo tractauit de venditione* Ioſeph, *& alios ad hoc induxit, propter quod Ioſeph retinuit eum in vinculis, cæteris fratribus ad patrem remiſſis, vt habetur Gen. xlij. Item quia princeps tribus Simeon fornicatus eſt in Beelphegor, ex quo accidit mortalitas in populo, vt habetur Num.25.*

8 Nõ eſt de. ali. *Hic ponitur concluſio intenta, quæ eſt inductio populi ad Dei reuerentiam & amorem. Ad eius autem reuerentiam inducit Moyſes ex conſideratione magnitudinis diuinæ, cum dicitur.* Non eſt alius. *ſimilis in magnitudine.*

9 Vt Deus recti. *id eſt, vt Deus populi Iſrael rectiſſima lege gubernati.*

10 Aſcenſor cęli *id eſt, Deus qui eſt cęlis excelſior.*

11 Magnificentia eius. *In Hebræo habetur, Diſcurrunt cęli. quia motus orbium cæleſtium Dei magnificentiam oſtendit.*

12 Habita. eius ſurſum. *quia ſuper omnia eſt benedictus.*

## MORALITER.

✲ 1 *Aſer.* Per Aſer qui beatus interpretatᷓ, bonus doctor & ſapiens intelligitur. Eccl.14.c. *Beatus vir qui in ſapientia morabitur, &c.* Pſa.1.a. *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorũ, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit ſed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Talis. n. doctor iam beatus eſt in ſpe, & poſtea erit in re.

2 *Benedictus in filiis Aſer.* Id eſt, in bonis diſcipulis, quos relinquet poſt ſe ad informationem eccleſiæ.

3 *Sit placens fratrib. ſuis.* Id eſt doctorib. aliis, eo quod reuerẽter tractat eorum dicta.

4 *Et tingat in oleo pedem.* Per pedem intelligitur affectio, eo q aĩa procedit affectib. ſicut corpus pedib. Pedẽ igitur in oleo tingere, eſt affectum ponere in oleo miſericordiæ.

5 *Ferrum & æs cal.* Calceamentum eſt munitio pedum, & iõ per ſoliditatem æris & ferri ſignificatur conſtantia volũtatis & perſeuerantia bonę operationis.

6 *Sicut dies iuuen.* Nam bonus doctor ita diligens debet eſſe de profectu circa bonam vitam & ſcientiam in ſenectute, ſicut fuit in iuuentute, unde quidam antiquus Philoſophus dixit, Si alterum pedem in ſepulchro haberem, nihilominus addiſcere vellem.

✲ MO-

A a *Brachia*.virtus;ſ.paſſionis,quę omnes defendit,quam in cruce extenſis brachiis accepit.

*Subter brachia*.ſ.hæc brachia contra verum Amalec dimicantes defendunt.Nec ſicut Moyſi laſſitudine grauantur,ſed indefeſſa virtute ſubleuant,donec veram conſequant uictoriam. Veneremur ergo in ſupernis primitias noſtræ reſurrectionis,in infimis ſacramētum noſtræ redemptionis,vt & ipſi debellato aduerſario immortalitatis gloriam conſequamur, de quo vero Iſraeli promittitur, Eiiciet a facie tua inimicum.

†Hi.3.a.d

b *Et ſolus*. ſuo ſcilicet more & ſuis legibus uiuens. unde Balaam: *Populus ſolus habita. & inter gen. non repu.*

Nu.23.b.

B c *Oculus Iacob*. Qui hic vitiis ſupplantandis deſudabat, ibi ſe leuiſſimo mentis intuitu gloriam Chriſti,qui propter nos terram veræ carnis accepit,inde ſinenter ɔtēplabitur,vt cuius hic corpore & ſanguine per ſacramentū frumenti & vini paſcebatur,ibi diuinitatis eius perpetua viſione ſaginetur.vn̄: *Satia.cū app.gloria tua.* Et alib. *Et manifeſtabo ei meipſum.* Tunc Iacob in perfectum Iſrael cōuerſus,facie ad faciem Deū uidebit,tam larga,tā ſubtili,tam delectabili Dei cognitione,quaſi leuiſſimo rore repletus,vt prædicatorum ſciētia qua in pſenti inſtruimur,caligare videatur.vnde: *Sine ſcientia deſtruetur.* Et alibi: *Tenebroſa aqua in nubibus aeris, præ fulgo. in conſpe.eius*,ad quā cum peruētum fuerit, omnis hæc doctrina ceſſabit,*& erunt omnes docibiles Dei.* unde merito adiungit: *Beatus es tu Iſrael &c.*

Pſal.16.d. Ioan.14.c 1.Co.13.c Pſal.17.b. Ioan.6.e.

C d *Cælique*

d *Cælique caligabunt*.quaſi tam abundanter terræ fœcundā dæ ros infundetur,vt hominū tenebreſcat obtuitus.In quo ſignificatur,quia Iudæi cum terrenā opulētiam vltra modum diligerent,caligauerunt,& Chriſtū cognoſcere non potuerunt. vnde: *Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum &c.* D

a In Cęlo. b In terra. c Poteſtas qua bonos liberat, malos damnat. Non tuis viribus expugnatur,ſed fortitudine brachiorum. d In tenebras exteriores.

a eius ſurſum & ſubter brachia sempiterna. Eiiciet a facie tua

Diabolum & corpus eius. a Faciet vt conterat. b Separatis in ignem paleis. In terra promiſſionis. c Electorum populus Deum videns facie ad faciem, d Quia nullus caſus:nullę ibi inſidiæ. Deus pacis contereret Sathan ſub pedibus veſtris.

inimicum, dicetque conterere. † Habitabit Iſrael confidenter,

a Quomodo ſe ibi habeat verus Iacob oſtendit. b Quia ille populus pro bonis terræ domino ſeruiebat. Carne Chriſti quæ nunc paſcitur in ſacramentis panis & vini. c Apoſtoli.

b & ſolus: oculus Iacob in terra frumenti & vini, cæliq; caliga-

a Doctrina prædicatorum. Præ ſubtili & leuiſſima Dei cognitione. b Iſrael fortis qui vere beatus accepta poteſtate ſuper omnem virtutem inimici.

c

d bunt rore. Beatus es tu Iſrael: Quis ſimilis tui populę, qui ſal-

e

a Ipſe eſt ſcil. Protectio. In prælio. Ab omni incurſione defendens. Virtus ad ſuperandum diabolum. In reſurrectione.

f uaris in domino? Scutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ.

a In præſenti vita ſcil. Nolentes per euangelium credere,vel reconciliari. b Diabolus & membra eius. c Qui es inuincibilis. d Quæ ſuperbe extendunt contra te. e Aeternis pœnis.

g

h Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

e *Quis ſimilis tui populę*. Quaſi,ideo beatus, ideo tibi ſimilis
1 nullus, quia non de tua uirtute, ſed de-
2 Chriſti gratia ſalutē ſperas,qui ſaluum fa-
3 cit populum ſuum a peccatis eorum. Ioan.11.f.
4 f *Et gladius gloriæ*. In futuro aduerſari-
5 os irreuocabili ſeue-
6 ritate pcutiens, quādo ſanguinem ſeruo
7 rum vlciſcetur. Gla-
8 dius modo hic in humilitate patientium occultatur, in gloria
9 reſurgētium reuelabitur, ideo gladius E
10 gloriæ Iſrael dicitur.
11 Xpo ergo quaſi ſcutum protegit præliātem,& quaſi gladius gloriæ vlciſcetur triumphantem.Ad eū quaſi ad caput,in fine vaticinij refertur gloria corporis, cum dicitur.

g *Negabunt*. Abominabūtur & odiēt ſicut Balac qui rogauit Balaam,vt Iſraelitas maledicendo repelleret.

h *Calcabis*. Subiiciendo eos eccleſiæ,quam abominantur & perſequuntur.

Notandum 11.tantum eſſe benedictiones.Simeon nanq; his benedictionibus non reperitur, in quo Iudas ab apoſtolis excluditur, 11.tantum remanentibus.Inde quoq; xi. māſionibus filii Iſrael de Horeb peruenerunt ad locum in quo Deu. acceperunt.

Simeō prętermiſſus i benedictione. F

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et ſuper brachia. *In Hebræo habetur, Brachia ſeculi. per quæ intelliguntur angeli,quorū virtute adminiſtrantur aliæ creaturæ, & ipſi ſubſunt Deo tanquam eius miniſtri. Conſequenter inducit ad Dei amorem ex conſideratione beneficiorum promiſſorum cum dicitur.*

2 Eiiciet a facie tua inimicum.*id eſt inimicos, & accipitur hic ſingulare pro plurali, ſicut Exod. viij.f.* Venit muſca grauiſſima. *id eſt multitudo muſcarum.*

3 Dicetque conterere. *id eſt verbo ſuo conterentur abſq; tuo labore.*

4 Habitabit Iſrael. *deuictis aduerſarijs.*

5 Et ſolus. *quia propter ſecuritatem magnam non erit neceſſe, quod homines congregentur adinuicem ad reſiſtendum aduerſarijs,ſed quilibet poterit habitare per ſe ſub vite ſua & ficulnea ſua.*

6 Oculus Iacob inter. *id eſt videbit fertilitatē bonorū in terra ſua.*

7 Cælique caligabunt rore. *In hoc deſignatur abundantia roris,ad fœcundationem terræ.*

8 Beatus es tu. *q ſic viſitaris a domino & defenderis, vnde ſubditur.*

9 Scutum auxilii tui. *ſupple eſt dominus Deus tuus.*

10 Negabunt te inimici tui. *In Hebræo habetur, Mentientur tibi inimici tui. quod exponunt Hebræi de Gabaonitis, qui mentientes dixerunt filijs Iſrael: De terra longinqua valde venerunt ſerui tui, vt habetur Ioſue 9. Poteſt etiam exponi ſecundum tranſlationem noſtram de regibus Chananæorum, qui negantes filiis Iſrael terram eis promiſſā a domino, venerunt vnanimiter ad pugnandum contra eos, vt habetur Ioſue ix.*

11 Et tu eorum. *quod impletum fuit, quando principes exercitus Iſrael poſuerunt pedes ſuos ſuper colla quinque regum latentium in ſpelunca, vt habetur Ioſue 10.*

7 Cæ ✻ CAP.

*ADDITIO.*

*In cap. xxxiij. vbi dicitur in poſtilla. Propter quod aliter exponunt doctores noſtri &c. Ad vlteriorem euidentiam eorum quæ in hoc cap. 33. traduntur, vna cum continuatione eorum ad prædicta in præcedenti cap. conſiderandum eſt, quod ſecundum apoſtoli doctrinam ad Rom. 11. ſupra allegatam:* Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, *in quo ſeueritas Dei, ſcilicet eius iuſtitiæ rectitudo & eius bonitas comprobatur Seueritas quidem in deiectione Iudęorum proportionata peccatis eorum, vt dictum eſt, bonitas vero in vocatione gentium. vnde dicit ibidem loquens Romanis: Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te vero bonitatem, de qua quidem ſeueritate & bonitate Dei in præcedenti cantico agitur, prout ibidem fuit declaratum, & quia ſecundum ipſius apoſtoli doctrinam ad Rom. 9. populus Iudaicus non fuit ſic totaliter eiectus a Deo, quin ex eo remanſiſſent aliquæ reliquiæ, prophetante Eſa. 1. b.* Niſi dominus reliquiſſet nobis ſe. &c. *Quæ quidem reliquię ſecundum ipſum ibidem, comparantur ad gentem nouę legis ſicut radix ad ramos, vnde gentilibus ibidem dicit:* Tu autem cum oleaſter eſſes &c. & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, *quod in magnam laudem ſeu benedictionem populi Iſraelici vertitur. ideo de hac laude per modum prophetice benedictionis Moyſes in hoc cap. principaliter agit. vnde & gloß. in hoc loco ſic dicit, Non negligenter pretereunda eſt iſta prophetia. apparet enim hęc benedictio ad nouum populum pertinere, quem ſanctificauit Chriſtus, hęc in glo.*

*In qua quidem benedictione Moſaica Moyſes intendit principaliter prophetare, quod lex a Deo per ipſum data, licet ſolum populo Iſraelitico dirigeretur, quod ad magnam dignitatem illius populi pertinebat, finaliter tamen in Iſraeliticam dignitatem totius mundi plenitudo tranſire debebat, prout eccleſia orat in quadam collecta in officio ſabbathi ſancti paſi hę. vnde in hac benedictione primo incipit a datione prædictę legis dicens, Dominus de Sinai venit, quia de monte Sinai dominus Moyſen vocauit & etiam populum ad dandam legem prædictam, quā eis ibidem dedit, vt ſupra Exo. xix.*

*Conſequenter quia iſta lex nihil ad perfectum ducebat, vt ad He. vij. c. Non enim curabat morbos ſpirituales per gratiam, ideo ſubdit, De Seir ortus eſt nobis, quia ille populus circumeundo montem Seir, per ſerpentem æneum quem dominus iuſſit fieri, & in ligno ſuſpendi, a ſerpentibus eius intuitu ſanaretur, quod proprie figurabat incarnationem et paſſionem Chriſti, per quam morſus ſpirituales curantur, vt in poſtilla ſatis declaratur.*

*Conſequenter autem dicit, Apparuit de monte Pharan, quia ibidem*

A repleuit dominus lxx. ſenes ſpiritusſancto prout in poſtilla, quòd figurat copioſam effuſionem ſpiritus ſancti in diſcipulos poſt paſſionem & reſurrectionem, per quam effuſionem ſpiritus domini repleuit orbem terrarum, quod etiam Moyſes ibidem ſcilicet Num. 11. ſinnuit dicens: Quis det vt totus populus ꝓphetet. & det eis dominus ſpiritũ ſuu. q.d. vtinam iam nunc eſſet illud quod hic figuratur, ſcilicet quod totus populus Dei recepiſſet ſpiritum ſanctum. In primitiua enim eccleſia per baptiſma & impoſitionem manuum apoſtolorum omnes recipiebant ſpiritum ſanctum cum ſignis viſibilibus, vt habetur in actibus apoſtolorum. Fecit igitur Moyſes poſt beneficium legis latæ mentionē de prædictis duobus beneficiis, tum quia lex illa non ducebat ad perfectum ſine huiuſmodi beneficiis, quia alii populi ſine ipſis beneficiis ſecundum legem ordinatam in Iſraeliticā dignitatem non tranſirent, de quo hic intendit, vt dictum eſt: Exponantur cætera prout in poſtilla vſque ibi: Dilexit populos, in quo Moyſes oſtendit, quod prędicta beneficia debebant ſe extendere de populos generaliter, vnde in Hebræo habetur: Etiam dilexit populos. q.d. non ſolum te, ſcilicet Iſrael Deus dilexit ad iſta beneficia percipienda, ſed etiam populos, & conſequenter reddens cauſam huius extenſionis dicit: Omnes ſancti in manu illius ſunt q.d. ex quo omnes ſancti cuiuſcunque nationis ſint, in manu Dei ſunt, inquantum a Deo mouentur ad ſanctitatis vitam habendā. Iacirco non uidetur ęquũ, ut in una tantum natione beneficia ſalutaria B reccluderentur, vnde Petrus apoſtolus circa materiam reductionis gentium dicebat Act. x.e. In ueritate comperi, quod non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente &c.

Et ſequitur, Qui appropinquabit pedibus eius, quod refertur ad ſanctos de quibus dixerat, Omnes ſancti in manu illius ſunt, Quę quidem appropinquatio ad pedes illius poteſt intelligi moraliter. Vel quia ſancti vel electi venientes ad fidem Chriſti, de quibus ait, cum magna humilitate debebant venire, ſicut illi qui ex humilitate pedibus dominorum appropinquant, lex enim Chriſti, quæ ipſa gratia eſt, ita recipiente humilitatem præcipue requirit. vnde Iacobi iiii.a. Humilibus autem dat gratiam. Vel quia tales electi debent ſequi veſtigia Chriſti, cuius vita eſt inſtructio fidelium, iuxta illud primæ Petri 3.d. Vt ſequamini veſtigia eius, quæ quidem veſtigia per pedes deſignantur. Vel in hoc innuit Moyſes, quod patres noſtę. ſcilicet apoſtoli, cum poſt reſurrectionem diſponerentur ad annuntianda miniſteria Chriſti per orbem, pedes Chriſti tenuerāt, vt Matthæ. xxviii. & ideo de illis ſanctis dicitur, Qui appropinquant pedibus eius, de quo poteſt enim intelligi illud Eſa. lii.b. Quàm pulchri ſupra mõtes euãgelizantis &c. Qui quidem ſancti de doctrina Chriſti accipiũt. vnde Matthæ. vi.d. docentes eos quæ præcipio vobis, ideo dicit Accipient de doctrina illius. Vbi notandum quod non dicit: Accipient doctrinam illius ſed de doctrina illius quia perfectio doctrinæ huius plenarie, & ſine menſura reſi- C det in Chriſto. Alii uero ſecundum menſuram donationis Chriſti, vt ad Ephe. iiii. Et iſto modo dicitur Ioan. 1.b. De plenitudine eius omnes accepimus. Non enim dicit plenitudinem, ſed de plenitudine.

Conſequenter, ne forte quis ex prędictis æſtimaret, quod per doctrinam Chriſti, de qua dixerat, Accipient doctrina illius, lex Moſaica penitus euacuaretur, ideo ſubdit: Legem præcepit nobis Moyſes hæreditatem multitudinis Iacob. Et eſt ſenſus, quod lex quam Moyſes præcepit nobis, id eſt populo Iſraelitico, de quo numero erat ipſe Moyſes, qui loquebatur: Venit in hæreditatem eccleſiæ, quæ deſignatur per hoc quod dicit multitudinis Iacob, Nam ſicut illud quod parentes iuſte acquirunt, ad eorum ſucceſſiones hæreditarie prouenit, ſic & lex Moſaica licet populo veteri data ſuit, de quo dicit: Præcepit. nobis. venit tamen hæreditarie ad eccleſiam, de quo dicit: Hæreditatem multitudinis Iacob. Et notandum, quod vbi tranſlatio noſtra in hoc loco habet (Multitudinis) Hebraica litera habet quandam dictionem quæ ſignificat eccleſiam. Eadem enim dictio ponitur, hic, & Nume. 10.a. vbi dicitur: Cur eduxiſti eccleſiam Dei in ſolitudinem? Similiter 1. Re. 17.a. Nouerit omnis eccleſia, quod non in gladio ſaluat dominus, ſic in quamplurimus aliis locis, & forte tranſlatio noſtra poſuit hanc dictionem (Multitudinis) ut innueret hoc referendum eſſe ad illud quod dicitur Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum.

Conſequenter dicit, Et erit apud rectiſſimum rex congregatis prin- D cipibus populi cum tribubus Iſrael. Pro quo conſiderandum, quod quia ex hoc quod dixerat, quod lex hæc fuerat præcepta vni populo, & deinde hæreditarie deuenerat ad multitudinem ſeu eccleſiam, poſſet quis æſtimare quod hæc multitudo ſeu congregatio non conſtituebat aliquod corpus ciuile vnum, ſed erat quædam multitudo in ſe diuiſa. Idcirco oſtendit, quod hæc eccleſia ſeu multitudo Iacob debebat eſſe quoddam vnum, tum ex parte rectitudinis fidei quæ vna eſt, de quo dicit, Et erit apud rectiſſimum, populus enim in cuius multitudine conſiſtit eccleſia, rectiſſimus poteſt dici, in quantum omnes recipiunt primum veritatem per verã fidẽ tum ex parte capitis, qui eſt vnus Chriſtus, & de hoc dicit. Et erit apud rectiſſimum rex ſcilicet Chriſtus, tum ex parte membrorum. membra autem principalia huius congregationis ſub capite Chriſto manifeſtat, cum dicit, Congregatis principibus populi ſcilicet apoſtolis, & eorum ſequacibus, qui nunc in vnitate fidei congregantur cum tribubus Iſrael, ſcilicet eorum qui in primitiua eccleſia remanſerunt in fide, vel etiam in temporum ſucceſſione ad fidem veniunt.

Ex quibus patet. qualiter Moyſes in prædictis iſtum populum laudat ſeu benedicit in hoc, quod in dignitatem Iſraeliticam totius mundi plenitudo tranſiret. Et quia mentionem ſtatim fecerat ante de tribubus Iſrael, a quibus Moyſes de propinquo erat receſſurus, ideo introduxit benedictionem ſingularum tribuum dicens, Viuat Ruben &c. unde in gloſ. prædicta ſalute primitiuæ eccleſiæ ſingulis tribubus proprias E benedictiones tribuit. Hæc in glóſ. Exponantur hæ benedictiones tribuum, prout in poſtilla, exceptis his quæ ſequũtur, ſcilicet primo de benedictione Iudæ. Circa quam attendendum eſt, quod in hac tribu ſingulari modo intitulauit benedictionem dicens: Hæc eſt Iudæ benedictio in aliis vero non ſic, ſed Leui dixit, Beniamin dixit, & ſic de aliis. Quæ quidem benedictio Iudæ videtur referenda eſſe ad benedictionē Iacob de eodem Iuda Geneſis penultimo, prædixerat enim ibi Iacob, ꝙ ſceptrum & ducatus populi Iſraelitici pertinebat ad Iudam, & inſuper de illa tribu exſpectabatur Meſſias de quo dixerat, donec veniat qui mittendus eſt. Nunc autem Moyſes precatur Deum, vt adducat illud ſcilicet qui mittendus eſt ad populum ſuum.

REPLICA. In cap. 33. Burg. continuat expoſitionem allegoricam gloſſæ, inter cętera nititur præferre iudaiſmum, quaſi in eccleſia conſtituta ex uocatione gentium, quendam obtinere debeat primatum. Et ad hoc perſuadendum adducit Apoſtolum & Romanos 11. vbi ſecundum quod Burg. exponit dictum Apoſtoli comparat Iudæos radici, gentes autem dicit ramos inſertos &c. Sed hæc concluſio correcta eſt ſupra, Gene. 9. correctio. 4. Nec facit ad propoſitum Burgenſis dictum Apoſtoli allegatum, quia bene penſando hoc dictum, radix fides eſt, rami fideles. Dicitur enim radix ſancta in patriarchis & prophetis, ſed vnde? non ex operibus legis, ſed fide. Radicis igitur ſanctitas, non patriarcha, non propheta, nec opus eorum ſecundum legem, F ſed fides Chriſti pro tunc venturi & ſanctitas fuit, & radix in qua & patriarchas & prophetas, ut eſſent ſancti rami Deus inſeruit. Huius inſertionis principes dicit ibidem, & Apoſtolus gentes ſanctas dicens, Tu autem dum oleaſter eſſes, inſertus es in illi ſcilicet ramis, ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, ſcilicet gratiæ & iuſtitię Chriſti, quæ ex fide eſt, in qua communiter gentes & Iudęi radicati ſunt, & ſic in illa radice non eſt diſtinctio Iudæi & Græci, quia ab Apoſtolo dicuntur ſocii qui currunt de pari, vnde Apoſtolus infra decimoquinto, ponens differentiam, dicit Iudæos vocatos ad hanc radicem propter promiſſa facta patribus. Sed vnde promiſſio niſi ex gratia, ſicut & uocatio gentium, de qua Apoſtolus ibidem: Gentes autem ſuper miſericordia, quæ ſimiliter eſt gratia, eadem enim eſt igitur radix vtrorumque ramorum, & in hac radice conſiſtit Iſraelitica dignitas, in quam vt orat eccleſia, tranſibit totius mundi plenitudo Non poteſt igitur Burgenſis Iudaiſmo aſcribere aliquem primatum dignitatis in eccleſia, niſi ſecundum prioritatem temporis, quia prius tempore inſertus eſt radice gratiæ, quam Gentilitas, & de hoc primatu dicit Apoſtolus ad Romanos primo b. quod virtus eſt in ſalutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. ex prioritate autem temporis non formaliter arguitur prioritas dignitatis, quia alias beſtiæ eſſent digniores homine, tanquam prius tempore creatę a Deo.

Con-

A a

CAP. XXXIIII.

Aſcendit ergo [...] Moyſes quā cęteri patres ve. Te. per ſpiritū in [...] contēplationis leuati, prouidere potuerunt gratiā noui Teſtamenti, quę in Chriſto data eſt, & futurum colla tione & cæleſtis regni perceptione, ſed eam in carne expectare non potuerunt, in fide aūt & ſpe mortui ſunt, ad īferos deducti, vbi expectabāt redemptoris aduentū, qui per ſanguinē ſuæ redemptionis inde eos liberaret.

2.Ma.2.a

b *Oſtenditque ei.* Terram promiſſionis vidit Moyſes, nec ītrauit, quia lex aduentū Chriſti & doctrinam euāgelii verbis & figuris pręſignauit, ſed neminem ad perfectum duxit.

Gen.12 b & 40.d.

b

c *Omnem terram.* Partem omnis terrę, quā ex altiſſimo monte potuit videre. Vel omnem terram oſtendit ei in ſpiritu

d *Mortuuſque eſt ibi, &c.* Nulli electorū parcit, & omnia quo quæ peccata vlciſcitur Deus, etiā ī amicis. vnde: *Moyſes & Aaron ſacerdotib. eius.* & addit: *Propitius fuiſti eis, et vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.* Lege ſcilicet finita, quę ſeruiuit domino in tēpore ſuo. vrbs deſtructa & altare, nuſquam ſacrificium, nuſquam libamina, nuſquam ſacerdos vel pontifex.

Pſal. 98.b.

e *In valle.* In monte mortuus eſt, in valle ſepultus eſt, quia lex tēpore ſuo glorioſa fuit, ſed comparata euangelio abſcondi videtur & humilis. vnde: *Dedi eis præcepta non bona.*

Ezec.20.d

✲ PROC. Sepelierunt eum prope domum Phogor, vt cum prope eſſet, impoſturam dæmonem diſſolueret, itē vt Iſraelis accolæ legiſlatorē inſpiciendo ad pietatem conuerterent.

Alleg.

f *Et non cognouit homo.* Iudæi autumant hoc factū, ne Iudæi ſemper ad idololatriam proni, mortuum colerent tanquā deū. Secundum allegoriā tempus & modum finiendę legis in ſola Dei pręſcientia ſignificat eſſe abſconditum, nec profunditatē ſapientię Dei, vel ſecretum conſilii alicui patere, quia incomprehenſibilia iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.

Rom.11.d.

✲ AVG. Duab. cauſis mortis eius & ſepulchri nemo cōſcius erat, quatenus illam faciem quæ cōſortio ſermonis Domini rutilauerat, mortis mœrore repreſſam, nullus videret. Et ne ſepulchrum eius populus Iſrael, ſi cognouiſſet, adoraret. Vnde & virgam in qua ſigna fecerat, ut plurimi putant, ne adoraretur, ſecum abſtulerat, quoniam & ſerpentem quem fecerat, filii Iſrael poſtmodum adorabant. Omnis autem illius ætas ī tres quadragenarias partes diuiditur. Quadraginta enī annis in Aegypto, ī domo Pharaonis ab īfantia literas didicit. Quadraginta annis exul ab Aegypto in domo ſacerdotis Madian fuit Et quadraginta annis p deſertū ducatū populo præbuit

Libr. 1. de mirabilib. ſacrę ſcripturæ. c. 35.

C D

✲ CATENA GRECA. In epiſtola catholica legimus. Michael vero Archāgelus, quando cum diabolo diſputās altercaret de corpore Moſeos. Vbi ſciendum eſt, quod cum Deus patefacere vellet hominib. occultā diaboli tyrannidem in animas hominum propter Adæ culpā præmiſit vt de ſepulchro corporeque pplietæ, quæ res euidens erat, cum Angelo concertaret. Conſueuit enim de' populo pręſertim Iſraelitico, qui nil niſi corporeum curabat, per ea quæ cernuntur indicare quæ ſub oculos non cadunt.. Ex Michaelis enim congreſſione cū dæmone, palā Deus facere voluit, quātopere conetur hoſtis humani generis, ne aīæ è corpore hoc egredientes, curſu ſuo ad ſuperiora contendant. Cōtra quē tempeſtiuè angeli Dei occurentes, iuſtos ī faucib. orci eripiant. Eſt quidem in apochrypho myſticoque codice legere, nubē lucidā, quo tēpore Moſes mortuus eſt, locum ſepulchri cōplexā, oculos circunſtantium perſtrinxiſſe ita, vt nullus neq; morietem legiſlatorem, neque locum uidere potuerit, ubi cadens conderetur.

✲ PROC. Quidam tradunt a ſpiritu Moſis corpus tranſmutatum eſſe. Qui enim ſibi cōſtitit, cum quadraginta dies nec edit, nec bibit, nec dormiuit, ſiquidem homo permanſit? Et quoniam huiuſmodi corpus ipſius fuit, nemo vel ſepulchrū eius cognitum habuit.

✲ RVP. Aſſerunt pleriq; quod Moſes non proprie mortuus ſit, ſed dominus eum abſconderit, & per nomen mortui, abſconſionē eius ſiue tranſlationem debere intelligi, ſicut Enoch & Eliæ contigit Verū ſi nōn mortuus ſed tranſlatus eſt, quō iſtud pro indignatione vel ira Dei reputabitur? Nam ſic transferri, nō īdignationis, ſed dignationis, nō irę, ſed magnę gratię eſt. Dicit. n. ipſe Moſes. *Iratus eſt dominus contra me propter ſermones veſtros, & iurauit vt non tranſirē Iordanem, nec ingrederer terram optimam. Ecce morior in hac humo, non tranſibo Iordanem.* Ad ſummū, nonne mortuus eſt Aaron vera depoſitiōe corporis. Dicit ēt Dominus, paulo ſupra Moyſi: *Morere ſicut mortuus eſt frater tuus, quia pręuaricati eſtis coram me, ad aquas contradictionis.*

Li. 2. comment. in Deut. c. 2

Deuter.

Deute. 32. F

a Moyſes

CAP. XXXIIII.

a Aſcendit ergo Moyſes de cāpeſtib. Moab 1
ſuper montem Nebo, in verticem Phaſ- 2
b ga contra Iericho: oſtenditque ei domi- 3
c nus omnem terram Galaad vſque Dan, 4
& vniuerſam Nephtalim, terramque E-
phraim & Manaſſe, & omnem terrā Iu- 5
da vſq; ad mare nouiſſimum, & auſtra- 6
cm partem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarū
vſq, Hegor. Dixitq; dominus ad eum. † Hæc eſt terra pro qua
d iuraui Abraham, Iſaac & Iacob dicens: Semini tuo dabo eam.
Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam. Mortuuſque 7
a Quia diſpenſatione domini lex eſt finita: ſuccedente gratia. Dominus.
eſt ibi Moyſes ſeruus domini in terra Moab iubente dño, & †
e ſepeliuit eum in valle terrę Moab cōtra †Phogor, Et nō cogno 8
f

† Bethphegor.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXIIII.

Diuiſio.

1 Aſcendit ergo Moyſes. *Cōpleta benedictione populi, hic conſequenter deſcribitur mors & ſepultura Moyſi, & primo deſcribitur conſummatio paſtoris, ſecundo ſubditur cōfortatio ſucceſſoris, ibi. Ioſue uero. tertio commendatio prędeceſſoris ibi: Et non ſurrexit propheta. Circa primum præmittitur obedientia Moyſi implentis præceptum Dei, qui dixerat ſibi ſupra 32. in fine. Aſcende in montem iſtum Abarim &c. & ſequitur: Et morere in monte. & ideo completa benedictione populi aſcendit illuc.*

2 Super montem Nebo, in uerticem Phaſga. *Abarim eſt nomen totalis montis. Nebo eſt nomen cuiuſdam monticuli supereminentis in ipſo. Phaſga vero eſt ſuperior pars illius monticuli, vnde poteſt longe videri.*

3 Oſtenditque ei dominus omnem terrā. *ad coſolationē ſuam.*

4 Vſq; Dan, & vniuerſam Nephtalim, &c. *vbi eſt terminus aquilonaris terræ promiſſionis.*

5 Vſq; ad mare nouiſſimum & auſtralem partem. *id eſt mare mortuum, quod eſt in termino oppoſito terræ promiſſionis ſcilicet.*

6 Et latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarū. *Vocabatur enim duplici nomine, ſcilicet Iericho, & ciuitas palmarum. Et ſubditur mors Moyſi, cum dicitur.*

7 Mortuuſq; eſt Moyſes ſeruus domini in terra Moab iubente domino, & ſepeliuit eum. *ſcilicet dominus miniſterio tamen angelico.*

8 Et non cognouit homo ſepulchrum eius. *quod factum eſt a Deo, ne Iudæi colerent ipſum tanquam Deum, propter magnitudinem & multitudinem ſignorum.*

✲ 1 Non cali-

*MORALITER.*

✲ 1 *Aſcendit ergo Moyſes, &c.* Per Moyſen, q de monte vidit terrā promiſſionis, & non intrauit, licet multū deſideraret, allegoricè ſignificat quilibet ſanctus veteris Teſtamenti, q ſub leuatus in montem contemplationis, vidit Deo ſibi reuelāte futurum myſterium Chriſti, ad q tamen non peruenit, licet deſiderauerat ex tota intentione animi. vnde dicit Saluator x.d. *Dico vobis quia multi reges, & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis & non viderunt.*

Moraliter aūt per Moyſen ſignificatur contemplatiuus cęleſtis patriæ, per terram promiſſionis ſignificatæ, quā tamen non intrat, licet multum deſideret niſi morte corporis pręcedente Vnde dicitur Heb. ix. g. *Statutum eſt hominibus ſemel mori.*

7 *Mortuuſque eſt ibi Moyſes, &c.* Sequitur.

† *Et ſepeliuit eum in valle.* ſcilicet dominus. Et per hoc ſignificatur, quod amoto impedimento naturę per Chriſtū anima

a uit† homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem. Moy-
a Poſt perfectionem mandatorum, ſcil. quæ eſt in duobus præceptis charitatis.
ſes centum & viginti annorum erat, quando mortuus eſt. Nō 1
a Nube maliciæ. b Intuitus piæ intentionis, intellectus mentis a recto non deuiauit.
c Ordo diſcretionis non eſt deprauatus vitiorum tempeſtate.
b caligauit oculus eius, nec † dentes illius moti ſunt. †Fleuerunt †
c que eum filii Iſrael in campeſtribus Moab, triginta diebus, &
In aduentu Chriſti. a Chriſtus Ieſus, qui ſuccedit Moyſi & finis legis.
completi ſunt dies planctus lugentium Moyſen. Ioſue vero 2
a Vnde. Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, &c. Iſa. 11. a.
d filius Nun, repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit 3
a Prædeſtinati ad vitam. b Quia crediderunt in illum, quem dominus per Moyſen populo ſuo promiſit.
ſuper eum manus ſuas. Et obedierunt ei filii Iſraël, feceruntque
e que ſicut præcepit dominus Moyſi. Et non ſurrexit propheta
a Non apoſtolis eum præfert, quibus dicitur: Multi reges & prophetę voluerunt videre quæ vos videtis. Luc. 10. d.
vltra in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſſet dominus † facie ad 4
faciem, in omnibus ſignis atque portentis, quæ miſit per eum 5
vt faceret in terra Ægypti Pharaoni & omnibus ſeruis eius, 6
vniuerſæque terræ illius, & cunctam manum robuſtam, ma-
Miſit ſcil. vt faceret.
gnaque mirabilia, quæ fecit Moyſes coram vniuerſo Iſrael.

A Decrete. Moyſi. † Bethphegor. † fugit vigor eius, vel genẽ filius concideant. Tropolo. B Epiſto. ad Paulam ſuper obitu Bliſilæ. Act. 8 a. Gen. 50. b. Ibi. 14. g. Rom. 5. c. C

a *Moyſes centum & viginti annorum.* Si ab vno per naturalem ordinē vſque ad 15. ſingulorum numerorū ſummas coniunxeris, vnum. ſ. & duo & tria, & deinceps, cxx. fiunt. Quindenarius vero ex ſeptē & octo conficitur, ſeptem ad ſabbathum refertur octo ad circumciſionem, quia octaua die circuncidebatur puer. Si vero ad no. Te. reſpicias, habes vii. dona ſpiritusſancti, & ī octauo reſurrectionē Chriſti cxx. ergo eos ſignificant qui vel in veteri vel in no. Te. legis et euāgelii pręcepta implere ſtudent.

*Moyſes centum & viginti annorum.* Hoc ſignificat tam cū q. cęteros patres ve. Te poſt perfectionē mādatorum Dei, q eſt ī duob. præceptis charitatis, p gratiā Chriſti & ſanguinis redēptionem ęternę quieti & futuræ vitæ aptos eſſe, quorum oculus non caligauit, p e. ſ. intētionis intuitus nubilo non fuit obſcuratus, nec dentes malitię moti, qa non eſt perturbatus tēpeſtate vitiorū ordo diſcretionis eorū cxx. ſunt anni legiſlatoris, quo numero confirmata eſt altitu- Salomonici tēpli. Primitiua quoque eccleſia poſt paſſionem & reſurrectionē, dominique aſcenſionem hoc numero uirorū gratiā ſpiritusſancti accepit. Quindecim nāque qui ex 7. & octo conſtant, futurā vitam ſignificant q nunc geritur in ſabbatho animarū, & perficiet in reſurrectiōe corporū. In trigonū quoq; quindenarius ductus, id eſt cum partib. ſuis adnumerat⁹, efficit cxx. Apte ergo cētenario & vicenario electorū beatitudo in futura vita ſignat, & tertio domus Dei cœnaculū ꝯſummat, quia poſt fidelium labores, poſt requiē animarū plena eccleſiæ fœlicitas in reſurrectionis gloria complebitur.

b *Fleueruntque.* Quia regnauit mors etiā in eos qui non peccauerant ab Adā vſque ad Moyſen, ideo lachrymæ proſequuntur ad inferos deſcendentem.

Hier. Non mirū, ſi Moyſi & Aaron planctus exhibetur. qa ēt in nouo Te. ſuper Stephanum fit planctus magnus, De Iacob quoq; dicitur: *Planxerunt enim planctu magno & forti nimis.* Ieſus Naue ſepultus refertur non defletus. Sub veteri nanque lege omnes ſub peccato tenebantur, & quęque ad inferos deſcendentem lachrymæ proſequebantur. vnde: *Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen &c.* In Ieſu vero. i. in euangelio, per quē paradiſus aperitur, mortem gaudia proſequuntur. Flentes vſq; hodie Iudæi, nudis pedib. in cinere volutati, ſacco induti, ex ſuperſtitione Phariſæorum prius cibū lentis accipiūt ſignantes quali edulio primogenita perdiderūt, & merito, qa reſurrectionē domini non credentes, Antichriſti parātur aduētui. Nos vero qui Chriſtū induimus, & regale & ſacerdotale genus electum ſumus, non debemus ſup mortuos cōtriſtari, immo de reſurrectione futura lætari, quia cōpleti ſunt dies lugentiū Moyſen, & dies domini appropinquauit, de quo dicitur, *Melior eſt dies una in atrijs tuis ſuper milia.* Vnde Moyſes ad Aaron & ad filios eius q relicti erant: *Capita ueſtra nolite nudare, & veſtimēta veſtra nolite ſcindere.* Quaſi, nolite lugere ne moriamini. Mors noſtra peccatum eſt. Sacerdos magnus etiam ad patrem mortuū prohibetur accedere ne anima ſacrificiis Dei mancipata aliquo impediatur affectu. In euangelio quoque dicitur: *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* In Leuitico quoque additur: *De ſanctis nō egredietur, & non contaminabitur ſanctificatio Dei eius, quia ſanctum oleum vnctionis ſuper eum eſt.* Poſtquā enim ī Chriſtum credidimus & vnctionē eius accepimus, non debemus exire de tēplo, i. de propoſito Chriſtiano, vt incredulitati Gentium miſceamur, ſed intrinſecus eſſe, ideſt voluntati domini miniſtrare.

D Pſal. 83. c. Leui. 10. b † 23. q. 2. c. quia alii. Matt. 8. c. Leui. 21. c. † de facie. E Deut. 18. c Ioan. 5. c. Ioan. 9. f. Heb. 10 a. Ioan. 1. b. Rom. 10. a F

c *Et completi.* Hinc videtur orta conſuetudo, vt fidelibus mortuis 30. diebus pietatis officia perſoluantur.

d *Poſuit ſuper eum.* In ſcripturis ſuis teſtimonium ei perhibuit dicens: *Prophetam Deus ſu. &c.* unde: *Si crede. Mo. cre. for. & mi.*

✲ Proc. Impoſuit enim Moyſes ei manus. Legitima manuum extenſio, ſpiritus ſapientiam confert, & diuinis donis eos replet quibus populum ſubdit Deus, quemadmodum teſtis eſt Dauid.

*Et non ſurrexit. &c.* Hoc (vt fertur) Eſdras de ſuo adiecit, qui bibiliothecam a Chaldæis exuſtam diuino ſenſu reparauit, & literas quib. Iudæi nunc vtuntur inuenit. vnde & velox ſcriba appellatus eſt.

*Et non ſurrexit Propheta.* Quia Moyſes omnibus prophetis veteris Te. præſtantior, vnde Iudæi arroganter dierūt: *Nos Moyſi diſcipuli ſumus.* Sed poſtquā dominus prophetarum incarnatus venit in mundum, oīs illa prior dignitas & vmbra futurorum ceſſauit, quia *lex & figura per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum, qui eſt finis legis ad iuſticiam omni credenti.*

✲ Cat. Graec. At cur paulo ante dixerat, prophetā de medio tui & de fratrib: tuis ſicut me ſuſcitabit? Nimirū qa ex eo populo nullus qui ſimpliciter homo fuerit qualis Moſes. Solus qui Emmanuel dict⁹ eſt, & legiſlator extitit & propheta, lōge melior Moſe, & in ſignis miraculis & prodigiis apud Aegyptios, i. apud homines huius ſeculi, qui Pharaonē, hoc eſt principem harum tenebrarū contriuit, vt populū ſibi cōpararet ab errore mentis vindicatum.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Non caligauit oculus eius, nec dentes &c. *quia ſenſus eius perſeuerauerunt viuaces vſque in finem. Iudæi dicunt. Et non fuit obſcurata viſio eius. Et accipiunt viſionem pro colore, qui eſt obiectum viſus.*

2 Ioſue uero. *hic conſequenter ponitur confortatio ſucceſſoris ſ. Ioſue, qui fuit confortatus dupliciter, ſ. a ſuperiori, quia fuit repletus ſpiritusancto, quod notatur cum dicitur.*

3 Repletus eſt ſpiritu ſapientiæ. *& ab inferiori per bonam obedientiam populi, quod notatur ibi,* Et obedierunt ei *&c.*

4 Et non ſurrexit. *hic conſequenter ponitur commendatio prædeceſſoris, quia dixerat ſcriptura Ioſue repletum fuiſſe ſpiritu ſapientiæ ne ex hoc crederetur ipſum æqualem fuiſſe Moſi, ideo ſubditur,* Et nō ſurrexit propheta ultra in Iſrael ſicut Moyſes. *i. æqualis ei.*

5 Quem noſſet dominus facie ad faciem. *i. loquens cum eo familiariter & ad voluntatem ſuam, ſicut ſolet homo loqui ad amicū ſuum.*

6 In omnibus ſignis atq; por. *quia tot & tanta mirabilia, & tam longo tempore, non fuerunt facta per alium prophetam in veteri lege.*

## MORALITER.

✲ munda ſeparata aſcendit ad Deū, & corpus quod ſepelitur in terra remanet vſque ad iudicium Eccle. 12. c. *Donec puluis reuertatur in puluerem vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum qui dedit illum.* Quę reditum proſperum nobis concedat qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

1 *Non caligauit oculus eius.* Per oculum intelligitur cōtemplatio, quæ non deficit in bono contēplatiuo, ſed magis proficit tempore ſenectutis ſedatis paſſionibus ſenſitiuæ partis.

† *Nec dentes illius moti ſunt:* Per dentes eius qui cibum in interiora traiciunt, labor prædicationis intelligitur, per quē auditores ad fidē & deuotionem trahuntur 1. Act. x. b. *Surge Petre, occide & manduca.* i. Cornelium & eius amicos Gentiles per tuam prædicationem Chriſto per fidem incorpora, ſicut ibidem patet per literam præcedentem.